 nium ad ylliricum reuersum B 28 nisi B<sup>v</sup> basianus B 29 anestasiam B Maximiani inter Constantinum  
 et Licinium Bassianus] scripsi, diocleciani et maximiani inter constantinum licinium et basianum B 30 fru-  
 stante B senicionem basiani B 31 licinio] Hadr. Valesius, nicino B constantino B<sup>v</sup> basianum B<sup>a</sup>  
 32 sinicius B 33 facta B 34 aemonam B imagine B 35 nibalense B campus B<sup>a</sup> exercitum B

XXXV milia peditum et equitum fuere: Constantinus XX milia peditum [et] equitum duxit. caesis post dubium certamen Licinianis viginti peditum milibus et equitum ferratorum parte Licinius cum magna parte equitatus noctis auxilio pervolavit ad Sirmium. Sublata inde uxore ac filio et thesauris tetendit ad Daciam. Valentem ducem limitis Caesarem [fecit.] inde apud Hadrianopolim Thraciae civitatem per Valentem collecta ingenti multitudine legatos ad Constantinum de pace misit apud Philippos constitutum. quibus frustra remissis iterum reparato bello in campo Mardiense ab utroque concurritur et post dubium ac diuturnum proelium Licini partibus inclinatis profuit noctis auxilium. Licinius et Valens credentes Constantinum, quod et verum erat, ad persequendum longius ad Byzantium processurum, flexi in partem Beroeam concesserunt. ita Constantinus vehementer in ulteriora festinans deprehendit Licinium remansisse post tergum. fatigatis bello et itinere militibus missus deinde Mestrianus legatus pacem petiit. Licinio postulante et pollicente se imperata facturum, denuo, sicut ante, mandatum est Valens privatus fieret: quo facto pax ab ambobus firmata est, ut Licinius Orientem Asiam Thraciam Moesiam minorem Scythiam possideret. Deinde reversus Serdicam Constantinus hoc cum Licinio absente constituit, ut filii Constantini Crispus et Constantinus, filius etiam Licini Licinius Caesares fierent et sic ab utroque concorditer regnaretur. itaque Constantinus et Licinius simul consules facti. *In Orientis partibus Licinio Constantino [consulibus] repentina rabie suscitatus Licinius omnes Christianos a palatio iussit capelli. mox bellum inter ipsum Licinium et Constantinum efferbuit.* Item cum Constantinus Thessalonica esset, Gothi per neglectos limites eruperunt et vastata Thracia et Moesia praedas agere coeperunt, tunc Constantini terrore impetu represso captivos illi inpetrata pace reddiderunt, sed hoc Licinius contra fidem factum questus est, quod partes suae [ab] alio fuerint vindicatae. Deinde cum variasset inter supplicantiā et superba mandata, iram Constantini merito excitavit, per tempora, quibus nondum gerebatur bellum civile, sed item parabatur. Licinius scelere avaritia crudelitate libidine saeviebat, occisis ob divitias pluribus, uxoribus eorum corruptis. Rupta iam pace utriusque Constantinus Caesarem Crispum cum grandi classe ad occupandam Asiam miserat, cui de parte Licinii similiter cum navalibus copiis Amandus obstabat. Licinius vero circa Hadrianopolim maximo exercitu latera ardui montis impleverat, illuc toto agmine Constantinus inflexit, cum bellum terra marique traheretur, quamvis per arduum suis nitentibus, at tamen disciplina militari et felicitate Constantinus Licini confusum et sine ordine agentem vicit exercitum, leviter femore sauciatus. Dehinc fugiens Licinius Byzantium petiit: quo dum multitudo dissipata contenderet, clauso Byzantio Licinius ob-

## B

1 xxxv milia] xxxv B et sic deinceps fuerit B et om. B 2 licinianis] *Had. Valensius*,  
 liciniani B uigint B 3 parte] *scripsi*, item B, tribus milibus *Zangemeister* 4 sirmium B uxore . B  
 datiam B 5 limitis] *Had. Valensius*, militis B fecit om. B adrianopolim thraciae B 6 collectam B  
 constantino B<sup>1</sup> filippos B 8 curritur B dioturno B<sup>1</sup> 9 constantino B 10 ad Byzantium] *scripsi*,  
 a bizantium B<sup>c</sup>, a bigantium B<sup>p</sup> flexi] flexit B<sup>b</sup>, felix B<sup>a</sup> ueroeam concesserunt B 12 remansisset B<sup>p</sup>  
 13 pollicentes se B 14 secut B prinatis fieri quod B 15 thraciam moessiam B scythiam B 17 fierent B<sup>a</sup>  
 sic] si B 18 otroque B factis B<sup>p</sup> 19 in orientis p. l. const. consulibus (om. B) . . . iussit  
 (iussi B) . . . constantinum (— no B<sup>1</sup>) efferbuit] Licinius r. r. suscitatus omnes Christianos e palatio suo i. e.  
 mox — efferbuit *Orosius* 21 tessalonica B 22 neglectos B erupnerunt B thrachia et moessiam B  
 23 impetu represso] *scripsi*, et impetu et represso B<sup>p</sup>, et impetu repressis B<sup>c</sup> 24 ab om. B fierint B<sup>b</sup>,  
 ferit B<sup>a</sup> 25 uaria esset B superbia B 26 civilem B 28 pruribus B<sup>p</sup> corruptis rpta iam]  
*Heur. Valensius*, corruptis rupta autem *Zangemeister*, corrupta cuius B consensu] *scripsi*, sensus B  
 29 scripsum cum grande B occupandum B<sup>c</sup>, hoooccupandum B<sup>p</sup> 30 nauibus copiis B 31 adriano-  
 polim B montes B<sup>p</sup> toto] tata B 32 bello B 33 at] et B contantinus B 34 dehinc B<sup>1</sup>  
 licinus B 35 bizantium B petiit quo dum m. d. contenderet clauso Byzantio] *Heur. Valensius*, petiit  
 quod m. d. contendere clauso bizantium (*sic priore loco B<sup>c</sup> et altero B*, bizantio priore loco B<sup>p</sup>) *hacc iterans B*

26 silionem terrenam maris securus agitabat. sed Constantinus classem collegit ex Thra-  
 cia. dehinc solita vanitate Licinius Martinianum sibi Caesarem fecit. Crispus vero  
 eum classe Constantini Callipolim pervenit: ibi bello maritimo sic Amandum vicit. ut  
 27 vel oppressa vel capta est. Licinius desperata maris spe. per quod se viderat obsi-  
 dendum. Chalcedonam cum thesauris refugit. Byzantium Constantinus invasit. victoriam  
 maritimam Crispo conveniente cognoscens. deinde apud Chrysopolim Licinius [pugnavit]  
 maxime auxiliantibus Gothis. quos Alica regalis deduxerat: tum Constantini pars  
 28 vincens XXV milia armatorum fudit partis adversae ceteris fugientibus. Postea cum  
 10 legiones Constantini per liburnas venire vidissent. proiectis armis se dediderunt. sequenti  
 autem die Constantia soror Constantini. uxor Licini venit ad castra fratris et marito  
 vitam poposcit et impetravit. ita Licinius privatus factus est et convivio Constantini  
 29 adhibitus. et Martiniano vita concessa est. Licinius Thessalonicam missus est: *sed* <sup>Orosius</sup>  
*Herentii Maximiani soceri sui motus exemplo, ne iterum depositum purpuram in per-*  
 15 *nicem rei publicae sumeret. tumultu militaribus exigentibus in Thessalonica iussit*  
*occurri. Martinianum in Cappadocia. qui regnavit annos XVIII filio et uxore super-*  
*stite. quamvis omnibus iam ministris nefariae persecutionis extinctis, huic quoque in* <sup>Orosius</sup>  
*quantum crederet [potuit] persecutorem digna poenitentia flagitaret.* <sup>7, 28, 21</sup>

6. 30 Constantinus autem ex se Byzantium Constantinopolim nuncupavit ob insignis  
 20 victoriae [memoriam]. quam velut patriam cultu decoravit ingenti et Romae deside-  
 ravit aequari: deinde quaesitis ei undique civibus divitias multas largitus est. ut prope  
 in ea omnes regias facultates exhauriret. ibi etiam senatum constituit secundi ordinis:  
 31 claros vocavit. Deinde adversum Gothos bellum suscepit et implorantibus Sarmatis  
 25 auxilium tulit. ita per Constantinum Caesarem centum prope milia fame et frigore  
 32 extincta sunt. tunc et obsides accepit. inter quos Ariarici regis filium. Sic cum his  
 pace firmata in Sarmatas uersus est. qui dubiae fidei probabantur. sed servi Sarmat-  
 arum adversum omnes dominos rebellarunt. quos pulsos Constantinus libenter accepit  
 et amplius trecenta milia hominum mixtae aetatis et sexus per Thraciam Scythiam  
 Macedoniam Italiamque divisit.

30 Item Constantinus imperator primus Christianus excepto Philippo, qui Christianus <sup>Orosius</sup>  
 33 admodum ad hoc tantum constitutus fuisse mihi visus est. ut millesimus Romae annus <sup>7, 28, 1</sup>  
 Christo potius quam idolis diceretur. a Constantino autem omnes semper Christiani <sup>idem</sup>  
 imperatores usque in hodiernum diem creati sunt, excepto Iuliano, quem impie ut aiunt <sup>7, 28, 2</sup>  
 34 machinantem civilis vita deseruit. Item Constantinus iusto ordine et pio vicem vertit. <sup>idem</sup>  
<sup>7, 28, 28</sup>

## B

1 terrena mari B classem B trachia B 2 scripus BP 4 nix] nis BP licitore B refugeret]  
*scripsi, re effugeret B nero] no B 5 licinus disperata B 6 calcedonam B bizantium B uictoria*  
*m. crispum convenientem B 7 chrysopolim B pugnavit] Hadr. Valesius, om. B 8 Alica]*  
*aliqua B (scripsit litteras qua librarius et in eodem versu reposuit pro iis ea) regulis B: scr. aut regalis*  
*aut regulas tum] scripsi, cum B 9 vincens B xxv B 10 liburnas] scripsi, fiburnam B,*  
*liburniam priores se dediderunt] Hadr. Valesius, reddiderunt B 11 casta B<sup>1</sup> 12 uita B 13 tessa-*  
*lonica B 14 maximiano BP deposita purpura B 14 pernicem B 15 tumultu militaribus]*  
*scripsi, tumultum militari B tessalonica B iussi occidit B<sup>1</sup>, iussit occidit B<sup>2</sup> 16 superstitem B*  
*omnibus] Orosius, omnium B 17 extinctis] Orosius, extinctus B 18 exercere] B cum Orosii codd.*  
*deterioribus, exercere meliores potuit] Orosius, om. B 19 ex se] scripsi, ex B insignis uictoriae*  
*memoriam] scripsi, insignis victoriae B, insigne victoriae priores 20 culto B 21 uicibus B*  
 22 regias] scripsi, thesauros regias (regies B<sup>1</sup>) B exauririt BP 23 gothis BP 24 constantino BP  
 25 extincta B quos] quos et *edl. errore* 26 probabantur] *Ruchl.* probantur B seruis armatorum B  
 27 omnes aduersum *malim* 28 mixta B trachiam (trachiam B<sup>a</sup>) scythiam machadoniam B 30 imperator  
 primus] imperator creatus primus imperator *Orosius* filippo B 31 admodum] annis admodum paucissi-  
 mis *Orosius* tanto BP constitutus] *Orosius, constantinus B* annos BP 33 ipperatores B iulianum B  
 quem] quae B<sup>a</sup> 34 exitiabilis *Orosius* constantinus BP uicem] *Orosius, uicem B*

<sup>Orosius</sup>  
7, 28, 29 *edicto si quidem statuit citra ullam eadem hominum paguorum templa claudi. mor*  
*Gothorum fortissimas et copiosissimas gentes in ipso barbarico soli sinu hoc est in*  
7, 28, 30 *Sarmatarum regione delerit. Calocerum quendam in Cypro aspirantem nois rebus* 35  
*oppressit.*

Dalmatium. filium fratris sui Dalmati Caesarem fecit. eius fratrem Annibalianum 5  
data ei Constantiana filia sua regem regum et Ponticarum gentium constituit. itaque  
Gallias Constantinus minor regebat. Orientem Constantius Caesar. Illyricum et Italian  
Constans. ripam Gothicam Dalmatius tuebatur. item Constantinus cum bellum pararet  
<sup>Orosius</sup>  
7, 28, 31 *in Persas. in suburbano Constantinopolitano villa publica iuxta Nicomediam dispositam*  
*bene rem publicam filiis tradens [diem obiit]. regnavit annos XXXI. sepultus est* 10  
*Constantinopoli.*

## B

1 edicto] *Orosius*, aedito *B* ullam] *Orosius*, nullam *B* hominum eadem *Orosius* 2 cupio-  
sissimas *B* soli sinu] *Orosius*, solis sinu *B* 3 sarmatarum regionem delerit *B* calocerum *B* aspi-  
rantem] *Orosius*, aspirante *B* 5 patri (*sic*) *B* dalmatiae *B* 6 itaque] *scripsi*, ita ut *B* 7 illyricum *B*  
8 eumque bellum in Persas moliretur *Orosius* 9 constantinopolitane *B* uilla] in uilla *Orosius* 10 diem  
obiit] *Orosius*, om. *B* 11 constantinopolim *B*



# CHRONOGRAPHVS

ANNI CCCLIII.

ACCEDVNT

I. COMPVTATIO A. CCCCLII.

II. LIBER GENEALOGVS.



## LIBRI ADHIBITI

### IN CHRONOGRAPHO:

- A* = Argentoratensis, iam Bernensis n. 108 saec. X.  
*B* = Bruxellensis n. 7524–7555 saec. XVI.  
*G* = Ambianensis n. 407 saec. XVI.  
*S* = Sangallensis n. 878 saec. IX.  
*V* = Vindobonensis n. 3416 saec. XV.

### IN COMPUTATIONE A. CCCCLII:


- B* = Bernensis n. 128 saec. X XI.  
*C* = Bernensis n. 169 saec. IX, X.  
*S* = Sangallensis n. 621.  
*Z* = Zwielfaltensis, hodie Stuttgartensis hist. fol. n. 410 saec. XII.

### IN LIBRO GENEALOGO:

- F* = Florentini duo S. Mariae novellae n. 623 et Laur. plut. 20, 54 saec. X XI.  
*G* = Sangallensis n. 133 saec. IX.  
*L* = Lucensis n. 490 saec. VIII.  
*T* = Taurinensis saec. VII.

Varia lectio eum in hoc opusculo exhibeatur verborum tenori interposita, scito  
*om(issum)* nullo signo addito pertinere ad solum vocabulum proxime  
praecedens, plura ubi omissa sunt, id significari adiectis signis <sup>o</sup> <sup>o</sup>.  
Propter notas <sup>a</sup> <sup>b</sup> <sup>c</sup> <sup>d</sup> <sup>e</sup> codicum litteris adscriptas vide supra p. 2.

Sub nomine Chronographi a. 354 quod denuo edo corpus ita comparatum est. ut auctore quasi necessario careat. continentur enim eo fasti urbis Romae publici per duodecim menses digesti adiectis laterculis iis qui infra aut eduntur aut certe enumerantur. ita comparatis. ut hemerologium versanti aut pariter necessarii sint aut certe utiles. neque auctorem enuntiant verba primae paginae inscripta 'Furius Dionysius Filocalus titulavit'. nam ut *titulare* est *titulum scribere* (exempli causa elogia sepuleralia homines Africani. quorum sunt C. I. L. VIII. 1187. 1618. aiunt dedicavisse se vel collocavisse et *titularisse*). titulus autem cum sit inscriptio libri. non liber ipse. negat quodammodo se scripsisse librum qui se eum ait titulasse. possunt sane brevitatis causa haec collectanea a Philocalo appellari. neque id improbo: malui tamen subsistere in appellatione olim a me proposita aptiore tam laterculis maiore ex parte ad acta publica pertinentibus quam ipsius Philocali condicioni. nam Valentinus quidem. cui idem index ait libri archetypum donum datum esse. quinam fuerit. ignoratur: quamquam potest cogitari de eius nominis viro ex primicerio protectorum facto tribuno. deinde post a. 359 duce alicubi in Illyrico teste Ammiano 18. 3. 5. anno autem 365 consulari Piceni (C. Theod. 9. 2. 9. tit. 30. 4. 15. 1. 17). Philocalum duo tituli in urbe Roma reperti ostenderunt ea aetate scribam librarium fuisse calligraphia ita insignem. ut exemplo tam in litteraria quam in lapidaria seriptione ni fallor unico libris a se scriptis titulisque ad delineationem suam exaratis nomen adscriberet. utroque officio ea certe aetate pariter functos esse librarios et ex ipsa re constat et discrete enuntiat titulus nuper eruderatus Romae (*Bull. della comm. municip. 1885 p. 95*) sic conceptus: *L. Calpurnio Pisone P. Salvio Iuliano cos. (a. 175 p. C.) L. Aufius Amandus tabul(arius) praef(ecti) scilicet urbi Dianae sanctae basem marmor(eam) voto suscepto libens posui cura agente Lucretio Donato librario quadratario praef(ecti)*. Philocalianorum titulorum alterum sepulero alicui plurium hominum destinatum. descriptum primum Romae in pavimento ecclesiae S. Martini a montibus. hodie adservatum in museo Vaticano. post alios edidit Iohannes Baptista Rossius noster. ut de aliis multis. ita de hac quaestione optime meritis. in splendido opere *Roma sotterranea* vol. 1 p. 120 sic conceptum:



Philocalianus titulus alter pertinet ad insignem ordinem elogiorum, quibus Damasus ecclesiae Romanae ab a. 366 ad a. 384 episcopus in coemeteriis urbanis sepulera episcoporum et martyrum ornavit, continens carmen a Damaso collocatum in sepulcro papae Eusebii mortui a. 310 et sepulti in coemeterio Callistiano. ipsius archetypi emergerunt frustula quaedam litteraturam monstrantia eam ipsam, quam epitaphium illud a Philocalo scriptum prae se fert, delineata apud Rossium (l. c. vol. 2 tab. 3 cf. p. 198 seq.); exemplum eius scriptum litteris rudibus saeculi fere sexti, delineatum apud eundem (l. c. tab. 1 cf. p. 196) et expressum photographice in tabula tertia alius operis eiusdem auctoris (*triplice omaggio a Pio IX.* Romae 1877) ita integrum ad nos pervenit, ut appareat a fabro expressum esse archetypum hic illie mutilum et corruptum. ad eius exempli latus utrunque minoribus litteris adscripta leguntur haec:

D	F
A	V
M	R
A	I
X	V
I	S
S	D
P	I
A	Q
P	X
P	Y
A	S
E	I
C	V
V	X <sup>1)</sup>
L	F
T	I
O	L
R	Q
A	C
T	A
Q	L
V	V
E	S
A	S
M	C
A	R
T	I
O	B
T	S
	T

sic explenda corrigendave: *Damasi s[ui]<sup>2)</sup> pappae cultor atque amator[um] Varius Dionysius Filocalus scripsit.* elogiorum a Damaso simul publicatorum quae supersunt archetypae reliquiae (enumerat eas Rossius *Bull. crist.* 18845 p. 12) omnes eandem litteraturam ostendunt, quam in his marmoribus Philocali nomine signatis reperimus, peculiarem admodum et elegantiae ut affectatae, ita in suo genere perbellae: unde Damasiana Rossio dicitur, rectius fortasse appellanda Philocaliana. librarium igitur quadratarium hunc in sua arte suae aetatis summum Damasus episcopus in patrocinium receptum ad operam illam adhibuit, quod is antea in libris titulandis et elogiis exarandis facere consueverat, ut nomen suum adscriberet, id in his quoque elogiis ei permittens, quam ob rem verisimile est hemerologii Valentino oblato solum titulum a Philocalo scriptum fuisse, volumen autem egregii artificis nomine ornatum ipsum exaratum a librariis ordinis inferioris.

Videamus de codicibus, a quibus nos horum opusculorum notitiam trahimus.

L. Luxemburgensis inter eos primum locum obtinet. 'Fastos quosdam seu calendarium Romanum antiquis plane characteribus in membrana sex (si bene memini) foliorum descriptum, sex etiam dumtaxat menses complectens' a. 1560 fuisse apud Iohannem Bremmerum regium secretarium et consilii provincialis Luxemburgensis acturarium scribit huius gener Remachus Huart (1537—1613; uxor eius fuit Barbara Brenner de Nalbach teste Neyen *biographie Luxembourgeoise* Luxemburgi 1860 p. 263) utriusque iuris licentiatu, serenissimi archiducis a consiliis et archivis Luxemburgensibus' in attestazione<sup>3)</sup> scripta de memoria post annos plus minus L. addit Huart exemplar eius codicis tum misisse se Carolo Langio cathedralis ecclesiae canonico, ipsum codicem remansisse apud Bremmerum saepe sibi visum ibi et lectum, donec de eius consensu atque ante annos triginta Anthonius Blanchart questor Bastoniensis gener ipsius, qui tum Bruxellas negotiorum suorum in aula curandorum causa proficiscebatur, autographum ipsum secum asportaret atque domino ab Hassonville consiliario pie memoriae pro munere ac favore

1) Sic lapis, non DIONISIVS, ut saepe editur. 2) *sancti* praefert Hirschfeld. 3) Eam integram ex codice Bruxellensi 7524—7555 f. 217 edidi apud Strzygowskium *die Kalenderbilder des Chronographen von J. 354 p. 4.*

donaret. intellegitur Christophorus d'Assonville Arrasiensis natus a. 1528. *conseiller d'état et du conseil privé*, mortuus Arrasii a. 1607 (*Biographie nationale de Belgique*, Bruxellis 1866 p. 507). iam Peirescius in epistula infra edita, quam Parisiis d. 18. Dec. 1620 Romam dedit ad Hieronymum Aleandrum, eum codicem similem habuisse se scribat ex oppido Arras: *questo manoscritto . . . appartiene al presidente d'Arras, dal quale il Sig. Schildero* [Cameracensis canonicus secundum Gassendium vit. Peirescii p. 112] *l'ha ottenuto in prestito per farne lo vedere*, volumen post obitum Assonvillii pervenisse ad dominum Renon de France (de quo dixit Carolus Piot in praefatione historiarum Francii eius *histoire des troubles des Pays-Bas par messire Renon de France* editarum denuo Bruxellis a. 1886 p. X) ab a. 1605 ad a. 1622 consilii Arrasiensis praesidem collegit quem de his rebus consulere potui Ruelens Bruxellensis, confirmant coniecturam quae postea inveni praescripta apographo partis eius libri servato in codice infra nominato urbis Amiens n. 107 manu diversa: *ce cod. ms. antiquissimo d. n. de Francia praesid. in part. Machliniensis*<sup>1)</sup>, praesidatum eum Francius tenuit ab a. 1622 ad a. 1628, quo obiit: excerptis Ambianensibus quamquam praescriptionem post a. 1622 adiectam esse apparet, ipsa videntur sumpta esse ante a. 1620, quoniam Peirescius codicem postquam eo anno accepit, domino non videtur restituisse, scilicet in epistula data ex Aquis Sextiis d. 12. Maii 1627 ad Petrum Dupuy (*lettres de Peirese aux frères Dupuy publiées par Phil. Tamizey de Larroque*, Paris 1888 vol. 1 p. 211) sic scribit: *Parceque je desire de faire imprimer ce calendrier Constantinien MS. (avec les fastes et martyrologes qui y sont joints), lequel vous avez eu autres fois, je vous supplie de ne pas laisser sortir de vos mains la copie ou memoires que vous en pourriez avoir tirés et de moyenner que ceux qui en avoient en la communication de vostre main, soit M<sup>r</sup>. Rigault ou M<sup>r</sup>. Antin ou M<sup>r</sup>. de Saulmaise, ne fassent la fureur de ne les point prester à d'autres, jusques à ce que j'aye peu faire usherer cette edition. J'attends le graveur Mellan qui s'en vient de Rome chez moy, ou je lui en feray graver les figures, et aussy-tost feray mettre la main à l'oeuvre. Je ne seay comme je ne laissay porter à monstrier ce MS. à M. d'Orleans, qui ne cesse de me persecuter, mais je m'en deffendray prou honnestement, si par delà il n'a moyen d'avoir de vos amys ce qu'ils en ont retenu. Le P. Vassan Dom Jean de St. Pol l'avoit en de moy et je crois bien que s'il en a rien gardé par devers lui, il sera bien aise de ne le pas bailler à d'autres à mon préjudice. Vous savez ce qui m'avoit occasionné de tenir cette piece si serrée pour punition du père Sirmoud, qui en avoit tant d'envie.* haec et explicant locum epistulae eiusdem Peirescii scriptae ad Hieronymum Aleandrum Romam d. 2. Iun. 1621 (cod. Barb. sine num., olim n. 1975) f. 189 de eodem codice: *trorandosì passato dalle mani del P. Don Giacomini di S. Paolo in quelle del Sign. Patcano et dalle sue in quelle del Sr. Rigault*, et ostendunt ad a. certe 1627 codicem fuisse Parisiis apud Peirescium: nam et apud se eius copiam facturus est artificem eum delineaturo timetque, ne editio sibi praecipiat, de excerptis inde ab amicis sumptis sollicitus, de archetypo videlicet securus, itaque confirmatur quod ait amicus Peirescii Gassendus in vita eius edita a. 1611 p. 98: *perrarus codex Peirescii fuit ac etiamnum in illius bibliotheca adservatur*, neque ullum posthac in Belgica eius vestigium reperitur, sed mortuo Peirescio d. 24. Iun. 1637 quo pervenerit, ignoratur, codices ab eo collecti<sup>2)</sup> (quos cave confundas cum miscellaneis ipsius adservatis hodie aliis alibi, plerisque vero in bibliotheca Carpentrasensi, diligenter enarratis a Lamberto *catalogue des manuscrits de la bibliothèque de*

1) Non *Massiliensi*, ut legit Garnier editor catalogi codicum Ambianensium p. 387. 2) Index librorum in hereditate Peirescii inventorum tam scriptorum numero c. CXXX quam impressorum extat Carpentrasii in bibliotheca publica n. 610 (Lambert l. c. 1 p. 109 et 2 p. XII); scriptorum recensum nuper edidit Omonit *les manuscrits et les livres annotés de Fabri de Peirese* (Toulouse 1889 pp. 27). ab eo indice hic liber abest.

*Carpentras*. Carpentras 1862 vol. 2, 3) testamento ipsius fratris eius facti sunt Palamedis Fabri de Valavès, deinde alii dispersi, reliqui a filio Palamedis Claudio Fabri marchione de Rians venditi cardinali Mazarin et a. 1668 cum reliquis eius bibliothecae codicibus iulati in publicam Parisinam<sup>1)</sup>, sed in hanc Luxemburgensem codicem constat non pervenisse neque post a. 1627 ulla eius memoria usquam reperitur.

2. Luxemburgensem librum iam deperditum descripsit diligenter Peirescius in epistula data ad Hieronymum Aleandrum Parisiis d. 18. Dec. 1620, servata in codice Barberiniano XXXI. 39 f. 101 seq., cui epistulae adiunctae fuerunt exempla picturarum codici insertarum<sup>2)</sup>, eadem fere Fauris de Saint Vincens apud Millinum (*Annales encyclopédiques* 1817 tom. 3 p. 193-233; cf. tom. 1 p. 260-288) protulit Gallice versa, item sumpta ex epistulario Peiresciano, maxime ex epistula, ut ait editor, ad Rubensium pictorem scripta d. 6. Dec. 1620, sed et Tamizey de Larroque, editor futurus epistularii Peiresciani, et Rubensiani editor Ruelens Bruxellensis Faurisianis illis collectaneis fidem abiudicaverunt: sumpta esse omnia ex periculis epistularum ad Aleandrum illarum adservatarum in bibliotheca Barberiniana, et invenit nuper Leopoldus Delisle, ut nuntiavit mihi, ipsa ea pericula inter schedas Peirescianas furtis Librianis in Angliam translatis, nuper autem recuperatas inseruitque ea codici inter Gallicos nuper emptos n. 5172, interrogatus quoque a me bene meritus editor epistularii Peiresciani Tamizey de Larroque respondit neque in periculis iis neque in reliquis epistulis Peirescianis quiequam de hac re se invenisse quod utilitatem haberet. — His igitur missis cum epistula illa ad Aleandrum plenam descriptionem contineat codicis deperditi et quae de eo hodie novimus ex ea fere pendeant, placuit eam, postquam partem edidit Strzygowskius p. 8 seq., quatenus de codice agit, integram his commentariis inserere, picturae una cum ea a Peirescio ad Aleandrum transmissae hodie adservantur in eodem codice Barberiniano, ex quo nuper eas publici iuris fecit Strzygowskius in libro p. 7 not. 2 citato; laterenli item cum ea transmissi ex Barberiniana translati in domum Marinii hodie cum schedis Marinianis reliquis custodiuntur in bibliotheca Vaticana cod. Lat. 9135, quo praeterea picturarum exempla continentur.

#### MOLT ILL<sup>RE</sup> SIG<sup>R</sup> MIO OSS.<sup>MO</sup>.

Par che non soglia communemente venir sola una buona ventura. La scoperta de' camei di Augusto et di Tiberio era grande veramente frà curiosi di cose antiche, ma credo che V. S. troverà molto maggiore quella d'un M. S<sup>to</sup> havuto ultimamente scritto già più di 7. ò 800. anni al meno<sup>3)</sup> et coppiato verisimilmente sopra l'autografo del secolo Constantiniano di ottima nota. Nel quale in manco di 25. fogli si troua il Calendario Constantiniano tanto desiderato, et molt' altre cosette curiosissime distinte in due parti. L'una pertinente principalmente al Christianesimo, l'altra quasi solamente al Paganesimo, tutte due mutile, ma delle quali sono ben preciosi gli frammenti.

Nella prima parte dunque del M. S<sup>to</sup> si trouano diuersi Fasti Consulari accomodati à diuersi soggetti. Delli primi si sono smarriti li primi fogli et sen' è saluata solamente quella parte che descrive gli consolati dà quello di Antonino H. et Geta

1) Delisle *cabinet des manuscrits de la Bibliothèque impériale* vol. 1 p. 279 seq. in eius bibliothecae scripto libro *catalogues* n. 258 qui reperitur index librorum scriptorum ex Mazariuca in ipsam translatorum hunc codicem non recenset. 2) Ex Aleandrinis collectaneis sumptum est apographum, cuius meminit Strzygowskius (p. 5) et accuratam descriptionem mihi misit Nicolaus Anziani Florentinus, insertum codici Laurentiano Ashburnhamiano 1061 (= 991 catal. editi), ubi qui fastos antiquos composuit auctor anonymus laudat ipsas schedas Barberinianas. 3) In tetasticho mensis Martii (Baehrens 1 p. 207) extremo versu *indicat et sinus lactis et herba cicus* Peirescio in libro Arrasiano sibi visus est legere non *sinus*, sed *semis*.

sino à quello di Constantino VII. et Constantio Caes. III. con tal disposizione che di quattro in quattro anni gli Consolati son scritti in rubrica, et segnati nel principio del versicolo con un *b.* per denotar l'anno bissextile, et vi si aggiunge ogni anno la Fera Kalendarum Januar. et il numero dell' Epacta Paschale, segguendosi le Ferie continuamente secondo l'ordine de' giorni della settimana, eccetto nel primo anno doppo il bissextile, doue sene salta vna, per essemplio

Antonino II. et Geta.	Mar. XXII.
Albino et Aemiliano.	Mer. III.
Aspro et Maximo.	Jou. XIII.
b. Antonino III. et Geta II.	Ven. XXV. — questo è in rubrica.
Pompeiano et Auito.	Sol. VI. etc.

V. S. ne tronerà d'altri essemplii nello Scaligero de Emendar. temporum lib. V. doue tratta del Consolato di Bruto. Et nel Cuspiniano sotto'l Consolato di Largio et Herminio, et sotto quello di Proculo et Nigrino à tempo di Tiberio, doue egli dice che gli suoi Fasti erano continuati in quella forma, à Regibus Exactis sin' al tempo de' Gothi: di modo che bisogna che sia cosa diuersa de' nostri che non haueano potuto passar più oltre del Consolato di Constantio VII. (come V. S. giudicherà Ella stessa dagl' altri particolari che le saranno accennati qui sotto), se non per forma di continuatione aggiunta da altro che il primo authore de' Fasti. Et poi che Victorino Aquitano che fece un gran Paschale con la giunta de' consoli continuato dal consolato de' duoi Gemini sin' al suo tempo, visse ne tempi solamente di Libio Seuero Imp. circa l'anno di N. S. 463. et che Dionysio Exiguus, che ne fece un altro, visse ancor più tardi sotto Justiniano, circa l'anno 528. questi nostri Fasti debbono esser stati composti da altro authore più antiquo, forzi secondo le regole di que' Canonì Paschali d'Anatolio, che visse sotto Probo et Diocetiano (quelle di Hippolyto ch'era à tempo d'Alexandro non facendo à proposito, per esser disposte in anni 46 in luogo di 49) è secondo quelle che furono stabilite nel concilio Nicaeno quando s'introdusse la practica dell' emeadecaeteride, alla quale s'applicarono l'epacte.

Gli altri Fasti del M. S<sup>to</sup> oltre la medesima distinctione degli anni bissextili in rubrica col segno *b.* in luogo della Fera et dell' Epacta, aggiungono ad ogni Consolato il giorno della Pasqua. Et hanno il lor principio nel consolato di Constantino II. et Licinio II. quando appunto morì Maxentio, et apparue il segno salutare et quando cominciarono le Indictioni, ma sono continuati non solamente sin' al medesimo consolato di Constantio VII. et Constantio Caes. III. doue finiscono gli precedenti, anzi passa oltre la determinatione della Pasqua sino à molti anni allora futuri: sì come si usa ancora ogni volta che si fanno calcoli astronomici, è computi ecclesiastici. Et come fece quasi in que' tempi Theophilo vescovo di Alessandria, del quale serue Idacio nel principio del suo Chronico, ch' egli *a primo consulatu Theodosii Augusti laterculum per centum annos digestum de Paschae obseruatione conscripsit.* Ne si può reuocar in dubbio che tal continuatione non fosse per anni venturi, poi che non vi sono aggiunti i consolati dirimpetto alla determinatione della Pasqua annua sino all' vltima, anzi ne resta vna gran parte del fine vuota nello spatio doue haueano da essere i consolati, acciò vi si potessero aggiungere da' i lettori successiuamente, sì come esse ne sono aggiunti alcuni doppo'l consolato VII. di Constantio conforme al voto di Arnobio [*sic; sez.* Ausonio] che volse imitare i lettori de' Fasti da lui composti, di aggiungerui chiascheduno i consolati subsequenti la sua opera. Et se haueuamo l' originale autographo dell' exemplare scritto da Dionisio Filocalo sul quale è stato coppiato già molti anni sono il nostro ms<sup>to</sup>, credo che la giunta de' consolati posteriori à quello di Constantio VII. si tronarebbono scritti d'altra mano che li precedenti. L' vltima Pasqua determinata dietro questi Fasti, è notata VII kal. April. in anno precedente

il bissextile secondo la distinction della rubrica, et poi si vede scritto in rubrica et carattere majuscolo. ANNO CENTESIMO. Senza però che il termine di tal Centenario venga dal principio de' detti Fasti Paschali, per quanto si può vedere quando si va retrogradando per cercarlo. Anzi vien solamente dal consolato di *Constantino VI et Constantino Cæs.*, ott' anni piu tardi che il principio dell' indictioni. Il che mi ha tenuto vn pezzo in qualche ansietà, mentre andauo cercando il fondamento di tal Epocha, fin che mi imaginai che potesse essere l'epocha della pace della chiesa christiana, nel cui pensiero mi trouai molto confermato quando considerai l'ordine et dispositione di ciò che scrive Eusebio sul fine del primo libro de' Chronici, che Constantino doppo hauer fatto Caesari Crispo, Licinio, et Costantino PACEM NRIS DEDIT: Et poi, che si scomunicò Arrio, et si celebrò il Concilio Niceno, et gli Vicennali. Hor benchè nel secondo libro del Chronico egli non habbia fatto mention espresso di tal PACE de' Christiani, egli tocca non dimeno molti particolari che aiutano assai à congietturarne il vero anno à poco appresso. Notando non solamente la creatione de' tre Caesari suddetti l'anno XI. dell' imperio di Constantino poco doppo la morte di Diocletiano, auanti la quale non è credibile ch' hauessero piena pace gli Christiani. Ma di piu vna persecution notabile quando Licinio scacciò i Christiani dal palazzo et quando fù martirizzato Basileo vescouo di Amasaea l'anno XIII. dell' imperio di detto Costantino. Et finalmente ponendo il negotio di Arrio sotto l'anno seguente XV. dell' imperio di Costantino, sendo breuissimo il tempo subseguente la persecution di Licinio et precedente il negotio di Arrio et cadendo precisamente secondo il calcolo Eusebiano tra l'anno XIII. et il XV. Il che non risponde male al detto Consolato di *Constantino VI et Constantino Cæs.* Sotto'l quale appunto si troua data la prima legge promulgata da Constantino contra la superstitione de' sacrificii del Paganesimo, posta la prima nel titolo de' *Paganis sacrificiis et templis*, nel Cod. Theodos<sup>o</sup> *Acc. VIII id. Mart. Crispo II et Constantino II coss.*, ma *Data Scilicet XVI. kal. Januar.* cioè sul fine dell' anno precedente, mentre duraua ancora il Consolato di Constantino VI. Del resto la tolleranza della consultatione degli aruspici mentionata in detta legge mostra, che restaua ancora allora qualche parte del Paganesimo, che non si poteua estinguere se non poco à poco, et che la rotta di Maxentio et l'apparition del segno salutare non era stata bastante, per estirpar subito il Paganesimo et far cessare totalmente le persecutioni, continuate sotto Maximino et Licinio.

Gli Fasti susseguenti aggiungono alli consolati gli Prefetti Urbani creati ogni anno, et repetiti quando erano continuati due ò tre ò piu anni, ma non cominciano se non dal consolato di *Valeriano II et Gallieno*, col titolo *Ex temporibus Gallieni quis quantum temporis praefecturam urbis administrauerit*, nè vanno piu oltre del sudetto consolato settimo di Costantio, n' hauerò mandato copia à V. S., ma il Cuspiniano gli ha inseriti annualmente nel suo commentario sopra i Fasti di Cassiodoro. Il che mi ha dato veramente vn poco di mortificatione, perciò che hauerò creduto che douessero uscire di man mia prima che di ogni altra. Ma per consolarmi ho trouato che il suo esemplare era mutilo in qualche parte, et che vi mancava vna parola che V. S. trouerà forzi la principale di tutta l'opera. Nella prefettura di Fabio Titiano, continuata l'anno del consolato di Acyndino et Proculo, doue si legge in questo M. S<sup>to</sup> *Ex die III. Non. Maii in VII. Idus Iun. Iunius Tertullus VICARIUS cognouit eò quòd ut Augustam profectus est, postea reuersus Fabius Titianus praefectus Urbis*, hauendo il Cuspiniano tralasciata la parola *vicarius*, della quale par che si possa confirmare che il Vicario Urbano fosse veramente vicario et luogotenente de' (sic) Prefetto Urbano, et per consequenza, che se negli ultimi secoli la Giurisdictione del Vicario comprendea non solamente le prouincie *intra cautesimum*, ma ancora alcune altre finitime, così le



medesime prouincie finitime *ultra centesimum* sottoposte al Vicario doueano essere state sottoposte al Prefetto Urbano ancora.

Gli ultimi Fasti sono de' vescouï di Santa Chiesa christiana dà San Pietro sino al terzo anno del ponteficato di Liberio, che risponde appunto al Consolato settimo di Constantio come gli precedenti, à ciascheduno de' quali pontefici sono aseritti i consolati, sotto li quali si prencipiò et si fini il ponteficato loro, con i giorni precisi quasi sempre di tal prencipio et fine, et della vacanza.

Di questi ancora n' ha veduto vn esemplare vn poco diuerso del nostro l'istesso Cuspiniano, et gli ha inserti nell' istessi commentarii, ma stropicciati, in maniera che non appare la gentilezza dell' opusculo. Vi si veggono parecchie epoche diuerso del calcolo ordinario et che meritano grand' esame, io hò hauuto non poco gusto di far il riscontro di alcune con i Fasti, ritrouandosi non poca corrispondenza. Pongono la Passione di N. Sre iddio *duobus Geminis coss. VIII kal. April.* come

*M. Vinucio*

tutta la primitina chiesa. Il ponteficato di S. Pietro *Ex XVIII. kal. Mar. Minucio et Longino coss.*, quali furono successori *duorum Geminorum*, fino al *die III kal. Julius, Nerone et Veto coss.* doue si trouano appunto XXV anni di ponteficato. Il ponteficato di Lino à *Coss. Saturnini et Scipionis*, quali sono successori di Nerone Et Veto, vsque *Capitone et Rufo*. Et così di Clemente et Cleto, à tutti li quali rispondono assai bene gli anni del ponteficato segnati nel titolo di ciascheduno, con i consolati adseritti. C'è poi sotto Marcellino doppo gli anni del ponteficato notato che *fuit persecutio et cessauit episcopatus annis VII mensibus VI diebus XXI*, il che si troua confermato dal prencipio del ponteficato di Marcello suo successore, à cui da solamente vn anno e sette mesi di ponteficato, et da quello di Eusebio à cui da solamente III. mesi et xvi. giorni. La cui vacanza dalli posteriori scrittori si troua riempita col dar parecchi anni di ponteficato à Marcello et ad Eusebio, per ritrouare i consoli delli successori. Vi son molte altre cose notabili che sarebbero troppo longue a raccontare, delle quali V. S. trouerà la maggior parte nel detto Cuspiniano.

Ci restano ancora due capitoli in quella prima parte, l'vno con questo titolo in Rubrica Majuscula DEPOSITIO EPISCOPORVM, del quale pure fa mentione l'istesso Cuspiniano, ne sò per che l'abbia negletto. Et in esso sono disposte secondo l'ordine del Kalendario da Genaro fino à Dicembre le depositions di XI. Pontefici non contenuti nel capitolo de' Martyri, alli quali si e' aggiunto vn Duodecimo *Giulio* extra ordinem doppò il Dicembre, ben che segnato prid. Id. April., per essere stato aggiunto recentemente, et defonto solamente tre anni prima che il termine de' sudetti fasti. Restandouï vn gran uacuo per aggiungerne molt' altri per succession di tempo.

L'altro capitolo di rimpetto al precedente ha questo titolo in rubrica majuscula similmente ITEM DEPOSITIO MARTYRVM. Et è prencipiato dal Natale di Cristo in queste parole *VIII. kal. Ian. natus Christus in Bethleem Iudaeae*. Et poi secondo l'ordine del calendario vi sono disposte le depositions solamente di alcuni Martyri, eccetto la celebratione descritta in queste parole nel mese di Febraro *VIII. kal. Mar. Natale Petri de Cathedra*, che è l'Antiochena, tutto l' resto va in questo modo *XIII. kal. Febr. Fabiani in Callisti, et Sebastiani in Catacumbas. XII. kal. Febr. Agnetis in Nomentana* et così dell' altre, ma in pochissimo numero. Tre solamente portano seco il consolato, cioè, *XVIII. kal. Ian. Partheni et Calocerri in Callisti Diocletiano XVIII. et Maximiano VIII. X. kal. Oct. Bassillae Salaria Vetere Diocletiano XVIII. et Maximiano VIII. coss.* Et *III. kal. iul. Petri in Catacumbas et Pauli Ostiense, Tusco et Bassa coss.* Il cui consolato ne' tempi di Gallieno si ha da riferire alla translatione de' corpi santi fatta in fauore di Santa Lucina ducent anni doppò il martyrio loro. Et forzi à qualche posterior translatione, poi che scriue Damaso alla relatione

di Onufrio, che fu fatta da Cornelio tal translatione, al quale non potrebbe convenire il Consolato di Tusco et Basso. Et à ciò V. S. non pensi che il Martyrologio sia solamente de' martyri di Roma, si legge nel mese di Dicembre *Id. Dec. Ariston in Pontum*. In Febraro *non. Mar. Perpetuae et Felicitatis Africa*, et quello ch'io stimo grandemente, in settembre *XVIII kal. Oct. Cypriani Africa, Romae celebratur in Callisti*, dove la celebration locale in que' tempi mi par molto notabile contra questi nostri nouatori. Nel mese di Luglio *VI Id. Eclivis et Philippi in Priscillae etc. Et in Marini, Silani, hauc Silanum martyrum Nouati facti sunt*. Il che mostra la simplicità de' collettori di questo martyrologio, dove non si troua mentione di aleno posteriore à Liberio.

In somma l'opera è curiosissima et molto degna di essere veduta. Habbiamo qui vn Padre Fogliantino dottissimo in Antiquità Ecclesiastiche, il quale ha messo all'ordine piu di 200 vite di Santi non mai stampate, et fra esse vna cinquantina di antiquissime et di eccellente nota, le quali egli va far stampare, et con tal occasione si potrà mettere quest' opuscolo nel prencipio, con qualche animaduersione dove sarà di bisogno. Chi potesse hauer coppia di quel *vetustissimum ante Damasi tempora ecclesiae Romanae registrum* cettato dal Pamunio Cap. XI *de Coemeteriis*, et le Vite de' Pontefici scritte dall' istesso Damaso ananti che fossero interpolate dall' Anastasio, le quali dice hauer vedute l'istesso Pamunio, sarebbe vn grand' assortimento all'opera. Et ancor migliore se si potessero hauer que' Indices Vaticanii et Cresconiani, tante volte allegati dal S. Card<sup>e</sup> Baronio. Ma non sò se si possa sperare di ottenerli. Vorrei ben almeno hauerne vn poco di relatione, et imparar da lei che cosa siano que' Indici Cresconiani, et donde commincia, et dove finisce quel Registrum Vetustissimum et quali son le principali cose che vi sonno contenute.

Nella seconda parte del M. S<sup>to</sup> c'è vn titolo<sup>1)</sup>, fatto all' antica giusto come que' titoli che si veggono ne marmi et iscrizioni antique, cioè vne [*sic*] tavoletta longuette [*sic*] con due recchioni, portata da due Genii alati, con l'iscrizione dentro majuscule negro VALENTINE LEGE FELICTER et in rubrica VALENTINE VIVAS FLOREAS, VALENTINE VIVAS GAUDEAS, et di sopra vn Monogramma nel quale si trouano le lettere de l'iscrizione d'appresso VALENTINE FLOREAS IN DEO, onde si può argomentare che lo scrittore era Christiano et forzi ancora quel Valentino, à cui l'opera era dedicata. Nelli recchioni si legge in majuscule piu minuto FVRIVS DIOXYSIUS FLOCALVS TITVLAVIT. Il che mostra l'antiquità dell' opera.

Doppo il titolo si veggono le imagini fatte a la penna solamente<sup>2)</sup> di quattro città delle principali dell' imperio<sup>3)</sup>. La prima è ROMA galeata sedente co'l mondo in mano et vna Victoriola sopra che l'incorona, et l'hasta lunga, accompagnata da vn puttino, che porta vn sacco su le spalle, et va spandendo danari, con vn altro sacco à terra.

La seconda è ALEXANDRIA in piede vestita giusto come la Cartagine che si vede in medaglie di Maxentio, accompagnata da due Genii che portano candalabri et

1) Exemplar extat in eodem codice f. 1; adscripsit Peirescius: *primo foglio della seconda parte del ms., item in postica: qui ca l'imagiar di Roma et nella pagina dirimpetto quella d'Alessandria, doppo la quale seggono quelle di Constantinopoli e di Treberi.* apographum est inter Mariniana cod. Vat. 9135 f. 217.

2) In alia epistula ad equitem del Pozzo data Aix 17. Mai. 1629 (ex codice Montispezzulano bibl. schol. medic. vol. II p. 181b) notavit Rossius, edidit Strzygowski l. c. p. 20 sic ait Peirescius: *L'original del Kalendario con le figure non ha altra differenza di colori che nella scrittura, sendo alcune cosette scritte in rubrica et l'altre d'inchiostro negro. Ma le figure sono di solo inchiostro nigro diseguate con la penna sopra la carta pecora, nè sonno molto migliori che le copie mandate al defunto Sr. Aleandro.* 3) Quattuor hae imagines extant in eodem codice f. 2. 3. 4. 5 (unde Marinus cod. Vat. 9135 f. 217r. 221r. 219r. 220r.). Adscriptum est in posticis ad primam: *qui ca il titolo della dedicatione a Valentino;* ad secundam: *qui ca Constantinopoli;* ad tertiam: *qui ca l'Alessandria;* ad quartam: *qui ca la Vittoria che scrive al ellypo.*

cerei accesi, con due nauì annonarie. Nella dritta par che tenga daefili, et nella sinistra vn ramo di pomo granato, et vn di neranza.

La terza è di CONSTANTINOPOLIS in piedi vestita alla Romana con vna corona alla destra et l'hasta alla sinistra, ma turrata come l'Antiochia, il che mi par straordinario, come se hauesse voluto occupare il luogo di Antiochia, del resto l'accompa-  
gnano altri Genii con face accese, et sopra la testa due Genii che volano gli sostengono vn'altra corona su le torri, alli piedi c'è vn altro sacco pieno di dannari ò altra robba.

La quarta è TREBERIS galeata: succinta, armata di hasta et clypeo che trabe vn barbaro captiuo, appresso l'quale si veggono targue, arche, fresse, corni, canthari et altri vasi preziosi.

Segue vna Vittoria con l'aquila legionaria et vn clypeo, nel quale ella va scriuendo SALVIS AVGVSTIS FELIX VALENTINVS<sup>1)</sup>. Formula appunto di quel secolo, et conforme alli marmi et medaglie antiche. Onde si può conietturar, che tal VALENTINO fosse qualche persona eminente in que' tempi, et costituita in dignità et officio di soprastante all'opere pubbliche, ò alli giuocchi circensi, ò altra. V. S. hauerà da cercare chi egli possa essere, non hauendo io trouato cosa che vaglia in quel proposito. Solamente l'aniserò che ne' Fasti Pontificii quando si vanno enumerando le fabbriche fatte da Giulio papa ce n'è vne [sic] descritta così *Basilica in Via Flaminia mil. III. qui appellatur Valentini*, che poteva esser il medesimo.

Di rimpetto della Vittoria si veggono due Tavole ornate di Pillastri, con due frontoni particolari et vn commune, doue si vede vna imagine dal petto in sù di vn Imperator paludato, che non ha corona, ma ha il gran cerchio attorno l'capo et tiene vn globo su'l quale stà la Phoenice, come si vede in medaglie di Constantio figlio di Constantino. Et è accompagnata da due Vittoriolè et dall'iscrizione in majuscule NATALES CAESARVM<sup>2)</sup>. In quelle secondo l'ordine del Calendario sono disposti i Natali degli Imperatori celebrati à que' tempi, et ne' medesimi giorni che si trouano inseriti nel Calendario Constantiniaco. Ma non ci sono i natali dell'Imperio, anzi solamente i veri natali, doue V. S. notarà che il natale di Costantino III. kal. Martii deue essere il vero natale di quel prencipe, poi che doppò la sua morte non si continuò la celebratione di altro che di quello. Et che similmente quello di Constantio VII. Id. Augusti, deue essere il suo vero natale, poi che non ce n'è d'altro, et dicendo *Dñ. Constanti*, et non *DIVI*, come negli altri, si hà da conchiudere, che siano fatte queste tavole mentre viueua Constantio figlio di Constantino.

Si veggono poi i Pianeti<sup>3)</sup> rappresentati all'antiqua, cioè Saturno mezzo ignudo ma velato con la falce, et vn certo fiore all'Egyptio in cima al capo. Marte Graduo. Il sole radiato col globo et flagello, ma vestito di lungo come l'Appollo Daphnese. La luna col gran crescente dietro alle spalle, vna face accesa alla dextra, et vn corno alla sinistra vuodo di fiori, et riuoltato sotto sopra. Mercurio, col caduceo et la borza. Et tutti con le hore Planetarie nocturne et diurne, et certe regole volgari della giudiciaria superstiziosa. Ci manca vn foglio doue erano Giove et Venere.

1) Imago haec est in codice f. 6 (inde Marinus cod. Vat. 9135 f. 223); in postica legitur: *qui va l'imagi di Treveri*; adscriptum est: *dirimpetto a questo va il Calendario de' Natali Caesari*. 2) Imago est in codice f. 7 (inde Marinus cod. Vat. 9135 f. 230); in postica legitur: *qui va il planeta di Saturno che sarà seguito D (hiat liber) seguano gli altri planeti*. 3) Planetæ quinque Saturnus Mars Mercurius Sol Luna exhibentur in codice f. 8. 12 exempla sunt in cod. Vaticano Marini 9135 f. 228, 226, 227, 229, 225; in posticis scriptum est ad Saturnum: *qui cano le tarole de' Natali Caesari*; ad Martem: *qui va Mercurio*; ad Mercurium: *qui va Marte*; ad Solem: *qui va la Luna*; ad Lunam: *qui va il Sole*. ad Saturnum adscriptum est: *mancauo Giove e Venere, che sarebbono in ordine delli planeti II et III secondo la disposizione del (hiat liber)*.

ma non è stato difficile di restituirlo alla foggia degli altri. Se non possono essere copiate à tempo tutte quelle figure, V. S. le hauerà co'l prossimo corriere.

Segguittava poi il Kalendario Constantiniano, ma ci manca il primo foglio, che ha fatto smarrir il titolo che vi poteva essere, et l'immagine del mese di Gennaro, et quattro altri fogli che hanno portato via la scrittura delle Feste et Kalende de' mesi di Marzo, Aprile, Majo et Giugno<sup>1)</sup>, con le imagini de' mesi di Aprile, Majo, Giugno, et Luglio<sup>2)</sup>, che è vn gran danno veramente, ma nulla di meno le reliquie che se ne sonno saluate sonno d'importanza, et cappaei di fare stimare adempito per la maggior parte il voto di V. S. et il mio, di vedere detto Calendario in miglior forma che non l'ha stampato il S<sup>r</sup>. Hernartio. Sendou sempre numeri Latini et non barbari nelle Kalende, None, et Idi, et l'ingresso del sole in ogni signo del Zodiaco notato in parole distese latine in majuseulo con l'immagine del segno celeste appresso, et non con note barbare degli vltimi secoli, come le ha notate l'Hernartio, il che io credo ch' egli habbia fatto per saluar lo spatio, ma doueua auisarne il lettore, acciò non si sminuisse l'opinione dell' antichità dell' opera.

La disposizione del Kalendario era tale che apprendo il libro le due charte ò paggelle de' due fogli apperti conteneuano vn mese, in due tauole ornate di pillastri et frontoni, cioè nella prima pagina l'immagine d'vna figura humana che rappresentaua il mese, vestita et accompagnata secondo la deseriptione di certi verzi antiqui, stampati già dal Pithaco, et da altri, li quali difficilmente si puonno intendere bene senza vedere le figure, sì come le figure non si cognoscerebbono facilmente senza veder i verzi, sotto l' frontone stà l'inscrizione in majuseulo di ciaschedun mese, et nella margine interiore vicina alla cuggitura del volume sonno scritti i due distichi di ciaschedun mese, in carattere corsiuo Romano di 7. ò 800 anni in circa. L'altra tauola nell' altro foglio di rimpetto la precedente contiene sotto il frontone in majuseulo il numero de' giorni del mese, et poi dentro il quadro della tauola, tutte le medesime feste notate nell' edizione del S<sup>r</sup>. Hernartio, con li medesimi ordini di lettere al prencipio di ciaschedun giorno, ma con numeri di Kalende et altri, alla Romana antiqua, et sotto la mentione dell' ingresso del sole in ciaschedun segno fatta di rubrica et in majuseulo c'è vn circolo, nel quale è disegnato il segno celeste, ma all' antiqua, et come si veggono nelle medaglie, tagli, marmi et altri monumenti più antiqui<sup>3)</sup>. Il primo giorno del mese et quello dell' IDVS sonno scritti in rubrica ma-

1) Octo laterculi mensium, quos Peirescius misit Aleandro, cum distichorum pentametris hodie ex Barberiniana bibliotheca ablati extant in Vaticana inter Mariniana eod. 9135 f. 232—239. 2) Septem imagines mensium quae supersunt Febr. Mart. Aug. Sept. Oct. Nov. Dec. cernuntur in codice f. 17—23 eum distichorum hexametris et tetrastichis. 3) Haec suppletur epistulis abis duabus Peirescii ad Aleandrum, quarum prior data Parisiis 10. Mart. 1621 ex volumine bibliothecae Montispezzulae (H 271 t. I p. 22) descripta a Rossio edita est apud Strzygowskium p. 17 neque hic repetitur, cum hoc tantum inde intellegatur Aleandrum accepisse signa zodiaci Ianuarii Octobris Novembris, reliqua eum desiderare, subieci alteram datam Parisiis 2. Jun. 1621, quae inserta est syllogae epistularum Peirescii ad Aleandrum servatae in bibliothecae Barberiniana volumine olim numerato 1975, cum careat adhuc numero novo, f. 188.

Delli segni del Zodiaco mi dispiace che fossero obmessi dal pittore, per non hauerlene lasciato il desiderio, che per altro non vi riconobbi cosa degna di consideratione. Volsi ben che si disegnassero, nominatamente quelli di aquario et del sagittario, ma prencipalmente quello di aquario per causa della thiara Phrygia. Per gli altri non me ne curai tanto in quella fretta, non vi essendo in quello del cancro se non l'animale del cancro maritimo senza coda, cioè il paguro. In quello del leone, vn lion corrente. In quello della vergine, vna donna stolata che tiene vn ramo, ma assai goffamente rappresentata. In quello di libra (se ben mi ricordo) vn adolescente che tiene la libra in mano. Et in quello del

juscula con la festa che vi risponde. i numeri sono majusculi. Tutto'l restante dell' inscrizione è in carattere ordinario rotundo. di 7. o 800 anni in circa. Nelle margini inferiori sotto ciascheduna tauola. si veggono altri verzi antichi pertinenti à ciaschedun mese scritti in majusculo.

Hor per dirle il frutto che se ne può cauare. dalla confrontatione che V. S. potrà fare della coppia che le ne manderò essatta prout jacet nell' originale. ella vederà che molte parole si potranno emendare. come N. DIANES. in Agosto. in luogo di CIANES. come ha fatto scolpire il S<sup>r</sup>. Heruartio. AEQVVE. @ PRO in Luglio. che farà ROManorum. in luogo di OR. come ha scritto l'Heruartio et altre.

Et nelle figure V. S. hauerà gran gusto di vedere il segno dell' Aquario. con la clamyde et thiaira Phrigia di Ganymede. quello di Virgo con il caduceo. quello di libra portato da vn giouane all' antica et così degli altri segni celesti.

Ma prencipalmente nelle figure de' mesi quella di Febraro par molto notabile. per essere muliebre. stolata. et velata come le vergini Vestali. portando vn cigno nelle mani. et hauendo vna cigogna appresso. per rispondere et forzi per scriuir d'interpretatione all' inscrizione del giorno dell' Idus. che dana vn poco di fastidio à V. S. se ben mi ricordo. per non essere tanto distesa. quanto quella di questo M. S<sup>uo</sup>. cioè VIRGO VESTA PARENTAT. Il che tocca sicuramente la februatione. mentinata ne' verzi che sonno appresso. L'anc paludicola de' verzi co'l suo canto lugubre non sendoni mal a proposito. si come ne anco la cigogna alla parentatione. — Il cratere che butta acqua dal cielo. par che denoti le pioggie di quella staggione. Ma il fiore che stà su'l capo della Vestale all' vsanza Egittia. simile à quella di Saturno. ha bisogno d'vn poco d'interpretatione apprezzo di me.

La figura del mese di Marzo è vestita di pelle di lupa et accompagnata dell' hedo. et della garrula irundo. et del *sinus lactis* (se pur non c'è *semis lactis* come pare) et dell' herba nascente à piedi. come la descriuono i verzi.

Quella d'Agosto è nuda et per mostrare che beue in vn poculo di vetro. come uol l'authore de' verzi antichi. si vede il mentone della figura à trauerzo il poculo.

Quella di Settembre conforme alli verzi tiene vna lacertola sospesa ad un filo. et vn canestro cum surgentibus acinis dell' altra mano. hauendo apprezzo uue et peri ò pomi.

capricorno. vn capricorno alla Greca. cioè vn animale mezzo capro et mezzo pesce. ma il pesce non è directo. comme sonno i capricorni Romani fatti sotto Augusto et altri imperatori. anzi gyrato à guisa de' serpenti. come i Greci solenano dipingere le code de' monstri maritimi. Se il M. S<sup>uo</sup> fosse stato in man mia. non hauerei mancato di mandarlene il dissegno per questo corriere. ma trouandosi passato dalle mani del P. Don G. di S. Paulo in quelle del S<sup>r</sup>. Puteano. et dalle sue in quelle del S<sup>r</sup>. Rigaltio. l'horà della partenza dell' ordinario erà troppo breue. per parlare à tante persone et trouarle. Il S<sup>r</sup>. Rigaltio si è appunto incontrato da me quando le scriuono queste righe. et m'ha assicurato che con il prossimo V. S. hauerà vna sua lettera insieme con le figure di detti segni fatte di sua mano. forzi piu esattamente che dalli pittori. In ogni modo egli le andaua debitore di risposta ad alcuna sua lettera.

Misit igitur Peirescius aquarium Ianuarii et sagittarium Novembris una cum reliquis picturis; sed in codice illi non extant et videntur periisse. reliquorum sex signorum zodiaci exempla Peirescius misit Alcaandro d. 26. Iun. 1621 (cod. cit. f. 135) adscribens: *queste poche righe in fretta souuo solamente per accompagnare il schizzo qui aggiunto de' segni del Zodiaco omessi, quando se le mandorno i disegni del Kalendario Constantiniano.* extant cum reliquis picturis in volumine Barberiniano f. 15 (inde Marinus cod. Vat. 9635 f. 231), quod folium formae est a reliquis diversae et minoris, cum inscriptionibus his: m. Febr. *sol pscibus* [sic] — m. Jul. *sol leonù* [sic] — m. Aug. *sol uirgo* [sic] — m. Sept. *sol libra* — m. Oct. *sol scorpio* [sic], quem Peirescius describens errore eamerum dicit — m. Dec. *sol capricornio* [sic].

Quella d'Ottobre prende vn lepore fuor della trapola doue si è lasciato prendere, et ha l' vscello pingue apprezzo.

Quella di Nouembre è ben delle piu belle, rappresentando vn de' ministri o sacerdoti della dea Iside, con il sistro in mano, l'ansere appresso, et l'habito bianco secondo i verzi che vi stanno apprezzo. V. S. n'hauerà veduto vna simile ben che assai mal disegnata, nel libro del Sr. Lorenzo Pignoria della Tanola Isiaca. La quale è scolpita come la Tanola Isiaca, in vna gran chiave da serrar canali di aqua fatta di metal giallo, doue è rimessa la figura in metal di rame rosso, cioè la testa, le braccie, et li piedi, et l'habito d'argento, per rispondere al *Carbasco* de' verzi. Tiene il sistro, et ha l'ansere d'argento appresso, ma dalla sinistra tiene la situla di Iside, in luogo che questa tiene vna patera co'l serpe, sendo qui di più l'ara col Cinocefalo ò altr' idolo Egittio, et i pomi granati, che sonno buoni in quel tempo. Et forzi che tal chiave di bronzo fu adoperata ne' canali dell' acque necessarie per le lauazioni vsate ne' sacri di Iside conforme all' authorità di Tertulliano già osseruata da V. S., ne' quali si trona nel Calendario repetita la Festa HILARIA vna seconda volta, la quale verisimilmente non passaua senza la lauatione celebrata doppò l'altr' HILARIA del mese di Marzo. Ma quando non piaceia tal congettura, poco importa, potendo sempre riferirsi la figura della chiave al mese di Nouembre. Et perciò che c'è vn inscriptione in lettere d'argento rimesse nel metallo co'l nome ADELPHI, et che ne' Fasti nostri prefectorii si troua nel Consolato *post Sergium et Nigrinianum* (che fu *Magentio Et Gasoni* *cons.*) vn Prefetto Urbano chiamato Clodius Adelfius à VII. Idus Jun. ad XV. kal. Jan., non sò se si potrebbe congiettare, che l'opera doue era posta detta chiave fosse stata fabricata sotto quell' Adelfio. Et massime se si riferisce la figura alli sacri Isiaci, sendo certo che sotto Magentio si erano rinouati i sacrificii nocturni, si come consta dalla legge promulgata da Constantio due anni doppò *Data VIII kal. Dec. Constantio VI et Constantio Caes. II Cons.*, che è la V. nel cod. Theod. de Pagan.

Quella finalmente di Decembre oltre la face accesa, et la larua comica ò persona, che conuengono appunto alla stagione, rappresenta vn seruo che giueca alle tessella co'l pyrgo, doue è notabile il numero di due tesselle à dadi et non più, et la positura del pyrgo sù la mensa, et non nelle mani del gioccatore, come vsano i nostri hoggidi del lor corno, anzi s'accorse il Sr. Salmasio di certi uestiggii della porticella inferiore del pyrgo, donde hauciano da far scorrer le tesselle su la tanola, di modo che risponde eccellentemente la pittura a que' verzi che furono fatti à posta per descriuerla, et specialmente all' vltimo *Nunc tibi cum domino ludere verna licet.*

Ma il fine dell' opera consiste in due figure poste immediatamente dietro il calendario in due pagine che sonno di rimpetto l'vna dell' altra ne' due vltimi fogli aperti<sup>1)</sup>. Nelle quali sonno rappresentate le imagini di due Imperatori ch'io stimo essere Constantio Augusto figlio di Constantino et Constantio Cesare Gallo. Il primo stà à sedere, et sparge dannari dalla man destra, hauendo il diadema gemmato in testa, il gran circolo attorno l' capo, et il seettra alla sinistra fastigiato di vna imagnucula galeata et armata di elypeo. Il secondo prencipe stà in piedi senza corona, ma co'l circolo attorno l' capo, vn seettra simile alla sinistra, et alla destra vna vittoriola che camina sopra vn quadrello et non sopra il globo che gli si suol poner sotto i piedi, lasciandolo verisimilmente per modestia all' altro prencipe suo cuggino. Ma si è da stimar assai la forma della trabea imperiale dell' vno et dell' altro con infinite gioie et camei che vi si veggono applicate, conforme all' vsanza introdotta da Diocletiano. Et forzi che dall' acconciamiento di detta trabea, inuolta attorno l' corpo

1) Exemplata sunt in codice Barb. f. 13. 14 (inde Marinus cod. Vat. 9135 f. 217 v. 222r.); versae paginae adscriptiones non habent

à guisa di pallio alla greca, si potrebbe canare qualche argomento della forma del pallio pontificale antiquo, del quale è tanto picciolo il vestigio ch'è restato fra gli arcivesconi di questo secolo, che difficilmente se ne potrebbe dare alcuna certa resolutione, almeno ci vuol molto maggior disquisitione. Et per non lasciar niente in dietro, oltre i veli, c'è ancor vn sacco di dannari à piedi del Cesare, per li donatiui ordinarij in que' tempi.

Basta che da tutti que' particolari sudetti si può facilmente conchiudere che la compilatione di tutti que' Fasti et Calendarij sia fatta non solamente doppò l'anno vntesimo di Constantino, che vogliono esser stato fatto il Calendario, (poi che vi si troua l'immagine di Constantinopoli, fondata qualche anno addietro il vigesimo), ma doppò la morte istessa di Costantino. Onde non è merauiglia, che l'nostro Furio intitolatore transcriuendo il Calendario habbia in qualche luogo voluto accomodarlo al tempo suo particolare, scriuendo *profectio diui, aduentus diui* et altre cose simili, senza aggiungere il nome proprio di quel prencipe comme notissimo all' hora, nella maniera che l'istesso Constantio L. II. Cod. Th. de Pagan. minaccia gl'infrattori della legge *Diui principis parentis nostri* senza dir Constantini. Non uorrei però credere che la prima compositione del Calendario fosse fatto doppò [la] morte di Constantino, poiche vi mancano i Natali di Constantinopoli, di Costante, di Dalmatio, et altre cose posteriori alli vicenali Constantiniani, tralasciate verisimilmente, et neglette dallo transcrittore, si come nel Calendario particular de' Natali Caesarei si son tralasciati molti natali de' Prencipi restati nel Calendario Constantiniano, per non essersi continuati doppò lor morte, si come puol esser tralasciato il natale di Constantinopoli per gelosia de' Romani, et per lasciarlo celebrare alli Constantinopolitani.

Hor ben che fosse già quasi estinto del tutto il Paganesimo nel tempo della prima transcrizione del M. SS<sup>to</sup>, si come si può cauare dalla datta delle leggi fatte dall' istesso Constantio per l'abolitione de' sacrificij sotto consulti anteriori al suo septim<sup>o</sup> sud<sup>o</sup>, eccetto vna datta poco tempo doppò non par che fosse inutile la transcrizione di detto Calendario fatta quell' anno del consolato VII. di Costauzo, poichè non fù la sua intentione di abolire ogni memoria del paganesimo, hauendo egli con la sua legge 3<sup>a</sup> fatta nel suo IV<sup>o</sup> Consolato et III<sup>o</sup> di Costante prohibito la rouina de' tempj ch'erano fuor delle mura di Roma, accio non si perdesse la memoria et origine de' Iudi Circensi et Agoni, delli quali si continuauano tutta via le solemnità in fauor del popolo Romano.

Restami à dirle che il Cuspiniano ha veduto non solamente i Fasti Prefettorij et Pontificij, et le Depositioni de' santi, ma ancora il Calendario allegand[o] l' ILLARIA VII. kal. April, ch'egli dice hauer veduto in vn Calendario molto antiquo, sotto l' consolato di Tiberiano et Dione et sotto l'imperio di Diocletiano, merauigliandomi non poco, che tante belle cose siano state così neglette da lui, et ch'egli non si sia degnato farle stampare, sicome ne anco que' suoi Fasti Paschali à regibus exactis et gli altri da lui tante volte allegati.

E pur tempo di finir tante scappe dissolute et tante ciacciare inordinate con dirle, che non hauendo facultà dal padron del M. S<sup>to</sup> di mandarle l'originale, ne farò far vna coppia fedelissima che le manderò quanto prima. Intanto Ella potrà vedere gli schizzi qui aggiunti per giudicare della bontà del libro, et le bacio affettuosamente le mani.

di Parigi alli 18. [corr. ex 16] Dec. 1620

Di V. S. m. III<sup>o</sup>.      Servitore all<sup>mo</sup>.      di Peirese.

Non so come la molteplicità delle Cose ch'haueno da dirle in materia di questo M. S<sup>to</sup> mi faceva scordare di dirle che appartiene al Presidente di Arras, dal quale il

Sr. Schildero<sup>1)</sup> l'ha ottenuto in prestito, per farmelo vedere, à conditione però che non passi più oltre in maniera alcuna et che non esca delle mie mani, ne che si ritenga se non quanto meno si potrà. Di che hò sentito grandissimo dispiacere, et se la distanza non fosse tanto grande di quà a Roma, gliel' hauerei inuiato furtiuamente, ma in sì lunga strada s'hauena da correr molti rischi. Et spero di vsar tanta diligenza, in farne far la coppia fedelissima da mandarle, ch' Ella hauerà caggione d'appagarsene.

V. S. schuserà per sua gratia il disordine et confusione di questa lettera mal diggesta, la quale hauerei volentieri fatto descriuere, s'hauessimo qui coppiatori corretti in lingua volgare, per non darle il tedio di vedere tante rature e postille, non potendomi risolvere di coppiarla io. Intanto Ella hauerà il trascritto di tutti gli otto mesi che ci restano del Calendario antiquo di Constantino, et del titolo et Kalendario de' Natalieii Caesarei. Et le figure degli sette mesi che ci restano, con quelle de' Prencipi. Le iscrizioni de' mesi sono inchiuse in ornamenti di pillastri et frontoni, et accompagnate del segno del Zodiaco nel modo che V. S. vederà dissegnato ne' mesi di Ottobre et Novembre, non hauendo fatto continuar il disegno degli altri, per essere simile à quelli, et per la fretta della partita del Sr. Memmino. Hò notato il luogo doue vanno le figure de' mesi, acciò V. S. vegga la disposition loro. Et con la prima occasione le manderò le figure delle quattro città, et de' cinque pianeti che restano. Vn certo Ioanne Sibille Geographo ha fatto vn supplemento delle figure et iscrizioni che mancano già più di 30 anni, ma senza fondamento, di modo che non c'è niente che vaglia nè che risponda al vero, sì comme per l'iscritzioni si giudica dall' editione dell'Heruario, et per le figure dà versi antiqui stampati dal Pithaco sotto'l titolo ΠΙΘΑΚΑ ΜΕΝΣΙΩΝ, tanto conformi à queste medesime figure, di modo che non degnarì mandarle copie di tal pedantaria, ma per non tacerle niente, ho voluto darlene ancor l'auiso<sup>2)</sup>.

3. **Bruxellensis**, nobis *B*, fasciculus est foliorum secundum antiquam numerationem 22 (nisi quod in f. 15 numerus deest), iam insertus volumini bibliothecae publicae n. 7524—7555 f. 190—211, fasciculo haec praescripta sunt: fragmentum istud sic descriptum vetustissimis characteribus extat apud Ioannem Brennerum scribam senatus Luxemburge[nsis], est igitur apographum codicis Luxemburgensis id ipsum fortasse quod e. a. 1560 Huartum vidimus misisse Carolo Langio, subsequitur f. 212 attestatio Huarti supra memorata, praecedunt f. 156—189 excerpta ex codice Viudobonensi (infra n. 7) sumpta a. 1688, ut totum volumen pars est apparatus Bollandiani, ita in eo ipso adnotatur antiquiorem scripturam, scilicet f. 190—211, submissam olim fuisse P. Rosweydio et inde aliqua edidisse Bucherium, et ait ad Victorem Aquitanum p. 243 Bucherius m. Oct. a. 1632 patrem Iohannem Bollandum quasdam sibi P. Huberti Rosweydi p. m. viri schedas obtulisse exscriptas ex codice Brenneriano, continentur libro haec:

f. 1. 2 (= f. 190, 191) fasti consulares inde ab a. 205 Antonino II et Geta.

f. 3. 4r. (= f. 192, 193) dies paschales.

f. 4' 5. 6r. (= f. 193', 194, 195) praefecti urbis.

f. 6r. (= f. 195r.) depositio episcoporum.

f. 6' (= f. 195') item depositio martyrum.

f. 6'. 7 (= f. 195, 196) episcopi Romani.

1) A Schildero Peirescius, ut ex epistulario Barberiniano intellegitur, petiverat, ut Alemdri causa de hemerologio Constantiano similibusque disputaturi quae ad eam rem facerent colligeret, scribit a. 1620 d. 21. Oct. se enim expectare ex itinere nondum redactum, item d. 4. Nov. haec: *Hebbi questi giorni una lettera del Schildero in risposta della mia, il quale mi manda che aspettava le sue robbe mandate in casa di un amico mentre egli era in viaggio, et che subito mi avrebbe mandato i Kalendarii mss.* 2) Specimen supplementorum horum est in codice Barb. f. 16 (inde Marinus cod. Vat. 9135 f. 224) figura mensis Ianuarii adiecto versu non magis antiquo: *Ianus adest bifrons primusque ingreditur annum.* Tetrastichum non additur.



- f. 8 (= f. 209) dedicatio Valentino.  
 f. 9 (= f. 197) natales Caesarum.  
 f. 9', 10, 11 (= f. 197', 198, 199) horae bonae et noxiae.  
 f. 12 (= f. 210) imagines mensium Febr. Mart. Aug. Sept.  
 f. 13 (= f. 211) imagines mensium Oct. Nov. Dec.  
 f. 14 (= f. 202) fasti mensis Ian.; in postica tetrastichon m. Febr.  
 f. [15] (= f. 203) fasti mensis Febr.  
 f. 16 (= f. 200) fasti mensis Iulii.  
 f. 17 (= f. 201) vacat.  
 f. 18 (= f. 204) fasti mensis Aug.; in postica tetrastichon m. Sept.  
 f. 19 (= f. 205) fasti mensis Sept.  
 f. 20 (= f. 206) fasti mensis Oct.; in postica tetrastichon m. Nov.  
 f. 21 (= f. 207) fasti mensis Nov.; in postica tetrastichon m. Dec.  
 f. 22 (= f. 208) fasti mensis Dec.

4. Codex Pighii bibliothecae Berolinensis piet. A 61 f. 225—232 habet septem mensium imagines sumptas aut ex Luxemburgensi aut, quod probabilius est, ex ipso qui extat Bruxellensi.

5. Codex bibliothecae urbis **Amiens** n. 407. nobis *G*, antea (ut ad ipsum codicem adnotatum est) adservatus ibidem in monasterio *des Carmes*, sub praescriptione ea, quam rettuli supra p. 18, habet episcoporum Romanorum laterculum et depositiones episcoporum sumpta evidenter ex codice Luxemburgensi.

6. Codex **Bernensis** 108 + 128, nobis *A*, saec. X, ab episcopo Werinbario capitulo Argentoratensi oblatus (libro Orosii inscripta est dedicatio haec: *Werinbarius eps ded. sec. Marie*), deinde Bongarsii, qui tam fastos hos quam computationem ad Orosium adiectam deductam ad a. 452<sup>1)</sup> ex eo descripsit in cod. Bern. ms. litt. 141 fol. n. 322, praescribens: 'ex ms. Orosio capitulo Argentinensis', hodie in bibliotheca publica Bernensi bipertitus ita, ut computatio illa Orosiana et Orosius prostent sub n. 128, fasti sub n. 108: id quod indagavit Bernae degens Usener (vide C. I. L. vol. I p. 333) confirmavitque mihi qui libros mea causa inspexit Duebi professor Bernensis, descripserunt librum Simer (catal. codd. mss. bibl. Bernensis. Bernae 1760 t. 1 p. 376—379) et Hagen (catal. codd. Bernensium. Bernae 1871 p. 180 cf. p. 155). constat codex n. 108 hodie quaternionibus duobus non plenis, foliis quattuordecim ita coniunctis:

	f. 1 (versa vacat) mensis Decembris laterculus.
	deficit folium.
	f. 2 fasti consulares a. u. c. 245—308.
	f. 3 .. .. a. u. c. 309—372.
	f. 4 .. .. a. u. c. 373—437.
	f. 5 .. .. a. u. c. 438—503.
—	f. 6 .. .. a. u. c. 504—567.
—	f. 7 .. .. a. u. c. 568—631.
—	f. 8 .. .. a. u. c. 632—699.
	f. 9 .. .. a. u. c. 700— p. Chr. 12.
—	f. 10 .. .. a. p. Chr. 13—79.
—	f. 11 .. .. a. p. Chr. 80—149.
—	f. 12 .. .. a. p. Chr. 150—219.
	f. 13 .. .. a. p. Chr. 220—264; pars ima paginae vacat.
	f. 14 vacat.
	deficit folium.

1) Infra editur inter additamenta huic Chronographiae adiecta.

7. Codex bibliothecae Caesareae **Vindobonensis** n. 3416 (antea hist. Lat. 56 sive hist. prof. 152), nobis **V**, scriptus anno fere 1480, qui numerus in exteriori voluminis margine perscriptus cernitur, fuit, ut ipsi libro inscriptum est, doctoris Iohannis Fuchsmag († 1499), deinde episcopi Vindobonensis Iohannis Fabri, mox a d. 1. Sept. 1540 eiusdem urbis collegii S. Nicolai. praeter ea quae a f. 71 inde libro adiuncta sunt scripta manu diversa, scilicet Kadlubeki chronica Polonorum et Jordanis liber de origine Getarum, haec eo continentur:

- |   |   |
|---|---|
|   | f. 1r. [dedicatio Valentino postea adiecta ex editione Bucheriana] (versa vacat) <sup>1)</sup> .                      |
|   | f. 2v.—11r. fasti menstrui integri cum imaginibus; imago versam folii occupat, laterculus rectam.                     |
|   | f. 15—24 annalium Vindobonensium (sic enim nobis appellantur) exemplar finiens in a. 539 sic ordinatum:               |
|   | f. 15r.—16r. a. u. c. 707 — p. Chr. 1.  |
|   | f. 16v.—17v. p. Chr. 77—131.  |
| 1 | f. 17v.—18v. p. Chr. 2—15.  |
|   | f. 18v.—22v. p. Chr. 173—387.   |
|   | f. 22v.—23r. p. Chr. 132—172.   |
|   | f. 23r.—23v. p. Chr. 438—455.   |
|   | f. 24r. v. (ima vacat) p. Chr. 496—539.   |
|   | f. 25r.—38r. fasti consulares.  |
|   | f. 38' (pars superior vacat) — 40r. tabula paschatum.   |
|   | f. 40'—43v. praefecti urbis (pars prior ad a. 351 verb. <i>kal. Mar.</i> ).   |
| 3 | f. 44r. v. depositio martyrum.  |
|   | f. 44v.—45v. episcopi Romani (pars prior ad Marcellinum verb. <i>Maximiano VIII</i> ).                                |
|   | f. 46r. praefecti urbis (pars posterior a verbis supra citatis ad finem).   |
| 2 | depositio episcoporum.  |
|   | f. 46v. vacat.  |
|   | f. 47—53 annalium Vindobonensium exemplar alterum finiens in a. 496:  |
|   | f. 47r.—51v. post reges a. u. c. 707 — p. Chr. 103.   |
|   | f. 51v.—53r. (ima pagina vacua) p. Chr. 455 (a verbis <i>et levatus</i> ) — 496 (ad verba <i>commilitibus suis</i> ). |
| 5 | f. 53v. 54 vacant.  |
|   | f. 55r.—62r. chronica ab origine mundi ad a. 334.   |
|   | f. 62r.—65v. chronica urbis Romae (pars prior ad Constantium verb. <i>imp. ann. XVI</i> ).                            |
| 4 | f. 65v.—66r. episcopi Romani (pars posterior a verbis supra citatis ad finem).  |
|   | f. 66v.—69v. regiones urbis Romae.  |
| 6 | f. 70 (rectae pars ima et versa vacant) chronica urbis Romae (pars posterior a verbis supra citatis ad finem).        |

1) Dedicacionem codici Vindobonensi praescriptam postea adiectam esse ex editione Bucheriana recte observavit Strzygowskius p. 24. codicem qui mea causa diligenter inspexit Fr. Studniczka observat folium primum partem esse primi quinionis et cohaerere cum f. 10, habere etiam signum fabrile coronae magnae (quod signum non raro reperitur in xylographiis Duererianis, v. Hausmann *A. Duerers Kupferstiche* n. 4. 21 cet.) pariter atque reliqua codicis folia, sed nihilo minus picturam evidenter expressam esse ex tabula Bucheriana. *Alle Bilder, scribit Studniczka, sind ursprünglich nur Umrisszeichnungen mit wenig Schattenstrichen. Dies gilt auch von der Dedicacion; aber sie ist (abgesehen von der mit der Feder ausgeführten Schrift) mit dünnerer Dinte und gröberem Strichen, auch weit unfeiner und kenntnisloser gezeichnet; insbesondere der architektonische Hintergrund kann nicht wohl dem 15. Jahrh. angehören. Mit dem Holzschnitt bei Bucherius stimmt sie in allen Einzelheiten. Während die Schattirung der Monnte im Wesentlichen (die beiden ersten Monate sind nicht unfein mit Roth illuminirt) mit einer passenden bräunlich grauen Tusche*

Ex archetypo apparet excidisse folia aliquot quaeque supererant parturbata iacuisse. ordo primitivus aliqua ex parte certa ratione redintegrari potest. scilicet praefectorum laterculus abruptus f. 13 continuatur f. 16; post id folium verisimile est secuta esse quae leguntur f. 14, 15; laterculus episcoporum ab eo loco quo abrupitur f. 15 continuatur f. 66, denique chronica urbis ubi f. 65' finiunt, ibi pergunt f. 70. sed interiecta pluribus modis ordinari poterunt; ordo archetypi is quem numeri supra adscripti indicant ex parte certus est, ex parte tantummodo probabilis.

7. Codex **Sangallensis** n. 878, antea Tschudianus n. 100, formae quaternariae paginarum 391 scriptus saec. IX<sup>4</sup>), nobis S, inter excerpta varia quae enumerat catalogus Scherrerii (*Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen* 1875 p. 307) haec habet excerpta ex corpore Philocaliano:

- a) post computum Rhabani in paginis duobus hodie numeratis p. 210, 211, quae sunt extremae quaternionis XVI, a computi scriptore vacuis relictis postea scriptus est elenchus dierum noxiorum communium bonorum talis, qualis extat in codice Bruxellensi, sed plenus hic et ita ordinatus: Saturni dies — Solis — Lunae — Martis — Mercurii — Iovis — Veneris, edidit eum ex Rossii apographo Strzygowskius p. 36.
- b) p. 210' post dictum elenchum sequitur alter simillimus aptatus ad menses, determinans scilicet, quid quovis mense facere expediat, inscriptus *effigies XII signorum*, in Philocalianis praeterea notis quamquam is non reperitur, dubium non est et ipsum inde derivatum esse: perit scilicet in Bruxellensi libri archetypo una cum Iove et Venere elenchi praecedentis, editur infra.
- c) p. 302 disticha leguntur ad fastos Philocalianos ita adiecta, ut hexametri imaginibus, pentametri laterculis adscriberentur, haec cum absint a libro Vindobonensi, integra autem supersint neque in Luxemburgensis apographis neque in libro Bernensi, explevit ex Sangallensi Carolus Schenkl in actis minoribus academiae Vindobonensis vol. 13 p. 71.
- d) p. 303 post disticha sequuntur excerpta haec ex chronico urbis Romae Philocaliano:
- divo Vero imperatore serofa — elefanti  
Gordiano imperatore mula hominem comedit  
Gallo et Volusiano imperatore magna mortalitas fuit.
- e) l. e. excerptis iis sub praescriptione 'excerpta ex chronica Hieronii' subiecti sunt loci quidam selecti ex annalibus Vindobonensibus, qui infra eduntur, incipientes ab a. 390, finientes in a. 573, redeunt ex parte in exemplari Vindobonensi, ubi item Orosio attribuuntur, ex parte hiatus eius explent, repperit eos ediditque Rossius *Bullett. di archeologia cristiana* 1867, 17—23.
- f) Interiecto loco desumpto ex chronice Hieronymi a. Abr. 1973 '*inter cetera portenta, quae toto orbe Gaii Iulii Caesaris facta sunt, bos — defuturos*' leguntur excerpta alia ex chronico urbis Romae Philocaliano:
- Nerone imperatore fuit polyfagus — esse videbatur  
Alexandro imperatore fuit pollyfagus — esse videbatur.

*ausgeführt ist, zeigt die der Dedication eine unangenehme bläulich grüne, wie es scheint mit Deckweiss versetzte Farbe, von der sich freilich auch bei den Monatsbildern einzelne Spuren zeigen, zum Beispiel bei dem Mai und dem November an den Blumen und Früchten, bei dem December an den den Würfelchen angemalten unsinnigen Binsen.*

4) Aetatem definit, ut observavit Rossius loco supra citato, adnotatio codicis margini adscripta p. 305: '*anno ab incarnatione domini DCCXLVIII terrae motus marinus factus est post primum gallorum cantum XII kal. Maii [sic magis codex quam Mart.; Rossius legit maius] die Saturnis [sic; haec duo verba scripta sunt in litura ampliore] et postea, per intervalla tamen, sepe venit [supervenit Rossius errore]. kl. Iun. ipso anno primo mane die Sabbato accidit. vere a. 849 dies duo Apr. 20 et Iun. I in sabbatum inciderunt, perscriptum esse adnotationem negat Rossius non recte.*

Sequitur 'excerptum ex historia tripartita', incipiens 'Constantinus in somnio vidit' (Cassiodorus l. tr. 1, 1), finiens 'miraculi sumpsit experimentum' (l. c. 10, 6): quod subscriptum est 'require signum istud' folio XXXVII ad codicem, certe qualis nunc est, non pertinet. in fine voluminis p. 380-385 quod legitur 'excerptum de libro Horatii' vere ex Orosio profectum est: incipit a loco de Ogygio l. 7, 3, quaeque notavi ex p. 385 de Thera et Therasia leguntur apud eundem 7, 6, 13, relata p. 389 de pugna ad Trasumenum ibidem 1, 15, 16, extrema quoque: 'Areadii Caesaris temporibus apud Constantinopolim subter commota funditus terra tremuit, desuper fusa caelitus flamma pependit, donec orationibus ipsius Areadii principis et populi Christiani presentem perditionem deus exoratus avertit, probans se solum esse et conservatorem humilium et punitorem malorum' item Orosiana sunt 3, 3, 2 paullum immutata.

8. Tetrasticha mensium imaginibus subscripta inter carmina alia Latina miscellanea exhibent libri complures (cf. Baehrens poet. Lat. min. I p. 206), in his noni saeculi cum Leidensis Vossianus Q. 86 et Parisinus Lat. 7886 deficientes ambo in mense Iulio tum pleni Parisinus 5513 et Durlacensis 36 F, praeterea recentioris aetatis permulti. explentur inde quae ex Luxemburgensi exciderunt tetrasticha quinque. communem omnium originem praeter mendas indicat praescriptio, quae eadem est in antiquissimis quibusque libris tam deficientibus in Iulio quam integris: 'tetrasticon autenticum de singulis mensibus'. carmina marmori olim inscripta fuisse Baehrensius sibi persuasit imperite: neque enim id, ut ille vult, titulus significat et tam arte coniuncta sunt carmina cum imaginibus, ut utraque necessario derivanda sint ex opere coniuncto pictoris et poetae, imagines autem ita comparatae, ut fortasse opere tessellato, nullo modo in marmore repraesentari potuerint. immo ex libro aliquo aut Philocaliano aut Philocaliani simili haec exeerpsit et inter carmina Latina rettulit vir aliquis doctus saeculi octavi nonive et non suae aetatis esse festans, sed vere antiqua authentica ea dixit.

9. Ex chronicis urbis Romae locum de Romulo repperi adscriptum manu saec. X ad oram codicis etymologiarum Isidori, cui pro minoribus chronicis inserta sunt eiusdem maiora, adservati hodie Cesenae in bibliotheca Malatestiana plut. 21 sin. n. 5. reliqua additamenta ad oram eius libri adnotata petita sunt ex Cassiodori historia tripartita. codex is saeculo X ubi fuerit, ignoratur.

Itaque ex corpore chronographi anni 351 pervenerunt ad nos tetrasticha excerpta inde saec. VIII vel IX et multis deinde exemplaribus propagata: excerpta Sangallensia saec. IX et Caesenas saec. X: exemplaris Argenteratensis, iam Bernensis scripti saec. X reliquiae: apographum Vindobonense sumptum e. a. 1480<sup>1)</sup>; denique codicis Luxemburgensis apographa duo sumpta Bruxellense a. 1560, Peireseianum a. 1620. plura eius corporis exemplaria ad medium aevum fieri potest ut pervenerint: sed potest e contrario defendi quidquid ex corpore chronographi a. 351 hodie superest, proficisci ex uno exemplari Luxemburgensi. nam quod infra videbimus et in codice eo quem Sangallensis scriptor adhibuit et in Vindobonensi opusecula quaedam adfuisse, quorum in Luxemburgensis apographis vestigium nullum reperitur, non obstat: is enim cum haec sumpta sunt mutilus fuit. ex hoc ipso etsi Bernensis non est descriptus, quippe qui in fastis deficiat in a. p. Chr. 261 ipse integer, omnino potest descriptus esse ex apographo illius mutilato. id ut statuamus, suadet corruptela gravissima, quam in disticho mensis Decembris exhibent apographa duo libri Luxemburgensis: *quae sis quamvis unum claudere possis, totidem litteris rediens in Bernensi*<sup>2)</sup>. Sangallensis quoque librarius inde non discedit nisi

1) Quod antea conieci (ed. Chronographi p. 561; C. I. L. I. p. 481) Vindobonensem librum descriptum esse ex Bernensi etiamtum pleniore, admitti non posse docuit hic liber a me ipso inspectus; deficient enim in eo fasti consulares ipso integro, qui pleni adsunt in Vindobonensi. 2) Errore in C. I. L. I p. 411 dixi in Bernensi legi *quae vis pro quae sis*.

eo, quod et corruptum *sis* omisit spatio vacuo relicto et versum hincum sentiens alterum spatium vacuum reliquit ante *claudere*, nihil igitur impedit, quominus eundem librum adhibuerint et saec. IX tetrastichorum excerptor et Sangallensis scriptor scilicet etiam tum integrum, item adnotator Caesenas et librarius is qui scripsit Bernensis codicis archetypum, immutatum deinde saec. XV scriptor libri Vindobonensis, etiam magis laecerum saec. XVI et XVII incipiente Bruxellensis librarius et Ambianensis et Peireseius, varia lectio eiusmodi generationi favet: nam in Chronographi exemplaribus graviore discrepantiae vix illae reperiuntur, quod in fine laterculi paschalis Bruxellense aliquot versiculos habet in Vindobonense non relatos, inde omnino explicandum est, quod ex archetypo eo loco evidenter corrupto librarius ille quaedam emuleavit ab hoc praetermissa. Bruxellensis liber et Vindobonensis quod in minoribus non raro dissentiunt, eo non excludi archetypum commune luculenter ostendit Ambianensis sine ullo dubio ab eodem archetypo pendens atque Bruxellensis et saepe numero contra Bruxellensem cum Vindobonensi conspirans, ipse Luxemburgensis codex non admodum vetustus fuit, scriptus secundum Peireseii viri periti iudicium litteris minusculis saeculo nono.

Chronographum a. 354 adlegari a sancto Columbano in epistula secunda (Migne patres Lat. tom. LXXX p. 267) scripta a. 603 contendunt Duchesnius (liber pontificalis, Parisiis 1886 vol. I p. XXXIV) et Kruschius (*neues Archiv* 9, 147), scilicet cum ibi memoretur Victorius, 'qui post tempora domini Martini et domini Hieronymi et papae Damasi post centum et tres annos sub Hilario conscripsit', ea computatio, cum Victorius canonem elaboraverit a. 457, ducit ad a. 354, in quo finit Chronographus: neque id aliqua probabilitate caret, quamquam Damaso a Columbano computatio illa non magis tribuitur quam Martino vel Hieronymo neque recte tribui potuit, cum corpus id de quo agitur ante scriptum sit quam is papa factus est neque usquam in eo nomen eius adsit, tractatus quoque servatus in cod. Monacensi 14456 saec. IX, qui inscribitur 'compotus sancti Augustini, sancti Hieronymi, sancti Ysidori, sancti Dyonisii, sancti Quirilli Graeciae et ceterorum', scriptus, ut demonstravit Krusch (*Studien zur christlich-mittelalterlichen Chronologie* p. 10), in Britannia a. 689, secundum eundem Kruschium (p. 13) Chronographum hunc nominatim citat f. 45 verbis his: 'ciclus Graecorum XCV annorum (anni *cod.*) quinque vicibus convertitur in ciclo Victorii, sed sunt alii anni superflui in eo: probemus: id est IIII fer(ia) in fronte (fronte *librarius primum, correxit ipse*) kali Dionysii super VIII k. Apr. et haec IIII fer(ia) post bissextum', ut dubium est quod coniecit Kruschius in corruptela illa Filocali nomen abscondi, recte idem videtur demonstravisse laterculum paschalem centum annorum ab a. 213 ad a. 312, memoratum cum in computo illo a. 689 tum in antiquiore Carthaginiensi anni 455, cum Philocaliano coniunctum esse, cum Philocalianus complectatur saeculum insequens ordiens ab a. 312, similiter Rossius (inser. christ. I p. LVIII) tabulam paschalem Vaticani reginae n. 2077 ideo iudicat incipere ab a. 354, quod qui eam scripsit Philocalianam continuavit.

Ediderunt chronographiae huius partes has vel illas viri docti complures, quos omnes hoc loco enumerare nihil attinet: nominabuntur potiores.

I. Iohannes Cuspinianus Vindobonensis (1173—1529) usus libro ibidem adhuc servato, ad cuius marginem quaedam adnotavit, fastos menstruos inseruit editioni Ovidianorum, quam Philippus Gundelius dedicavit Bolfango de Tannberg subscribens Viennae Paunoniae VIII kal. Oct. 1513 et sic de fastis nostris in dedicatione disserens: 'Calendarium Romanum venerandae vetustatis adiunxi, cuius copiam mihi Cuspinianus vir doctissimus ut studiosos sicut plerisque aliis hoc quoque adiuveret fecit', ipse Cuspinianus commentariis suis: 'de consulibus Romanorum', qui post obitum ipsius prodierunt Basileae a. 1552, ex annalibus laterculisque praefectorum et episcoporum selecta potiora inseruit post eum a multis repetita. — Quod prodit sine loco et anno e. a. 1617 in folio

magno seorsum impresso (repperit exemplum Strzygowskian in bibliothecae Barberinae cod. XXXI. 39) 'calendarium Romanum Constantini Magi temporibus, ipso anno Christi CCCXXV quo synodus prima Nicaena celebrata, e museo Ioanni Georgii Herwart de 'Hohenburg', non est nisi repetitio editionis Gundelianae, certe editor seiscitanti Aleandro, unde fastos deprompsisset, respondit Vindobonae eos dici repertos esse a Cuspiniano inter libros fratrum ordinis S. Francisci, editos esse primum a Philippo Gundelio Viennae a. 1513, repetitos a Iohanne Raschio a. 1574, habuisse eos Hadrianum Iunium, Lilius Gyraldum, alios complures, de codice tacens. — Herwartus cum editionem suam Romanam ad Hieronymum Aleandrum misisset, is consilium cepit fastorum eorum edendorum, qua de re quas Alexander ad Herwartum dedit epistulas aliasque cum ab Herwarto ad Aleandrum scriptas (prima harum data est Monachii Bavariorum d. 18. Apr. 1617) tum Bignoni, Sirmondi, Peirescii, Pignoriae, Seldeni adservantur in codice Barberiniano eo, ex quo edidimus Peirescianam de codice Luxemburgensi, apographum apparatus Aleandrii reperitur in cod. Marimiano hodie Vaticano 9135. de eodem apparatu Aleandrino secundum apographum sumptum a Iusto Fontaninio rettulit Morellius in epistulis septem var. erud. Patavii 1819, S. p. 30 seq. praeter Peirescianam epistulae hae hodie utilitatem non habent.

2. Aegidius Bucherius Atrebas e soc. Iesu volumini edito Antverpiae a. 1631 (indice mutato a. 1664) fol. quod inscribitur 'de doctrina temporum commentarius in Victorium Aquitanum' inseruit quae reppererat in codice Rosweydia, hodie Bruxellensi omnia excepto laterculo de horis bonis et noxiis, scilicet laterculum praefectorum p. 236—241; fastos ab a. p. Chr. 205 ad finem p. 247—251; tabulam paschatum p. 252—255; depositiones episcoporum et martyrum p. 267—269; laterculum episcoporum Romanorum p. 269—273; dedicationem Valentino p. 275; natales Caesarum p. 276; fastos menstruos cum imaginibus et tetrastichis (distichis omissis) p. 277—288.

3. Lambecius in bibl. Caesarea append. comment. I. IV addit. I (Vindobonae 1665—1679 fol.; repetivit Kollarius in analectis Vindobonensibus 1761 fol. t. 1 p. 946 seq.) fastos menstruos edidit e codice Vindobonensi additis imaginibus.

4. Henschenius actis sanctorum m. Apr. tom. I (Antverpiae 1675) inseruit catalogum episcoporum Romanorum, sed contaminatum cum libro ponticali. Conr. Ianingius in iisdem actis m. Iun. tom. VII (Antverpiae 1717) p. 176—184 et fastos menstruos ex editione Lambeciana repetivit et depositiones selectaque ex annalibus publicavit sumpta ex codice supra citato Bruxellensi, ubi ad Rosweydia adiectum est apographum Vindobonensium.

5. Norisius in volumine 'diss. tres, quarum prima fastos consulares Anonymi e cod. ms. bibliothecae Caesariae depromptos exhibet et illustrat' (Florentiae 1689) p. 25—38 fastos consulares edidit ad recognitionem Ianingii a Magliabecchio subministratam.

6. Eccardus in corporis historicum medii aevi vol. I (Lipsiae 1723. fol.) ex codice Vindobonensi edidit sub n. I p. 1—16 fastos consulares inserta iis paschatum tabula; sub n. II p. 17—22 laterculum praefectorum; sub n. III p. 23, 24 depositiones; sub n. IV p. 25—28 laterculum episcoporum Romanorum; sub n. V p. 29—32 laterculum imperatorum Romanorum, quem primus publici iuris fecit; sub n. VI p. 33—40 annales Vindobonenses, quales leguntur in libro eo f. 47—53; sub n. VII eosdem annales ad eiusdem libri f. 15—21, sed utrosque plerisque adnotationibus omissis.

7. Roucellius in vetustioribus Latinorum scriptorum chronicis (Patavii 1787 voll. 2) ad eundem librum a Giampio recognitum edidit sub n. VIII (vol. 2 p. 103—132) annales libri Vindobonensis f. 47—53; sub n. IX (vol. 2 p. 139—160) alteros f. 15—21; sub n. XI (vol. 2 p. 211—218) laterculum imperatorum.

8. Ego in actis maioribus Lipsiensibus (*Abhandlungen der philologisch-historischen Classe der K. sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften*, Vol. I. Lipsiae 1850) p. 547—668 totum corpus edidi, quale exhibetur in libro Vindobonensi, praeter fastos menstros, quos deinde recensui in vol. I corporis inscriptionum Latinarum (Berolini 1863) p. 332—356, et regiones urbis Romae. contulerunt mea causa librum Bruxellensem Roulez Gandensis, Vindobonensem Iosephus Mueller hodie Taurinis degens, Bernensem Albertus Iahn. ex epistulis Peirescii ad Aleandrum excerpta quaedam mecum communicaverat Rossius meus, imagines non addidi.

9. Ludovicus Duchesne in egregiam editionem libri pontificalis (Parisiis 1884 seq.) recepit ex hoc Corpore laterculum pontificum Romanorum vol. I p. 1—8, depositiones episcoporum et martyrum ibidem p. 10—12.

10. Iosephus Strzygowski *die Kalenderbilder des Chronographen vom J. 354* (*Jahrbuch des deutschen archäologischen Instituts, erstes Ergänzungsheft*, Berolini 1888, pp. 106 tabb. 35, quarum quinque vacuae sunt) imagines edidit photographice repetitas ad delineationes Peirescii ex codice Barberiniano, recepta item tab. 18 ficticia Vindobonensi, bonum factum, quod tandem aliquando picturae hae lucem viderunt; commentariis editoris ab his studiis alieni res litteraria non profecit.

Chronographia anni 354 quae complectitur haec sunt:

- I. Dedicatio Valentino.
- II. Imagines urbium Romae Alexandriae Constantinopolis Treverorum.
- III. Dedicatio imperatoria et natales Caesarum, in his *d(omini) n(ostri) Constantii*.
- IV. Imagines planetarum VII cum laterculo horarum noxiarum communium bonarum.
- V. Signa zodiaci eorumque utilitates.
- VI. Imagines mensium cum hemerologio, in quo item adnotatur *natalis Constantii*.
- VII. Imagines imperatorum duorum alterius sedentis et diademate eincti, alterius sine diademate stantis.
- VIII. Fasti consulares ad a. p. Chr. 354.
- IX. Cylus paschalis ab a. p. Chr. 312 ad a. 355 cum continuatione perturbata finire a. 110.
- X. Laterculus praefectorum urbis Romae ad a. p. Chr. 354.
- XI. Depositiones episcoporum Romanorum, quorum ultimus est Iulius † a. 352.
- XII. Feriale ecclesiae Romanae (depositiones martyrum).
- XIII. Laterculus episcoporum Romanorum finiens in Liberio, qui adiit a. 352.

Haec partim picta magis quam scripta (I—VII), partim scripta (VIII—XIII) cum ita comparata sint, ut eodem iure et pro uno libello haberi possint et in duos dispertiri, fortasse supervacaneum est exquirere, utra pars praecedat. praecedit autem picta in Bernensi et Vindobonensi, scripta in Luxemburgensi, certe qualis is iacebat a saec. decimo quinto; nos illum ordinem praetulimus, quoniam picta pars sola titulationem habet, praeterea ordo vix variat. scilicet ex Peirescii enarratione hic efficitur: VIII. IX. X. XIII. XI. XII. I. II. III. IV. VI. VII, id est is quem tabula exhibet, nisi quod depositiones episcoporum et martyrum catalogo episcoporum apud Peirescium postponuntur, modo vere postponantur; nam fortasse hoc tantum Peirescius dicere voluit inter indices honoratorum ultimum locum tenuisse episcoporum. Bruxellense apographum sic ordinat: VIII. IX. X. XI. XII. XIII. I. II. IV. VI (imagines), VI (laterculi), id quod cum ordine illo omnino convenit. Ambianense apographum non habet nisi capita XIII. XI. XII. ex Bernensi non supersunt nisi VI. VIII. in Vindobonensi

denique vel potius in archetypo eius Philocaliana sic exhibebantur: VI. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. id est ita ut supra proponuntur. caput quintum, quod ex omnibus his libris excedit, ita applicatum est ad quartum, ut quem locum in archetypo tenuerit dubitari non possit.

Omnia haec perscripta sunt a. p. Chr. 351 incunte, imperatore Constantio II, Caesare Constantio quem Gallum dicunt, episcopo urbis Romae Liberio, scilicet ut mittamus capita I. II. IV. V. XII certis temporis argumentis destituta, finiunt eo ipso anno laterculi duo consularis (VIII) et praefectorius (X). indicem paschalem (IX) egredi annum illum inde explicatur, quod aptatus est ad continuandum, et cum anno 358 posteriora suis erroribus ipsa declarent postea adiecta se esse, ita primi quadriemii consules recte perscripti item iure tribuentur continuatori diligentiori. vivo Liberio scripta se esse profitentur episcoporum et depositiones (XI) et laterculus (XIII). munus Augustum eumque Constantium eo tempore regnavisse ostendunt et natales Caesarum (III) et fasti menstrui (VI); nam pingitur in illis unus princeps, in utrisque nomen legitur *domini nostri Constantii* nulla mentione facta Constantis occisi a. 350. fuisse praeter Augustum eo tempore Caesarem intellegitur et ex titulatione ad natales Caesarum adscripta (III) *salvis Augustis* et ex imaginibus duorum principum (VII) ita comparatis, ut videas eos non fuisse aequi iuris; utriusque nomen emittat index episcoporum (XIII) lectione nunc demum ex libro Ambianensi recuperata, secundum quam Liberius sedit *temporibus Constanti et Constanti*, itaque scripti sunt fasti eius anni principio, dono dati Valentino verisimiliter ipsis kalendis Ianuariis; nam currente eo Gallus loco deiectus est et exeunte occisus.

Sed accedunt ad haec sine dubio Philocaliana alia quaedam scripta ut simul tradita, ita originis aliquatenus certe diversae.

XIV. Regiones urbis Romae. eum libellum infra ostendemus editum esse aut ipso anno 334 aut paullo posteriore.

XV. Chronica mundi ab origine eius ad a. 334.

XVI. Chronica urbis Romae ad mortem Licinii a. 324.

[XVII.] Annales Vindobonenses exemplari duplici; reliquiae perveniunt ad a. 573.

Horum omnium supra iam dixi in duobus apographis libri Luxemburgensis nullum vestigium reperiri neque tamen inde certo colligi posse ea a fuisse ab eo, dum integer esset, adfuerunt in codice eo, ex quo Sangallensia excerpta derivata sunt et adsunt in Vindobonensi. in eius archetypo quattuor haec capita ita videntur perscripta fuisse, ut inciperent regiones (XIV), sequerentur chronica mundi (XV) et urbis Romae (XVI), annalium Vindobonensium alterum exemplum interponeretur inter fastorum partem pictam et scriptam, alterum inter regiones et chronica mundi. hosce annales et tempore et origine longe a reliquis his collectaneis recedentes cum extra dubium sit post saecula demum ad ea adiectos esse, nos eos non cum his edidimus, sed infra seorsum. tres autem reliqui libelli regionarius et duo chronicorum quamquam non ita ut supra enumerati ad corpus Philocalianum referri possunt, nihilominus id tam apte explent et tempore locoque tam prope ad id accedunt, ut non magis pro alienis haberi debeant. illud probatione non indiget syllogae, qualis est Philocaliana, conditorem apte regionariam expositionem et chronicon aliquod mundi ei inserere, indicem imperatorum adeo vix omittere potuisse. tres autem hi libelli eodem anno si non perscripti, certe huic libro aptati sunt; scilicet eidem anno 334, quo constat scripta esse chronica mundi, etiam duo alii optime conveniunt, neque casu eos et inter se coniunctos esse et Philocalianis adiunctos inde intellegitur, quod in chronicis mundi aliunde quoque nobis traditis haec recensio tam imperatorum Romanorum indicem omisit quam episcoporum utpote supervacuos propter adiecta chronica urbis Romae et episcoporum eius indicem plenum. verisimile igitur est hos quoque libellos eiusdem corporis partem efficere, sed ex editione



 3) Ethnographicam partem ex eodem libro Parisino expressam Alexander Riese geographis suis minoribus (1878) p. 160—174 inseruit

lorum stemmate c. 66 Macedonibus addens *Troianos Phryges* et c. 75 inserens *Priamum*, scilicet ut Francis a rege Priamo nimirum oriundis (cf. Fredegar. l. 2 c. 1) locum pararet. — Archetypum librum, ex quo *B* et *F* descendunt, scriptum esse in Hispania tria indicia ostendunt: quod Hydatium habet auctorem Hispanum: quod fastos Hydatianos appellatos item constat scriptos esse in Hispania: quod habuit c. 216 interpolatum tractans de insulis Hispanis, nos cum praesertim textum Fredegarianum accurate et plene Kruschiana editio repraesentet, eius compilationis et reliquos codices ductos omnino ex primario illo praetermissimus et ex ipso libro Parisino in numeris differentias omnes et potiora alia attulimus, minora omisimus ab eo cuius interest facile reperienda, sed cum archetypum Fredegarius qui dicitur integrum adhibuerit, librarius autem codicis *B* descripserit ultimo folio destitutum, partem extremam (c. 332—398) maiore ex parte ab uno Fredegario servatam ex Kruschiana editione in nostram transtulimus. — In corpore Fredegariano qui inter imperatores Romanos exscriptos ex libro generationis et computum accommodatum Hieronymiano, deductum autem ad a. 457 p. Chr. continuatumque deinde ad a. 613, interponuntur reges Hebraei et Babylonii non pertinent ad chronica ea de quibus agimus<sup>1)</sup>, sed videntur proficisci ex 'interpolato per aetatem libello sine auctoris nomine' adhibito a Sulpicio Severo<sup>2)</sup>. — Episcoporum Romanorum laterculum etsi qui compilavit Fredegariana in fine libri generationis videtur invenisse, is, quem post computationem suo operi inseruit, totus diversus est a nostro<sup>3)</sup> similisque, ut ad eum ostendit Kruschius, eius quem servavit vetustus liber Coloniensis.

3. Sub titulo *scapsum ex chronicis Origenis* partem huius libelli a c. 17 *divisio o terrae tribus filiis Noe* ad c. 229 (eatenus certe pervenit editio Pitrac) exhibent libri hi:

a) Cavensis saec. XI f. 166—168 (v. cod. diplom. Cavensis vol. V a. 1878 app. p. 77) is ipse, ex quo Iunioris qui dicitur libellum geographicum edidit Maius (cf. C. Mueller geogr. Graeci min. vol. 2 p. XLIV seq.).

b) Parisinus Lat. n. 7118 saec. XIV (descriptus opinor ex eo qui praecedit: certe sequitur in utroque locus Isidori orig. 9. 2 de gentibus), quem ad eundem Iunioris libellum adhibuit idem Mueller, haec de quibus agimus ex eo libro edidit Pitra in analectorum sacrorum spicilegio Solesmensi paratorum tomo altero (1881) p. 271—281.

c) Matritensis bibliothecae nationalis A 16 saec. XII f. 99'—100r. (Kunst apud Perzium *Archiv* 8 p. 176, 216 cf. p. 227; Hartel bibl. patr. Hispan. vol. 1 p. 315). codex licet imperfecte notus sit, sine dubio hunc libellum partemve eius repraesentat.

Haec excerpta, nobis *O*, proficiscuntur neque ex Fredegarianis, quorum absunt interpolationes Francicae, neque ex codice nostro *B*, neque adeo ex horum archetypo, sed cum vitia quaedam libris *BF* communia, ut vocabulum c. 132, 1 omissum, c. 172, 173 per dittographiam corrupta, ab hac recensione absint, veniunt omnino ex libro auctoritate archetypo illorum non posthabendo, gemello tamen: nam in plerisque erroribus gravioribus, ut in hiatu c. 78, 79, *BFO* consentiunt, sed horum excerptorum utilitas tota fere inde tollitur, quod compiler admodum negligenter archetypo usus est alia corrumpens, alia parum intellecta praeteriens, equidem secun-

1) Scilicet, ut demonstravi in ed. priore p. 589 demonstravitque item Kruschius *N. Arch.* 7, 470, abest laterculus hic ab indice libri generationis neque ullo modo ei convenit, quippe qui reges Iudaeos bis iam enumeraverit, ad chronicorum Epiphani (in Eusebii ed. Schoeniana vol. 2 p. 97 seq.) versionem Latinam, unde proficisci caput Fredegarii 26 docuit Krusch (*Neues Archiv* 7, 471 seq.), non magis haec pertinent. 2) Gelzer (*African.* 2 p. 11 seq. cf. 2, 110) laterculos duos appendicis Fredegarianae et Sulpicianum recte videtur composuisse, sed perperam omnino illum Hippolyto tribuit. 3) Discrepancia tanta est, quanta in eo genere cogitari potest, et omnino casu solo factum, quod Zephyrinum omisit tam Fredegarius quam librarius laterculi nostri (supra p. 74).

dum Pitrac editionem passim librum citavi, universam variam lectionem in apparatus recipere nolui.

4. Codex nobis *G* Sangallensis n. 133 saec. IX formae octonariae praeter alia quae recenset catalogus editus p. 18 a glutinatore demum cum his compacta medio loco p. 299—597 continet commentarios qui sequuntur.

1. p. 299—396 librum genealogum infra editum
2. p. 397—420 *incipiunt prophetae ex omnibus libris collecte, quae prophetae membra habent . . . , cecidisse in hanc voluntate perseverantes caeci a dei fide lapsi sunt ignorantes. expl. coll. prophet. veteris novique testamenti.*
3. p. 420'—421 *incipiunt virtutes Hacliae quae eius merito a domino factae sunt, prima virtus, clausit caelum . . . , sublatus est in caelo.*
4. p. 421—426 *incipiunt etiam Helisei virtutes, prima virtus, de melote divisu est . . . , post mortem suam revixit, expl.*
5. p. 427—454' *incipit invention nominu, duo sunt Adam, unus est protoplastus . . . , et alius est Domires vir sponsor Teclae; inter ambas autem sunt anni ferme DCCLXX.*
6. 454'—481' sequitur liber generationis cum praescriptione hac: *haec sunt distinctissime . . . , anni sunt ccccxxviii* (vide infra p. 89), sed e. 210—331 ad brevem epitomam redactis et ad eius finem inserta computatione quae statim referetur adsunt rursus nostrae editionis e. 333—361, abest pars extrema e. 361—398: subscriptum *expl.*
7. p. 481—485 *item interpretationes filiorum Iacob de Hebraeo in Latino, amen vere, Ruben dei spiritus cet.*
8. p. 485—488 *item interpretationes Hebraicas in Latinu translatas, Hebraeo lingua triplex.*
9. p. 488—492 *incipit indiculum ceteris testamenti, item novi et Caeccili Cipriani, quos indices versum numerum per singulos libros enuntiantes ex gemello libro Cheltenhamensi edidi in Hermae volumine 21 p. 142 seq. librarius iam is qui archetypum scripsit indices eos ad librum generationis non pertinentes neque ei continuatos ad titulum eius laterculum adiunxit (v. p. 89 not.).*
10. p. 492 *item interpretationes Hebraicas in Latinum, Maria domina cet.*
11. p. 493—522 *nominia locorum et interpretatio nominum de Hebraeo in Latinum, Hermon regio Hebraeorum cet, similesque interpretationes aliae.*
12. p. 523—590 *Isidori chronica suo loco edenda.*
13. p. 591—597 *eiusdem laus Gothorum.*

5. Codex nobis *C*, antea (secundum catalogum) abbatiae S. Stephani de Nova fossa, deinde a. 1818 per bibliopolas Payne et Foss inlatus in bibliothecam Phillippsianam n. 12266, saeculi X, eadem fere continet quae Sangallensis: scilicet post librum genealogum (4), qui hic attribuitur Eusebio, et prophetias (2) et virtutes Heliae (3) et Helisei (4) et homonymias biblicas (5), quae hic inseribuntur *comparationes* (voluit opinor librarius scribere *comparationes*) *nominum*, et interpretationes ex Hebraeo in Latinum incipientes *Maria domina* (10) habet librum generationis plane ut legitur in Sangallensi, quem contuli ipse ad e. 231, reliqua mea causa exenssit Gradenwitzius, sequuntur interpretationes aliae incipientes *Hierusalem ipsius dei spiritus gratia*, tres librorum indices supra adlegati (9), excerpta de locis Hebraicis (11), aliena sunt ab hoc quasi corpore quae volumen claudunt excerpta ex collationibus Cassiani et Augustini libelli de gratia et libero arbitrio et de correptione et gratia, denique brevis vita Origenis.

Duos libros *GC* ex eodem archetypo descriptos esse apparet: nam habet uterque quae alter omisit nec raro paullo recentior *C* praestat: ita sunt in eo quae absunt a *G*

e. 88, 19—26, 132, 24—28 (ubi *presidentes* mediis omissis *G*), 210, 3—5, et vitia eius evitat: 211, 5 *sci C, sed G* = 218 *amazobi C, amazoni G*, narratio autem quam post Iudaeorum reditum de exilio respondentem fere nostro e. 296 uterque liber interponit haec est:

Excludimus ab urbe condita, ut (vel *G*) includimus reges (regem *G*) Romanorum, id est Romulum et ann. eius numero (*om. G*) XXVIII, inibi et Tacium ducem Sabinorum, qui non solus, sed cum Romulo regnavit, Numa Pompilius (populius *C*) ann. numero XLVIII, Tulli Hostili ann. XXXII (XXX *G*), Marciani Philippi ann. XXXIII (XXII *C*), Tarquinius Priscus ann. XXXVIII (ann. xxxviii *om. G*), Servi Tuli ann. XL (Tarquinius Superbus annis X *in margine C*), omnes qui inclusi sunt regum Romanorum anni CCXX, quos in ratione (latine *G*) totius computationis in Gaio (galio *G*) Iulio Caesare, qui novissimus omnium dictatorum et prior imperatorum meruit dignitatem, iuxta dispositionem ordinis sui, quam Romani singulorum annorum per consules (per singulos *G*) digestam (digestum *C*) habent, nosque verissime sequimur, sunt anni CCCCLXXXIII quidem ab urbe condita, in *G*, (hinc *pro* in *g G*) Iulium Caesarem apertissime invenimus esse annos DCCLIII et ab imperio (*immo* ad imperium) *G*, Iulii Caesar qui ab urbe condita (*exiit* ad) initia eius per consules inveniuntur, anni sunt DCCLV, in Eusebium (eubium *C*<sup>2</sup>) et Typasium fratres anni sunt CCCCVI, si quidem ab urbe condita usque ad hos consules Eusebi et Typasi anni sunt ICXI (*sic C*<sup>2</sup>, *ICXI G, inc. C*<sup>1</sup>), colliguntur a protoplasto Adam per ordinem ab imperio Tarquini Superbi septimi ab urbe condita in *G*, (hinc *pro* in *g G*) Iulium Caesarem anni CCCXCIII (CCCXLIII *G*) et ab ipso in Eusebium et Typasium anni CCCCVI, fiunt anni DCCLXCIII (III *om. G*), quem diligenter et plana diligentia digestum approbabis, usque in annum consulis Eusebi et Typasi omnes ann. VI<sup>o</sup>CLXXXIII (V<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>CLXII *G*), a Noe usque in eodem anno numero III<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>CLXVIII (*sic C, sed numeri CLXIII in litura, III<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>.XXVII G*).

Adnotatio haec scripta est ipso anno 359, qui est post Romam conditam 705 + 406 = 1111 et consules habuit Eusebium et Hypatium fratres. — Libri generationis a quo pendent *GC* exemplum scriptum a. 359, quatenus pervenit, textum libri generationis passim emendat et saepenumero codices ii verum servaverunt contra *BF*, sed item multis locis contrarium evenit, ceterum attuli ex codicibus *GC* quae ad rem facerent inutilibus plerisque suppressis.

6. Codex Parisinus Lat. n. 1871 saec. XI post cosmographiam Iulii Caesaris, ante excerpta ex Prospero integro, f. 101—106 sub praescriptione *comentacio genesis iudicum regum et paralipomenon* excerpta habet ex libro generationis potissimum desumpta incipientia sic: *primus homo plasmu dei cum esset annorum CCXXX genuit Seth*, finiunt sic: *fiunt simul anni* (scilicet ab Adam ad passionem) *VDX*, quibus verbis subicitur notitia brevis de tribus filiis Noe: *fili Noe sortiti sunt terra omnem . . . quam in-vasit Cham post mortem Noe patri sui*, insunt capita respondentia fere nostrae editionis I. 156—188, 94—133, 58—94, sed pessime corrupta, aliquoties etiam interpolata, praeter locum ad e. 163—167 in apparatus relatum hunc inde visum est allierre: (*Augustus*) *occidit Antonium et Cleopatram et subdidit Iudcos et Aegyptum et Grecos et Mesopotamiam Arabiam Phoenices Palestinos et Antioconses Capudoces et Galathas Bythinenses et Pamphilios Pablaconitos Asianos et Aciras Ducos et Tracos Macedonics et Tesalas Bessos et Pannonicos, sed et alias nationes et regiones gentium*.

Quattuor librorum *BFGC* textum cum eo qui respondet apud Chronographum nostrum qui contulerit, agnosceat duas nos tenere interpretationes Latinas eiusdem opusculi Graece

scripti, quorum servatam in libris *BFCC* priorem deinceps appellabimus, servatam a Chronographo in libro *F* posteriorem, archetypi Graeci vestigia certissima cum ubivis deprehendantur, a demonstranda re manifesta abstinere: unum addo in priore versione Graeca vocabula ab ipso interprete retenta a librariis posterioribus hic illic expulsa esse substitutis Latinis, ita e. 190 ad *Gymnosophistas* in libris *BF* adiectum est *Nudi sapientes* et e. 149 pro *Heracleoticis stelis* codicum *BFG* unus *C* substituit *columnas*, versionem autem eam, quam servarunt libri *BFCC*, diversam esse ab ea, quam Chronographus a. 354 aut usurpavit aut confecit, ostendunt praesertim praefationes duae re convenientes, verbis discrepantes: respondent sibi in ea, ut iam in editione priore adnotavi, e. 22 — 24 *bellorum commissiones* prioris interpretis et *civitatium concusiones* posterioris, nempe legit ille *κόλῆτες*, hic *κόλιτες*, itaque ubi in erroribus duo interpretes consentiunt, ut e. 164, 165 — 56 Graecum Ὠς καὶ Ὀῶν prior reddit *os caeli*, posterior . . . *caeli*, venit id ex archetypo pariter male intellecto, redire utramque versionem non ad libellos duos similes, quo argumenti indoles facile ducit, sed ad ipsum eundem Graecum commentarium, etiam ex titulo colligitur, quem fuisse *generationis mundi* sive *hominum* sive *sacerdotum* duarum versionum consensus (I, l. 26 = II, l. 25) declarat, id ipsum confirmat libelli ordinatio eadem in utraque versione, quam ut adsequamur, subsidia adsunt in priore versione cum laterculus servatus in libris *BF* tum eorundem librorum, prioris mutili, alterius pleni ordinatio (nam *GC* non habent nisi excerpta), in posteriore laterculus libri *F* et eiusdem libri ordinatio, primitivus ordo qui fuerit, inde efficitur, quod consentiunt in priore versione ordinatio Fredegariana (neque recedit inde ordinatio mutilati libri *B* quatenus pervenit), in posteriore laterculus libri *F*, subieciimus eum inscriptionibus ita mutatis, ut quid significetur a barbaris interpretibus passim obscuratum recte intellegatur, versiones duas distinximus numeris I et II: adiecti quae respondent in editione nostra capita chronici Alexandrini.

laterculus (I, 1 . . . 20; II, 1 . . . 19).

praefatio et titulus (I, 21 . . . 26; II, 20 . . . 25).

- I. anni a constitutione mundi ad diluvium (I, 27 . . . 46; II, 26 . . . 45; Alex. 4—23).
- II. terrae divisio tribus filiis Noe (I, 47 . . . 133, 135 — 151, 134, 152—195; II, 46 . . . 48, 91, 78 . . . 88, 90, 49—72, 89, 73—77, reliqua desunt: — Alex. 24 . . . 165).
- III. linguae gentium LXXII (I, 196, 197; II —; Alex. 166 . . . 168).
- IV. incolae aeolae insulae (I, 199 . . . 227; II —; Alex. 169 . . . 199).
- V. montes (I, 228; II —; Alex. 200).
- VI. fluvii (I, 229, adhaeret recapitulatio I, 230; II —; Alex. 201).
- VII. anni a diluvio ad Moysen (I, 231 . . . 246; II —; Alex. 202 . . . 225).
- VIII. iudices in Israhel (I, 244 . . . 268; II, 91 . . . 110; Alex. 226 . . . 259).
- IX. reges in Israhel (I, 269 . . . 300; II, 111 . . . 137; Alex. 260 . . . 315),  
recapitulatio (I, 301 — 303; II, 172 — 182, 138).
- X. paschata ante Christum (I, 304 . . . 315; II, 139 . . . 148).
- XI. reges Persarum (I, 316 . . . 330; II, 181 . . . 198).
- XII. olympiades (I, 331; II —).
- XIII. stemma Christi (I, 332; II, 167).
- XIII. prophetae (I, 333; II, 168).
- XIIIa. apostoli (II, 169).
- XIV. prophetissae (I, 334; II, 170).
- XV. reges in Israhel (I, 335; II, —).
- XVI. reges in Samaria (I, 336 . . . 353, II, 149 . . . 166).
- XVII. sacerdotes Israhel (I, 354 . . . 364; II, 171).

XVIII. reges Alexandrini (I, 362...376; II, 199...216).

XIX. imperatores Romani (I, 377...398; II —).

XX. episcopi Romani (deficiunt).

Qui discedunt ab hoc laterculo laterculus librorum *BF* et ordinatio libri Vindobonensis, eorum ille, ut minora omittamus, eo nomine tantummodo differt, quod regibus Persarum Alexandrinos et imperatores Romanos subiunxit, liber autem Vindobonensis cum aperte descriptus sit ex archetypo mutilo foliisque traiectis perturbato, eorum fragmentorum ordinatio pristinam nullo modo repraesentat.

Versiones duae cum ab eodem archetypo pendeant, multa habent, quibus differunt, prioris exemplaria quae habent corruptelas et hiatus communes (ut caput 131 de insulis maris mediterranei collocant loco aperte non suo et c. 197 in tabula linguarum LXXII omittunt tres postremas, item inter c. 217 et 218 Galliam et Germaniam et Sarmatiae principium), redeunt aut ad commune eorum archetypum aut, quod magis crediderim, ad ipsum interpretem. — Posterior versio, quam Chronographus adhibuit, non solum imperfecta ad nos pervenit unico codice, qui eam tradidit, lacero et corrupto, sed etiam cum alibi passim tum praesertim in capite de regibus Israhel plura omittit quae et in altera versione leguntur et adsunt apud Alexandrinum, reiecta opinor ab ipso Chronographo, sustulit idem ut debuit computationes in chronicis quae tractabat inventas substituto iis computo (p. 138, 139) ad annum 334 usque deducto, — e contrario interdum plura habet profecta ex auctore Graeco: ita c. 35 verba adscripta de Lamech *fiunt simul anni DCXLII* collato Alexandrino intelleguntur adfuisse in archetypo Graeco, inde colligitur etiam priorem interpretem a breviando nequaquam abstinuisse, — ne interpolationes quidem absunt a posteriore versione, — in geographicis quae leguntur inter c. 88 (= I, 118) et 90 (= I, 119) de Melchisedec patriarcha et Scythopoli unde veniant nescio<sup>1)</sup> neque audeo pro interpolatis habere, cum possint esse reliquiae formae plenioris, — at apostolorum nomina (c. 169) de suo videtur inseruisse Chronographus, multo minus auctoris Graeci sunt inserti populorum stemmati post c. 76 (= I, 185) Bulgares cum archegeta eorum Ziezi, qui cum praeterea non memorentur ante aetatem Theoderici regis Gothorum, ne a Chronographo quidem adici potuerunt, sed crediderim proficisci ab eo scriptore, qui chronica haec Orosii esse voluit.

De auctore libri antequam disputemus, agendum est de tertia forma huius libelli ea, quam nos editioni adiecit sub lemmate Chronici Alexandrini, venit ea ex auctore qui hodie appellari solet Barbarus Scaligeri, id est ex codice unico, qui fuit aliquando Claudii Puteani<sup>2)</sup>, hodie est bibliothecae Parisinae Lat. n. 1881 saec. VII exeuntis vel VIII<sup>3)</sup>, ediderunt quae eo continentur primus Scaliger in thesauri temporum Eusebii ed. priore Leidensi a 1606 app. p. 14—70, secunda Amstelaedamensi a 1658 app. p. 58—85 cum praescriptione hac: 'excerpta utilissima ex priore libro chronologico Eusebii et Africano et aliis Latine conversa ab homine barbaro inepto Hellenismi et Latinitatis imperitissimo': deinde Alfredus Schoene ad prius volumen chronicorum

1) Praeter ea quae similia habet Genesis 14, 18, *ἐξ τῆς γενεῆς τῆς Χέμ* Melchisedec dicitur in chronico paschali p. 90 Bonn. reperiturque Melchi pater Melchisedec apud Malalam p. 58 Bonn. — plena redit genealogia Chronographi, ut monuit Dillmannus, apud numm Athanasium quem dicunt (Fabricius cod. pseudepigr. vet. test. vol. I ed. 2 p. p. 311): *ἐν τῷ καιρῷ ἐξείρω ἦν τις βασιλεὺς Σελίμ κατὰ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως· ἐγένετο δὲ τῶν Σελιῶν, Σελιῶν δὲ ἐγένετο Μελχι. Μελχι δὲ εἶχε γενεῖα κατὰ τὸ ὄνομα αὐτῆς Σελίμ, εἶπε δὲ αὐτῷ θεοῦ εἰδὼς ἕνα ζήλομενον τῶν Μελχι καὶ ἑταῖρον Μελχισιθίμ.* — 2) Ex eius bibliotheca citat 'chronica Alexandrina' haec Cuiacius in paratitulis ad C. Iust. I, 37 (opp. ed. Neap. vol. 2 p. 73). — 3) Inter infinitos soloeccismos errores medio aevo proprii aut rari sunt aut nulli, ut *ti* pro *ei* vix reperitur nisi in uno vocabulo *procuratia*.

Eusebii et Hieronymi (1875) app. p. 175—239, hic ita, ut pagina paginae, versus versus respondet. liber spatia habet multis locis vacua relicta evidenter destinata picturis recipiendis, fere ut cernuntur in libris Notitiae dignitatum, eodemque videtur referendum esse, quod in libro nulla reperitur neque inscriptio<sup>1)</sup> neque subscriptio, ex quaternionibus qui supersunt octo ipsi integri (extremi quod deficit folium postremum<sup>2)</sup> non scriptum fuit, cum folii praecedentis versa et ipsa a scriptura vacet) septem primi numerati sunt numeris continuis, post septimum unus pluresve deficiunt, adest extremus, vidi ego librum et contuli, sed editione Schoemiana qui utitur, ipso libro carere potest, et ipsum barbare admodum ex Graeco versum esse demonstratione non indiget, evenitque etiam in hoc, ut librarii posteriores Graecis ab interprete retentis postea Latina substituerint: certe c. 62 *Lychnitis* vocabulo, quod picturae retinet, *Lucidissima* substitutum est in textu, ipsa compilatio a libro generationis longe recedit, scilicet cum pars prima f. 1—20, 7 (infra c. 1—257) itemque tractatus f. 21, 3—31, 21 (infra c. 258—315) priori parti libelli generationis respondeant, neque adest index eius et praefatio et aliena sunt omnino ab eo libello quae praeterea Alexandrinus exhibet 'sine genealogia' de regibus Italiae f. 20<sup>c</sup>, 22—24, 3 et postea a f. 31, 21 de regibus Persarum et Alexandrinis et chronographica alia, quorum pars maior cum ad nostra non pertineat, exclusa est (cf. p. 129 c. 315 not. 1), pars minor infra edetur cum chronicis quibus respondet Italicis, sed quatenus chronica Alexandrina cum iis de quibus egimus coniuncta sunt, apparet compilatorem eorum archetypum adhibuisse forma pleniore quam qua repraesentatur in libello generationis et ut neutra recensio recte adhiberi potest nisi adsumpta altera, ita ad quaestionem de auctore tractandam tam plenior quam brevior in censum venit.

Auctoris nomen non traditur, compilatio Alexandrina cum et indice destituta sit et praefatione, ex ipsa non discimus unde sumpserit compilator quae huc pertinentia ei inseruit, etiam libri generationis mundi versio utraque ad nos pervenit aut falso auctoris nomine adscripto aut nullo, nam certe non pars est chronicorum Origenis, quamquam epitomator is, qui ei scriptori haec accepta refert (supra p. 79), non solum Graecam originem agnovit sed, etiam nescio quo casu mirifico eum auctorem laudavit, sub cuius persona alibi quoque verus libelli generationis auctor latet, multo minus Isidori est, cui dubitans tribuit chronographus saeculi septimi incuntes<sup>3)</sup>, vel Orosii, cui tribuit inscriptio ad versionem posteriorem (H. 21) temere adiecta a sciolo quodam saeculi minimum octavi; nam adfuisse eam in codice Vindobonensis archetypo ostendunt excerpta Sangallensia (v. p. 32), quamquam in his inscriptio haec praemittitur excerptis ex chronicis Italicis, nihilominus auctorem non ignoramus<sup>4)</sup>; Hippo-

1) Nam quae in prima pagina adscripsit manus posterior (litteris minusculis Carolingicis saeculi noni exeuntis magis quam incipientis indicibus Ducangio praef. ad Chr. pasch. c. VI et Carolo Victore Langlois Parisino, qui mea causa locum demo examinavit: *chronica Georgii Ambionensis episcopi vel, sicut alii dicunt, Victoris Turonensis episcopi* auctoritatem nullam habent, Georgius Ambionensis episcopus intellegitur siue dubio is cuius mentio fit in vita papae Stephani III (a. 768—772) aliorumque eius temporis pontificum (v. Duchesne ad vitas pontif. 2 p. 173, 182); sed huic quam ob causam adnotator saeculo uno fere Georgio posterior chronica tribuerit, non apparet.

2) Ita folium cum eo olim cohaerens 57 iam solutum est; soluta item sunt duo 59 et 62, sed suis locis inserta.

3) Fredegarinus quem dicitur in prologo quarti libri auctores a se adhibitos enumerans quem citat sub nomine *cuiusdam sapientis seu Isidori*, non est is qui sequitur in ipso quarto libro, quae est Kruschii opinio (praef. p. 7); neque enim respicit hic nisi quae iam absolvit, immo intellegit, ut plerique statuant, eum qui scripsit librum generationis expilatum in libro primo, cum post Hieronymum et Hydatium citari tantum abest, ut opinioni receptae adversetur, ut eam stabiliat; nam liber a Fredegaro adhibitus sine dubio pariter atque Berolinensis librum generationis extremo loco habuit et ita compilator, quamquam ei ut debuit in opere primum locum dedit, hic tertium eum nominavit, ceterum ipsa verba declarant Fredegarium librum invenisse auctoris nomine earentem et sola coniectura eum tribuisse Isidoro.

4) Demonstravimus id Ducangius in praef. ad chronicon paschale vol. 2 p. 20 seq. ed. Bonn. et ego in editione priore p. 595 seq.

lytus is est episcopus Portuensis<sup>1)</sup> sub Alexandro et Maximino auctor librorum decem *κατὰ πιασῶν ἀγέσεων* sive *ἡλιοσοφογιμένων*. in eius indice operum inscripto statuae eius custoditae hodie in museo Vaticano (C. I. Gr. 8613) recensentur et liber paschalis (*ἀλιόδιξις χρόνων τοῦ πιασίου*) citatus item ab Eusebio<sup>2)</sup>, unde sumptus laterculus paschatum annos complexus p. Chr. 222—237, scriptus autem imperante Alexandro († 235 Febr. 10), inter annos igitur 222 et 235, sub eadem statua legitur, et alter liber *χρονιζῶν*. hisce chronicis scripta anonyma de quibus agimus et tempore et loco egregie respondent. nam libelli generationis versio prior cum finiat in Alexandri anno extremo (l. 302, 311, 331, 397), scriptus est imperante Maximino († 238 m. fere Maio), id est inter annos 235 et 238. deinde Hippolytus natione Graecus degens in Italia fide Christianus is erat, qui tanquam fundamentum poneret chronographiae ad usum Christianorum aptatae per eum primum ex Oriente in Occidentem translatae et commendatae Latine loquentibus populis ipsa sua exilitate. nec desunt argumenta directa. catalogum episcoporum Romanorum quamquam libelli generationis exemplar nullum servavit, adfuisse eum declarat index *BF*, neque dubium est Chronographum a. 354 eum non tam

1) Episcopum Portuensem fuisse Hippolytum non recte negatur. episcopatum eum separatim ab Ostiensi eum constet extitisse a. 314 (C. I. L. XIV p. 7), nihil impedit, quominus ad ipsum saeculum tertium referatur; nam eum alibi tum maxime in regione suburbana vici quoque celebres suos episcopos habuerunt, ut Trium tabernarum et Silvae emulidae, neque quisquam dubitabit Portum eo tempore in ea condicione fuisse. eius loci episcopum Hippolytum discrete faciunt auctores Graeci ipsis libris Hippolytiani usi et ex eorum subscriptionibus pendentes, scilicet epitomator Hippolytianorum vel certe Hippolyto attributorum scriptorum apud Lagardum p. 57 seq. et auctor chronici paschalis p. 12 ed. Bonn. et Syncellus p. 674 in recensu operum Hippolytianorum accepto ab auctore idoneo (Gelzer Afric. 2, 1). accedit quod Prudentius poeta saeculi quinti et martyrologia quamquam in aliis errant, tamen Hippolyti memoriam constanter coniungunt eum Portu. qui ab hac opinione discedunt Graeci et alii et (quod me docuit Harnack) Apollinaris Laodiceus scriptor saeculi quarti medi (p. 72 Lagarde) Romae eum episcopum facientes, non tam errant quam eandem sedem enuntiant minus accurate. Eusebius testis omnium antiquissimus quod eum episcopum facit, de sede sibi non constare significat (hist. eccl. 6, 20; *ἐπίσκοπος θρονίος* — Beryllus — *ἐν τῶν κατὰ Βούτιον Ἀγέσων ὡσαύτως θεὸν καὶ Ἐπιόλιος ἐπέως πον καὶ ὡτιὸς ἀποστειὸς ἐκκλησίαν*; inde Hieronymus vir. ill. 61: *Hippolytus cuiusdam urbis episcopus: nomen quippe urbis scire non potui*, similiter in chronicis a. Abr. 2244), item inde opinor explicandum est, quod eum Hippolytus concilio a. 314 subscribens se dixisset episcopum *de loco qui est in Porta Romae*, homo Graecus aetatis Constantianae eam indicationem parum intellexit. etiam in philosophumenis, quae Hippolyti esse viri docti hodie consentiunt, auctor *ἑρμηνευτικῶν* (prooem. p. 4 Duncker) sibi tribuit, id est dignitatem episcopi. contra presbyterum, scilicet sellis urbanae, faciunt et Chronographus loco supra p. 74 edito et supparis aetatis Damasus papa in carmine nuper in lucem protracto (Rossi inser. chr. 2 p. 82), sed idem et gravissimo errore eum discipulum facit Novati et ipse sibi fidem denegat, finiens ita: *haec audita refert Damasus: probat omnia Christus*, ab hoc carmine deinde pendet Prudentius similia repetens et pendunt alii ficticii eius martyri narratores; nam recte Doellinger (*Hippolytus und Kallistus* p. 105 seq.) negavit ea aetate clericum urbanum simul sedem aliquam episcopalem obtinere potuisse. sed hic quoque error facile explicatur, cum promum sit confundere episcopos suburbicarios cum clericis urbis Romae. haec ubi consideramus et videmus praeterea in philosophumenis ipsis librum generationis citari scriptum post obitum Alexandri a. 234, illa igitur hoc anno posteriora esse, iam Hippolyti condicio plene explanabitur. litigia acerriima inter Callistum episcopum urbis (a. 218—222) et Hippolytum episcopum Portus agitata non obstant, quominus successori illius Pontiano (a. 230—233) hic in exilio comes fuerit et post obitum summis honoribus Romae honoratus sit sepulcro sanctissimo et statua in suo genere unica. — Contra quam Doellingerius exposuit opinionem schismate facto Hippolytum a Callisti adversariis creatum esse episcopum ipsius urbis Romae quamque sibi probari Harnackius quoque mihi significavit, verum est Hippolytum litigia sua cum Callisto referentem ei tribuere *διδοσκαλίειον* ita, ut cathedram quodammodo ei denegare videatur, sibi autem ecclesiae regimen vindicare, maxime 9, 12: *τις καὶ ἐπὶ κατεργασίᾳ ἐκκλησίᾳ τῆς ἐκκλησίας ἐγ' ἡμῶν γέροντες πρῶτοι ἀποστειότες αὐτοῖς ἐκκλησίαν τὸ διδοσκαλίειον αὐτοῦ*, sed quamquam inde recte colligitur Callistum secundum Hippolytum sedem nullo iure obtinisse utpote non orthodoxum et caput fuisse Hippolytum eius partis clericorum, qui removendum eum censerent, id ipsum factum esse et se pro eo electum nequaquam ait, et id si evenisset et Hippolytus his verbis aliquantum post Callistum defunctum publice editis sedem urbanam sibi vindicavisset, certe memoria eius non eo loco mansisset, quem indubitate postea obtinuit. 2) hist. eccl. 6, 22; pendunt inde Hieronymus v. ill. 61 et Syncellus ad a. 215 p. 675 ed. Bonn.



sustulisse quam transtulisse, collocatum ab eo alio loco et continuatum, nam laterculus quem habet (p. 73) inscriptus est ratione plane Hippolytiana et eius pars prima, de qua supra p. 73 diximus, ad eum annum, in quo Hippolytus finire debuit, tractationem ostendit uniformem, quae deinde mutatur, laterculi autem eius adnotationum vere historicarum omnium prima exilii meminit, quod a. 235 cum Pontiano episcopo Hippolytus subiit, item tempora paschatum vetustiorum adnotata in laterculo statuæ Hippolyti adiecto eum indiculis in libro generationum capite eo quod inscribitur 'quis ex quo pascha servavit a Moyse computatis annis' plane conveniunt<sup>1)</sup>, redeunt quoque in libello hoc eum quae tanquam Hippolyto propria de rege quodam Iudaeorum apud Syncellum adlegatur temporum computatio<sup>2)</sup> tum quae ipse in libro contra haereses ex eiusmodi seriptione sua affert<sup>3)</sup>, Iulii Africani eruditionis historicae ad Christianam religionem aptatae principis volumina edita a. 221 Hippolytum paucis lustris post eum scribentem adhibuisse ut verisimile est, ita Hippolytus eadem doctrina, cuius fidem facit operis contra haereticos liber primus totus Theophrastus, hoc quoque argumentum tractavit, et ut *διαμετρώως τῆς γῆς* sine dubio ipsius est, non ex Africano compilatus, ita tantum abest, ut in chronologia sacra huius se adsecum ostendat, ut suam viam contra eum tenere soleat<sup>4)</sup>, iam cum supra viderimus operis huius duas formas extitisse Graece scriptas, plenior alteram, quam adhibuit auctor Alexandrinus, alteram brevior, quam sub inscriptione *libri generationis mundi* Latine verterunt interpretes duo, aut forma illa plenior auctori Hippolyti attribuemus, aut, si ipsa est Hippolyti, liber generationis versio est epitomae chronicorum Hippolytianorum, quaestio quamquam hoc loco tractari non potest, mihi secunda opinio magis probatur, nam titulus diversus chronicorum et libri generationis recte explicabitur, ubi hunc ex illis brevium esse sumimus et cum multa capita pariter deficient in utroque libello, adsint autem apud Alexandrinum, partem eorum verisimile est a fuisse iam ab archetypo communi Graece scripto.

Librum Hippolyti Graece deperditum<sup>5)</sup> qualem auctor emisit, aliqua tenus restituere poterit qui rem aggredietur adhibitis subsidiis omnibus tam Graecis quam Latinis:

1) Krusch *neues Archiv* 7 (1882), 457 seq.; Gelzer *Afric.* 2 (1885) p. 3, — 2) p. 413 Bonn. (cf. p. 414): *ο δὲ ἱσθὸς Ἐπιφάνιος ἐν τῷ χρόνῳ τῆς Ζωοκέρρας καὶ τὸν Ἰουλιὸν συγγράμματα τοῖα εἶναι λέγει τὸν τίτλον Ἰουλιανὸν Ἰουλιανὸν τὸν καὶ Ἰηζούριον μετὰ τὸν πατέρα χρονολογία μετρωσθῆναι εἰς Βαβυλῶνα.* Idem legitur et in libello generationis I, 292 et apud Alexandrinum c. 291. Africanus e contrario huic regi tribuit aut menses tres aut annum unum (Gelzer *Afric.* 1, 98), sequentia quoque redire in libro generationis II, 182 ad eum locum adnotavimus. 3) 10, 30 quae de chronologia Iudaea leguntur, redeunt fere in libro generationis. Item de linguis populorum agens ait auctor: *ἴσταν δὲ οἱ τοὶ σὺ γῆρας, ὧν καὶ τὸ ὄνοματι ἐπιθετέμεθα ἐν ἐκείναις βίβλοις.* 4) Mem de ea re errorem recte redarguit Gutsemid (mus. Rhen. n. 1857 p. 44 = opusc. 1, 413). in Genesi tractanda Africanus crisi severiore usus textum genuinum sequitur, Hippolytus versionem vulgatam Graecam; ita ab Adam ad diluvium annos numerat Africanus 2262, Hippolytus 2242. Cainam alteram reiecit Africanus, agnoscit auctor libri generationis (I, 43 — II, 42 = Alex. 19). 5) De codice Graeco chronicorum Hippolyti in Hispania adservato quae narrantur (Kunst in eph. nostra *Archiv* 8, 227), ea redeunt ad codicem bibliothecae Antonii Augustini in catalogo edito Tarracone a. 1586 (ab eo pendet Mader de bibliothecis 1666 p. 128) sic descriptum: n. 139 Marcellini vel Hippolyti 'sive potius incerti epitome temporum ab orbe condito usque ad annum vicesimum Heraclii imperatoris cum consulationibus et indicationibus et aliis cognitione dignis. Petri episcopi Alexandrini et martyris disputatio de celebratione paschatis contra falsum ordinem Hebraeorum, extat initio voluminis. liber recens in charta scriptus an. 1623 DLXXIII forma quadrati. eum librum Carolus Graux, quem paullo ante obitum de eo consului, rescripsit illatum esse in bibliothecam Escorialensem signatum ibi antra III<sup>o</sup>. B. 9, postea V. 6. 21; in ea bibliotheca librum vidisse c. a. 1620 doctum quendam ex Scotia virum cuiusque in catalogi Augustiniani illius exemplari adservato in eadem bibliotheca Escorialensi adnotasse librum scriptum esse manu Andreæ Darnarii noti eius aetatis librarii Graeci; catalogorum duorum eius bibliothecae ante incendium factorum c. a. 1600 a Nicolao della Torre (Miller *miss. Grece de l'Escorial* p. 332, ubi hic liber reperitur p. 339 n. 101) alterum volumina illud sic describere: *Μετρωλλίων καὶ Ἐπιφάνιον ἵστα ἐδίζων ἑπιφάνη χρόνον ἀπὸ Ἀδάμ μέχρι τῆς βεβαίαιας Ἡρακλίου τοῦ πρώτου καὶ τῷ αἰτιῷ τῷ καὶ Κωνσταντίνου*, alterum idem volumen attribere Petro Alexandrino (scilicet propter prius opusculum eidem insertum); perisse eum aliis in incendio fatali a. 1671, in eo certe iactura nulla facta est; nam aperte apographum fuit codicis hodie Vaticani Graec. n. 1941, qui servavit nobis

nam excerpta inde multa supersunt apud scriptorem chronici paschalis et apud Georgium Syncellum aliosque auctores complures, quorum conspectum dedit Alfredus de Gutschmid (*Zur Kritik des διαχρονικός πίναξ* mus. Rhein. vol. 13 a. 1858 p. 377): quaeque in Latinis versionibus culpa interpretum librariorumve obscurata sunt, plerumque statim explanat adhibita recensio Graeca, sed disquisitio ea ethnographiam sacram universam ad Geneseos caput X applicatam complecti debet itaque latissime patet. inchoavit rem in parte ethnographica Carolus Muellenhoff in commentario *über die Weltkarte des Kaisers Augustus* (Kiliae 1856 p. 36 seq.): at quantopere absint eius temptamina a iusta perfectione, modo citatus Gutschmid severo, sed non iniquo iudicio ostendit in museo Rhenano et vol. 12 p. 622—626 seq. et loco supra citato vol. 13 p. 377—408, laterculos autem Hippolyti inter alios qui nuper tractavit Henricus Gelzer (Sextus Iulius Africanus vol. 2 a. 1885 p. 3 seq.), neque recte distinxit quid esset Hippolyti et non esset neque a libris scriptis satis instructus ad rem explicandam accessit et male neglexit quae ex hoc suo libro in philosophum auctor repetiit, nos ut nolimus Hippolytiorum chronicorum restitutionem aggredi, Latinas versiones quae supersunt in hac editione proposuimus ita plenas et ita correctas, ut per libros expleri et emendari potuerunt, abstinentes a coniecturis, ne per eas incideremus in ipsius libelli retractationem a nostri operis consilio et fine alienam. Latinae vero recensiones ita sunt innexae labentis aetatis temptaminibus rerum narrandarum, ut Hippolyti chronica Latine facta quamquam ad ipsam vetustatem cognoscendam parum utilia neque omittere nobis liceret neque leviter tractare.

Computi in fine libri generationis a Chronographo adiecti conspectum subicere visum est non supervacaneum fore, quamquam difficultates inde magis indicabuntur quam solventur.

ab Adam ad diluvium	2242
corrigen- dum ex numeris singillatim traditis (veris, nisi quod Lamech annos habuit CLXXXIX) quod traditur HCCCXLII.	
a Noe ad Abraam (natum)	1070
corrigan- tum numeri singillatim proditi summam M in MLXX.	
ab Abraam ad migrationem Iudaeorum in Aegyptum	180
Iudaei in Aegypto ad exodum	130
Iudaei in deserto	40
Iesu Nave	32
iudices	190 <sup>1)</sup>
reges ante regnum divisum	31
fortasse scribendum CXXXIII.	
reges Iudae ad captivitatem in Babylonia	374
fortasse scribendum CCCCXXIII.	
captivitas Babylonica	70
deserta Iudaea	740 <sup>2)</sup>
ab Adam ad Cyrum	1916
Iudaei sub Persis	230 <sup>2)</sup>
reges Macedones	270
regnum Iudaeorum post Alexandrum magnum ad Agrippam	315

chronicon quod dicunt Paschale: ei enim notae illae omnes accurate respondent neque dubium est Augustinum, cuius cura codex ille ex Sicilia Romam adductus est, exemplum eius sibi parasse, ut sibi paravit Casaubonus aliud servatum hodie in bibliotheca Monacensi scriptum manu eiusdem Darmarii, itaque sola huius hominis coniectura eaque inepta chronicon videtur Hippolyti Graecum.

1) Est numerus ab Africano positus (Gelzer Afric. I, 90). 2) Item numerus Africani (Gelzer I, 103).

Quaenam epocha significetur, parum constat, regnum hoc Iudaeorum si incepit a Mattathia anno circiter ante Chr. 169, inde effluerunt ad mortem Agrippae ultimi regis Iudaeorum a. 41 p. Chr. anni 213, ad excidium Hierosolymorum anni 240.

ab Agrippa ad Septimium Severum	5870?
Intellegi Severi consulatum primum a. 191 ex sequentibus colligitur: Agrippae vocabulo quaenam epocha significetur, supra iam dixi parum constare, anni mundi duo 5870 et 4017 separati intervallo certo annorum 140 et ipsi corrupti sunt neque suppetit emendatio probabilis.	
a Severo ad Aemilianum et Aquilinum	55
Recte numerantur anni a 195 ad 249 p. Chr.	
ab Aemiliano et Aquilino ad Diocletianum IX et Maximianum VIII	55
Recte numerantur anni a 250 ad 304 p. Chr.	
a Diocletiano IX et Maximiano VIII ad Optatum et Paulinum	30
Recte numerantur anni a 305 ad 334 p. Chr.	
ab Adam ad Paulinum et Optatum	4017?
Numerum corruptum quomodo emendem, supra iam dixi me non perspicere.	

Unde veniant computationes hae corruptae sane et perturbatae, frustra quaesivi: ad Hippolyteas cum aliquot prope accedant, aliae differunt, et in summa re cum neque de ipsis numeris ab Hippolyti positis satis constet et in computo hoc continuatorum et librariorum immutationes late videantur grassatae esse, nos ab iis restituendis abstinere debuimus, unum apparet in parte extrema, certe a Severo, Chronographum adhibuisse tabulam fastorum ita conscriptam, ut singulae paginae quinque et quinquaginta consulum paria continerent, extrema non esset perscripta.

Editiones libri generationis fecerunt potissimum hi.

1. Canisius in lectionibus antiquis vol. 2 (1604) p. 151 seq., quam editionem repetiit Basnage thesaurus monumentorum eccl. et hist. vol. 2 (1725), 1, p. 155 seq.
2. Labbé bibl. nova mss. librorum vol. 1 (1657) p. 298—309.
3. Ducange ad Chronicon paschale ed. Paris. 1688 p. 113—121, ed. Bonn. vol. 2 p. 96 seq.
4. ego in priore editione Chronographiae (1850) p. 637 seq. ad codicem Chronographi Vindobonensem.

Codicum ordinationem in libro generationis priore uno solo loco mutavi collocans c. 131 inter c. 151 et 152, secundi capita ordinavi ad priorem: codicis quae sit, et indicant numeri adscripti et conspectus supra p. 82, chronicorum Alexandrinorum ordinem non mutavi, omisi multa inter c. 257 et 258.

*Lib. gen. I.*

1. Dimmeratio temporum et annorum a generatione saeculi usque in hunc diem. liber generationis ab adam usque ad ordinem (hunc diem *conicit Keusch* quae continetur in hoc libro dimmeratio t. et a. generationis saeculi *tsic F*, generationes *B*) usque in hunc diem *BF*, haec sunt diutissime per diversa quaesita sic dimmeratio t. et a. (et a. *om. G*) a generatione saeculi ab adam usque in consulatum (tu *G*) valentiniani (valentini *G*) et valentis anni sunt *vdcccxxviii GC*.
2. terrae divisio tribus filiis Noae: declaratio gentium, quae ex quibus factae sint et quas singule terras et civitates sortitae sunt<sup>a</sup>.  
<sup>a</sup>) et quas singule (-las *G*) t. et c. sortitae (ti *G*) sunt *FUC, om. B*
3. quantae insulae clarae.
4. qui ex quibus gentibus transmigraverunt.
5. quot flumina nominata.
6. quot montes nominati.  
*pro 5. 6 quot m. et fl. GC*
7. quot iudices et<sup>a</sup> quis quot annis populum iudicavit.  
<sup>a</sup>) et *GC, om. BF*
8. quot reges in tribu Iuda et quis quot annis regnavit.
9. declaratio paschae et quis quando servavit ex temporibus Moysi in hunc diem.  
*om. GC*
10. reges Persarum a Cyro et quis quot annis regnavit.  
*post 18 GC*
11. reges Macedonum ab Alexandro et quis quot annis regnavit.  
*post 16 GC*
12. imperatores Romanorum ab Augusto et quis quot annis imperavit.  
*post 10 GC*
13. tempora Olympiadum ab Ipito usque in praesentem olympiadem.  
*om. GC*
14. nomina patriarcharum a generatione.  
*post 15 G*
15. nomina prophetarum.
16. mulieres prophetissae.  
*post 17 G, post 19 C*
17. nomina regum Hebreorum.  
*regum ex iuda post 19 S, om. C*
18. et regum qui in Samaria regnaverunt supra X tribus et quis quot annos regnavit.  
*regum (reges C) samariae post 11 GC*

CHRONICA.

*Lib. gen. II a. 334.*

1. In hoc libro sunt congregationes temporum vel annorum a constitutione mundi usque in hodiernum diem.
2. divisiones terrae tribus filiis Noe post diluvium. manifestaciones gentium quae gentes ex quibus nate sunt et quas singuli eorum provincias et civitates hereditaverunt.
3. quot insule manifeste.
4. qui ex quibus gentibus advene facti sunt.
5. quot flumina opinata.
6. quot montes nominati.
7. quot iudices et quis eorum quot annos iudicavit populum
8. quot reges in tribu Iudeorum et quis eorum quot annos regnavit.
9. ostensio pasche. quis ex quo pascha servavit a Moysen computatis annis.
10. tempora regum Persarum a Cyro et quis quot annis regnavit.
11. nomina patriarcharum a geneeseos.
12. nomina prophetarum.
13. nomina apostolorum.
14. mulieres prophetisse.
15. nomina regum Hebreorum.
16. reges qui in Samaria regnaverunt et quis eorum quot annos regnavit.
17. sacerdotum nomina.
18. nomina regum Machedonum ab Alexandro et quis quot annos regnavit.

*Lib. gen. I.*

19. nomina sacerdotum.

*post H G, post E C*20. nomina episcoporum<sup>a</sup> Romae et quis quot annis praefuit.

*sic B, cūperim E evidenti errore, quem frustra tuctur  
Kruschius Archie 7, 469, om. caput GC, in serentes  
libri qui sunt ueteris et noui (et noui om. G) testa-  
menti canonici cum indiculis uersuum (tr. p. 80).  
ordinant igitur capita sic: 1, 2, 3, 4, 6, 5, 7,  
8, 14, 15, (15, 11 G) 19, 17 (om. C) 16, 14,  
18, 10, 12 GC.*

21. Quoniam quidem oportet instructum esse veritatis diaconum, necessarium<sup>a</sup> existimavi, frater carissime, hos in breui de sanctis scripturis facere sermones ad corroborandam<sup>b</sup> doctrinam tuam, ut per pauca enarrationes non sine causa inquisitas virtutes veritatis citius agnoscamus, absidentes prius indoctorum generatam contentionem, quae obumbrant sensum<sup>c</sup>, huiusemodi indoctum edoceat.

<sup>b</sup>) corroborandum B<sup>a</sup>    <sup>c</sup>) sensum E, om. B

22. Summa autem cum industria praevidere cupientes iuxta veritatem cognoscimus gentium divisiones et parentum dinumeratam generationem, intrabitationis quoque tempora et bellorum commisiones et iudicium tempora<sup>a</sup> dispensationes et regum annos et prophetarum tempora, qui et quibus regibus nati sunt, quales captivitates populi quibus regibus<sup>b</sup> et quibus iudicibus contigerint quique sacerdotes quibus temporibus fuerint et quae divisio, quae perditio facta sit, quo autem modo generatio<sup>c</sup> seminis Israel de patribus in Christo completa sit et quot quantique per quanta tempora dinumerentur<sup>d</sup> anni a creatura saeculi usque in hunc diem.

<sup>a</sup>) tempora del.    <sup>b</sup>) nati s. q. e. p. q. regibus E, om. B    <sup>c</sup>) generatione B<sup>a</sup>    <sup>d</sup>) dinumerentur B

23. Existimavimus autem incipientes a Genesi iuxta verbum ostensionem sicut expetit<sup>a</sup> declarare, non ex nostra quadam parte<sup>b</sup>, sed ex ipsis sanctis scripturis testificari<sup>c</sup>. Hinc ergo occursionem arripientes iuxta<sup>d</sup> ordinem de Genesi sermonem faciemus.

<sup>a</sup>) *scr.* expetit    <sup>b</sup>) partem B<sup>a</sup>    <sup>c</sup>) *scr.* testificari    <sup>d</sup>) *omissis quae praecedunt c. 21, 22, 23 hinc ergo incipimus et iuxta cct. GC*

*Lib. gen. II. a. 331.*

19. imperatorum Romanorum nomina a Gaio Iulio Caesare et consulibus.

20. Quorum omnium<sup>a</sup> per omnia paratum esse veritatis ministrum, optimum arbitratus sum compendiosum sermonem facere ad congruam sapientiam: opus est<sup>b</sup> etenim per ostensionem non vacue cogitantes, sed liquidum secundum veritatem historie inquirere in breui quae adprehendimus, amputantes primum contenciones ignorantium, quae generant litem et obscurant sensum ignorantium quae<sup>c</sup> possunt studeri.

<sup>a</sup>) *scr.* quoniam oportet *similiterve*    <sup>b</sup>) *opost V*    <sup>c</sup>) qui U

21. Qui autem diligenter volunt et studiose historiam discere, cognoscant gentium divisiones et patrum genealogiam et temporum V peregrinationes<sup>a</sup> et civitatum<sup>55'</sup> conventiones et iudicium dispositiones et regum tempora et prophetarum, quae autem captivitates in populo fuerunt, sub quibus regibus et iudicibus contigerunt, qui autem sacerdotes fuerunt vel quibus temporibus sacerdotium funxerunt, quae autem divisiones temporum et populorum facte sunt, ut autem discensio seminis<sup>b</sup> Israel ex patribus in Christo adimpleretur et quot et quanta tempora dinumerantur annorum a constitutione mundi usque in hodiernum diem.

<sup>a</sup>) *scr.* tempora peregrinationis    <sup>b</sup>) *scr.* seminis

22. Visum est nobis sermonem a Geneseos facere non ex proprio argumento, sed de sacris scripturis testimonia tollentes. Hinc ergo initium sumimus secundum ordinationem a Geneseos acceptam.

*Lib. gen. I.*

24. Explicit prefatio.  
*om. GG*
25. Incipit narratio.  
*om. GG*
26. Liber generationis hominum.

*Lib. gen. II a. 334.*

23. Explicit prefatio.
24. (Incipit chronica Horosii.)
25. Liber generationis mundi.

*Lib. gen. I.*

27. Quo die fecit deus Adam ad imaginem dei fecit eos<sup>a</sup>.

<sup>a</sup>) fecit eos *om. GG*

*Lib. gen. II. a. 334.*

26. Qua die fecit deus Adam ad imaginem et similitudinem suam.

*Chr. Alex.*

1. Primus homo factus est a deo, cui nomen erat Adam: uxor autem eius Aeva.
2. Ab Adam usque ad diluuium Noe generationes X. anni autem duo milia ducenti quadraginta duo<sup>a</sup>.

<sup>a</sup>) *vacant vv. 12*

*Lib. gen. I.*

28. Vixit autem Adam annis CCXXX<sup>a</sup> et genuit Seth.

<sup>a</sup>) *sic B, cxxx*  
*F. ccxx G*

*Lib. gen. II a. 334.*

27. Adam annorum CXXX genuit Seth.

*Chr. Alex.*

3. Adam factus est annorum ducentorum triginta et sic genuit Seth. mortuus est autem Adam annorum noningentorum triginta.

29. Vixit autem Seth annis CCV et genuit Enos.

28. Seth annorum CC genuit Enos.

4. Seth autem vixit annos CV: fiunt simul anni quadringenti XXXV: et genuit Enos. mortuus est autem Seth annorum noningentorum duodecim.

30. et vixit Enos annis CLXI, et genuit Cainan.

29. Enos annorum CXC genuit Cainan<sup>a</sup>.

<sup>a</sup>) *caman F*

5. Enos autem vixit annos CXC: fiunt simul anni sexcenti quinquaginta quinque: et genuit Cainan. mortuus est autem Enos annorum noningentorum quinque.

31. et vixit Cainan annis CLXX et genuit Meleleel<sup>a</sup>.

30. Cainan<sup>a</sup> annorum CLXX genuit Malaleel.

<sup>a</sup>) *caman F*

6. Cainan autem vixit annos CLXX: fiunt simul anni DCC nonaginta quinque: et genuit Malaleel. mortuus est autem Cainan annorum noningentorum XC.

32. et vixit Meleleel<sup>a</sup> annis CLXII<sup>b</sup> et genuit Jared.

<sup>a</sup>) *maleleel G,*  
*malelel C<sup>1</sup>, mala-*  
*leel C<sup>2</sup>, et u. mel.*  
*om. B* <sup>b</sup>) *clxv G,*  
*clx C*

31. Malaleel annorum CLXVI genuit Jared.

7. Malelehel autem vixit annos centum sexaginta quinque: fiunt simul anni noningenti sexaginta: et genuit Jared. mortuus est autem Malelehel annorum octingentorum nonaginta.

<i>Lib. gen. I.</i>	<i>Lib. gen. II. a. 334.</i>	<i>Chr. Alex.</i>
33. et vixit Jared annis CLXII et genuit Enoe.	32. Jared annorum CCLXVI genuit Enoch.	8. Jared autem vixit annos centum sexaginta duos: fiunt simul anni mille centum viginti duo: et genuit Enoch. mortuus est autem Jared annorum noningentorum LXII.
34. et vixit Enoe annis CLXV et genuit Mathusalam.	33. Enoe annorum CLXV genuit Mathusalam.	9. Enoch autem vixit annos centum sexaginta V: fiunt simul anni mille ducenti octuaginta VII: et genuit Mathusalam. placuit autem Enoch deo factus amorum tricentorum sexaginta quinque et translatus est.
35. et vixit Mathusalam annis CXXVII <sup>a</sup> et genuit Lamech. <sup>a)</sup> CLXVII G. CLXV C'	34. Mathusalam annorum CLXXXVII genuit Lamech.	10. Mathusalam autem vixit annos CLXVII: fiunt simul anni mille quadringenti LIII: et genuit Lamech. mortuus est autem Mathusalam annorum noningentorum LXVIII.
lium dedicatum est<sup>6)</sup>. occisus Romae.
- 20 *Alexander* imper. ann. xiii m. viii d. ix. cong. dedit X cc. hoc imp. fuit polyfagus  
natione Italus qui manducavit pauca: cistam, lactucas, vascellum sardinarium.  
sardas x, melopepones lxx, tallos de scopa palmea, mappas iii, panes castrenses iii,  
cistam, cardos cum suas sibi spinas, et || ebibit vini graecanicum plenum et venit *f. 67*  
ad templum Iasurae et ebibit labrum plenum et adhuc esuriens esse videbatur.  
25 et thermae Alexandrinae dedicatae sunt<sup>7)</sup>. Alexander occisus Mogontiaci.
- Maximinus* imp. ann. iii m. iii d. duos. cong. ded. X cl. hoc imp. magna pugna fuit  
cum Romanis et praetorianis. occisus Aquileia.
- Duo Gordiani* imper. dies xx. excesserunt Africae.
- Papenius et Balbinus* imper. dies xcix. cong. dederunt X ccl. occisi Romae.
- 30 *Gordianus* imper. ann. v m. v d. v. cong. ded. X cccc. hoc imp. mula hominem com-  
edit. agonem Minervae instituit. excessit finibus Partiae.
- Duo Philippi* imper. ann. v m. v dies xxix. cong. ded. X cccc. hi seculares veros in  
circo maximo ediderunt. occisus senior Verona, iunior Romae in castris praetoriis.
- Decius* imper. annum unum m. xi d. xviii. cong. ded. X ccl. hoc imp. thermae Com-  
35 modianae dedicatae sunt. occisus praetorio Abrypto.

V et c. 1, 2. (vide infra), item 20 Alexandro . . . 21 videbatur et 30 gordiano . . . comedit S

1, 2 diuiso uero imperatore serofa p. p. in effigiem elefanti S 2 infigiem F 3 instr. deb. hoc imp. V<sup>1</sup> S lxxv ceisus palatio cong. F 9 octisus F 11 termes F 15 edissa F 20 hoc] alexandro S pollyfagus S 22 melopepones vel melopepones S, melopopones F 23 fort. Graecanici cadum 24 Iasurae, id est deae Syriae (Jordan in Hermae col. 6 p. 314) S, Iasurae F 27 fortasse ser. fuit Romanis cum praetorianis 30 hoc] gordiano S 31 commodianae] expectamus Decianae

1) *Fasti Hydruntini ad. a. 218*: his cons. instrumenta debitorum fisco in foro Romano arserunt per dies XXX: eadem sub Marco, scil. omisso dierum numero. *Eusebius a. Abr. 2191* indeque *Synecellus p. 647*. 2) *Hinc Hieronymus a. Abr. 2299*: thermae Commodianae Romae factae. 3) *Hinc Hieronymus a. Abr. 2216*: Severo imperante thermae Severianae . . . Romae factae et Septizonium extractum: de thermis Antiochenis quae addit. aliunde accesserunt. 4) *Hinc potius quam ex Eutropio 8, 20 Hieronymus a. Abr. 2231*: Antoninus Romae thermas sui nominis aedificat. 5) *Confirmat rem Dio 78, 34*. 6) *Hinc Hieronymus a. Abr. 2236*: Eliogabulum templum Romae aedificatum. 7) *Hinc fortasse Eutropius 7, 13*: (Nero) aedificavit Romae thermas, quae ante Neronianae dictae nunc Alexandrinae appellantur, certo *Hieronymus a. Abr. 2243*: Thermae Alexandrinae Romae aedificatae.

*Gallus et Volusianus* imper. ann. II m. III d. IX. cong. dederunt X ccl. his imp. magna mortalitas fuit. occisi in foro Flamini.

*Aemilianus* imper. dies LXXXVIII. occisus ponte Sanguinario.

*Gallienus cum Valeriano* imper. ann. XIII m. III dies XXVIII. Valerianus occisus in Syria.

Gallienus cong. dedit X ccl. et binionem aureum. occisus Mediolano. 5

*Claudius* imper. ann. unum m. III d. XIII. cong. dedit X ccl. excessit Sirmi.

*Quintillus* imp. dies LXXVII. cong. promisit sed non dedit. occisus Aquileia.

f. 67 *Aurelianus* imp. ann. V m. III d. XX. congiarium dedit X D. hic muro urbem cinxit. templum Solis et castra in campo Agrippae dedicavit. genium populi Romani aureum in rostra posuit. porticus termarum Antoninarum arserunt et fabricatum 19 est. panem oleum et sal populo iussit dari gratuite. agonem Solis instituit<sup>1)</sup>. occisus Caenophrurio.

*Tacitus* imper. m. VIII dies XII. occisus Ponto.

*Florianus* imper. d. LXXXVIII. occisus Tarso.

*Probus* imper. ann. VI m. II d. XII. hoc imp. senatores agitaverunt in circo maximo 15 missos XIII. occisus Sirmi.

*Curus* imp. m. X d. V. excessit Seleucia Babyloniae.

*Carinus et Numerianus* imper. ann. II menses XI d. II. cong. ded. X D. his imper. fames magna fuit<sup>2)</sup> et operae publicae arserunt senatum. forum Caesaris. basilicam Iuliam. et Graecostadium. occisus campo Margense. 20

*Diocletianus et Maximianus* imper. ann. XXI m. XI dies XII. cong. dederunt X ccl. his imper. multae operae publicae fabricatae sunt: senatum. forum Caesaris. basilica Iulia. scaena Pompei. porticos II. nympha III. templa II Iseum et Serapeum. arcum novum. thermas Diocletianas<sup>3)</sup>. sparserunt in circo aureos et argenteos. partectorum podium ruit et oppressit homines XIII: et mulier nomine Irene peperit pueros tres 25 et puellam. regem Persarum cum omnibus gentibus et tunicas eorum ex margaritis numero XXXII circa templa domini posuerunt. elephantes XIII. agitadores VI. equos ccl. in urbem adduxerunt. excessit Diocletianus Salonas. Maximianus in Gallia.

f. 70 *Constantius et Maximianus* imp. ann. XVI m. VIII d. XII. cong. ded. bis X ccl. Constantius excessit in Gallia. Maximianus in Dardania. 30

*Severus* imp. ann. III m. III d. XV. ipse se interfecit via Latina miliario III.

*Marcus* imp. ann. VI. hoc imp. templum Romae arsit et fabricatum est. thermas in palatio fecit et circum in caecumbas. fames magna fuit. Romani traxerunt militem Moesiacum et occisi sunt Romani a militibus homines VI. Romanis omnibus aurum indixit et dederunt. fossatum aperuit. sed non perfecit. 35 occisus ad pontem Mulvium in Tiberim.

*Maximianus* imper. ann. IX m. VIII d. VI. occisus Tarso.

*Licinius* imp. ann. XV m. III d. XVI. occisus Thessalonica.

V, item 1 gallo . . . 2 fuit 8

1. 2 his| gallo et volusiano S      7 aquilegia V      9 aggrippe V      10 porticus| I<sup>a</sup>, porticos I<sup>b</sup>  
11 sale V      12 occisus. ceno. fluxio V      17 babilonis V      19 caesaris patrimonium basilicam V  
24 termas V      25 XIII V      27 domini magis videtur a librario additum esse, quamquam potest accipi  
pro nominativo pluralis      32 fabr. et termas V      34 VI V      35 aperuit| terunt V      38 lucinus V

1) *Hinc Hieronymus a. Abr. 2291*: primus agon Solis ab Aureliano institutus.      2) *Fasti Hydruntini ad a. 281*: his cons. magna fames fuit.      3) *Hinc Hieronymus a. Abr. 2318*: thermae Romae Diocletianae factae: quae de Maximianis factis Carthagin. addit. alimunde adiecit.

## ADDITAMENTVM I.

### COMPVTATIO A. CCCCLII.

Computationem quam hic proponimus seruarunt codices historiarum Orosii ii qui sequuntur.

S Sangallensis n. 621 saec. IX (cf. Zangemeister in praef. ad Orosium p. XX):  
deficiente folio primo iam computatio haec incipit e. 26 verbis *quasi de uno*.  
Z Zwiefaltensis olim. iam Stuttgartiensis hist. fol. 410 saec. XII ex praecedenti  
etiamtum integro descriptus indice Zangemeistero. qui eum librum mea causa  
excussit: adhibui ubi archetypum deficit.

B Bernensis n. 128 saec. XXI (cf. Zangemeister l. c. p. XXI) item collatus mihi  
a Zangemeistero. ex hoc libro computationem edidit Pallmann *Geschichte der  
Völkerwanderung* vol. 2 (1864) p. 504. haud scio an item descriptus sit ex  
Sangallensi.

C Bernensis n. 169 saec. IX potius quam X: sequuntur solae capitulationes Oro-  
sianae. contulit mea causa idem Zangemeister. videtur descriptus esse et  
ipse ex Sangallensi.

Einsiedlensis n. 351.

In libro Sangallensi. qui inter hos antiquissimus est et fortasse reliquorum  
omnium archetypus. iam deperdito. ut dixi. folio primo computatio inscriptione caret:  
item subscriptio nulla est in pagina huius tractatus ultima in codice non perscripta.  
sequuntur capitula Orosii historiarum quibus praescribitur: *incipiant capitulationes ex  
corpore libri huius sancti Orosii*. ipsaeque historiae. in Zwiefaltensi inde descripto com-  
putationi praescribitur: *incipit cronica Orosii hystoriographi*. Bernensis n. 128 in-  
scriptionem formavit sic: *incipiant capitulationes in librum hystoriarum Orosii sanctis-  
simi viri de miseria hominum ab exordio mundi per peccatum Adae*. quam apparet ad  
computationem hanc non pertinere. in Bernensi n. 169 praescribitur: *in nomine domini  
incipit hystoriarum Pauli Orosii p(res)b(yte)ri*: subscriptio nulla est. sequitur inscriptio  
altera: *incipiant capitulationes ex corpore libri huius sancti Orosii*.

Originem computationis Hispanam probat *aera consulis*. cuius meminit e. 69 licet  
numero leviter corrupto. eam cum viri docti nescio quomodo habuerint pro epitoma  
libri generationis Hippolytiani. vere tantum abest. ut quicquam praeter vulgaria cum  
ea commune habeat. ut laterculi duo regum Persarum et Ptolemaeorum in chrono-  
graphiis nobis servatis nullos similes habeant. Persarum laterculus traiectis pluribus  
pessumdatus in archetypo ad hunc modum perscriptus fuit retentis scilicet numeris  
traditis:

(37) Cyrus	a. XXX
(38) [Cambyses] ( <i>errore</i> Artarxerxes)	a. VIII



(42) Magus	m. VIII
(44) Darius	a. XXXVI
(43) Xerxes	a. XX
(39) Artaxarxes longibrachius	a. XLI
(40) Artaxerxes alius	m. II
(41) Sogdianus	m. VII
(45) Artabanus	m. VII
(46) Darius nothus	a. XVIII
(47) Artaxerxes	a. XLII
(48) Ochus	a. XXII
(49) Arses	a. III
(50) Darius	a. VI

item Ptolemaeorum sic fere retentis item traditis numeris:

(53) Alexander	a. XII
(54) Ptolemaeus antiquus [Philadelphus <i>omissus</i> ]	a. XLII a. XXXVIII]
(55) Ptolemaeus Euergetes ( <i>errore</i> Epiphanes)	a. XXVI
(56) Ptolemaeus Philopator	a. XVIII
(57) Ptolemaeus Epiphanes	a. XX
(58) Ptolemaeus Philometor ( <i>solus</i> )	a. XI
(59) cum fratre ( <i>Euergete II</i> )	a. XXVII
(60) Ptolemaeus Fuscus ( <i>cum Euergete II</i> )	a. I
(61) Euergetes ( <i>II solus</i> )	a. XXVII
(62) Ptolemaeus Alexander ( <i>I</i> )	a. XVIII
(63) Ptolemaeus Soter ( <i>II</i> )	a. XVIII
(64) Alexander ( <i>II</i> )	a. XVIII
(65) Ptolemaeus Dionysius	a. XXVIII

Haec ii ad quos ea res pertinet cum examinabuunt, reperient non solum numeros traditos plerosque aut sinceros esse aut a sinceris non magnopere abhorrere, sed etiam indicia in his esse auctoritatis longe optima, ita adest Philometoris filius qui cum patruo Euergete II per breve tempus imperavit in reliquis laterculis omissus et in hoc solo quod sciam Fuscus vel potius Physeon appellatus, nec magis deest Alexander alter item omissus in laterculis reliquis, sed quem per undeviginti dies regnasse praeter hunc laterculum testantur Appianus (l. c. 1, 102) et Porphyrius (apud Eusebium vol. 1 p. 166 ed. Schoenianae).

1. Adam cum esset annorum ducentorum triginta, genuit Seth.
2. Seth cum esset annorum CCV, genuit Enos.
3. Enos cum esset annorum CXC, genuit Cainan.
4. Cainan cum esset annorum CLXX, genuit Malalehel.
5. Malalehel cum esset annorum CLXVI, genuit Iareth.
6. Iareth cum esset annorum CLXII, genuit [Enoch.
7. Enoch cum esset annorum CLXV, genuit] Matusalam.
8. Matusalam cum esset annorum CLXVIII, genuit Lamech.
9. Lamech cum esset annorum CLXXXVIII, genuit Noe.
10. Noe cum esset annorum quingentorum, [genuit Sem].
11. iussu dei fabricat arcam, et fabricata est arca per annos C, erat Noe  
annorum sescentorum, cum ascendit in arcam.
12. [Sem cum esset annorum C, genuit Arfaxat biennio post diluuium.]
13. Fiunt ergo ab Adam usque diluuium anni HCCXLII.
14. Arfaxat filius Sem cum esset annorum CXXXVI, genuit Cainan.
15. Cainan cum esset annorum CXXX, genuit Salam.
16. Salam cum esset annorum CXXX, genuit Heber.
17. Heber cum esset annorum CXXXIII, genuit Falech.
18. Falech cum esset annorum CXXX, genuit Ragau.
19. Ragau cum esset annorum CXXXII, genuit Seruch.
20. Seruch cum esset annorum CXXX, genuit Nachor.
21. Nachor cum esset annorum LXXVIII, genuit Thara.
22. Thara cum esset annorum LXX, genuit Abram.
23. Fiunt ergo a nativitate Arfaxat filii Sem usque ad nativitatem Abrahae anni  
25 mille LXX.
24. Abraham cum esset annorum C, genuit Isaac.
25. Fiunt ergo ab Adam usque ad nativitatem Isaac anni HCCCCX.
26. Secundum quod dicit apostolus. Abrahae dictae sunt promissiones et semini *Paul. ad Rom. 4, 13.*  
eius: non dicit et seminibus, sicut in plurimis, sed quasi de uno loquitur, et semini

I ducentorum triginta] uel cxxx<sup>a</sup> *superscr.* Z      2 sedh C      3 *supra* ex<sup>e</sup> scripsit uel xc Z  
 eman B      4 lxx] uel lxvi *superscr.* Z      malalehel Z, maleleel BC'      5 malaleel Z, maleleel BC'  
 5 elxui] elxui C<sup>a</sup>      iareth B      6 iareth B      elxii] elxu Z<sup>a</sup>      6. 7 enoch enoch (enoh Z) cum esset  
 annorum elxu (lxu Z) genuit] *habent* ZC<sup>b</sup>, *om.* BC<sup>a</sup>      7 mathusalam Z      8 mathusala Z      elxiii] B<sup>b</sup>Z<sup>b</sup>,  
 elx Z<sup>a</sup>, uel lxxxiii *supra* v. Z, *inc.* B<sup>a</sup>      lamet B<sup>b</sup>, *inc.* B<sup>a</sup>      9 lamet B      elxxxix] elxxx B, uel duorum  
*supra* v. Z      10 quingentorum] Z<sup>2</sup>, *inc.* Z<sup>1</sup>      genuit sem] Z, *om.* BC'      11 fabricauit B      arca  
 per] archam Z<sup>1</sup>      annos c] BC', c annos Z      13 *habet* Z, *om.* BC'      14 usque] Z<sup>a</sup>, usque ad Z<sup>b</sup>BC'  
 iicexlu B      15 arfaxath C, arfaxth [sic] Z      sem] si, B<sup>a</sup>      cainan] sale *supra* v. Z      16 salam]  
 salem Z<sup>2</sup>, *inc.* C<sup>1</sup>      17 salum c, e, a, cxxx genuit heber *om.* C<sup>1</sup>      18 cxxxiii] cxxxiii Z<sup>a</sup>      falet B,  
 falec C'      19 falet B, falec C'      20 ragau] uel reu *supra* v. Z      serue BC'      21 serue BC'  
 22 lxxiii] lxxiii C<sup>1</sup>(?)      23 tharea C<sup>1</sup>      21 arfaxath ZC'      25 lxx] uel cexx *supra* v. Z      26 ysaach Z  
 27 ergo *om.* BC<sup>1</sup>      ysaach Z      ccccx] uel cccxx *supra* v. Z<sup>2</sup>      29 et seminibus] de seminibus BC'  
 a quasi *incipit* S

tuo, inquit, quod est Christus. hoc autem dico testamentum confirmatum a deo in Christo, ea, quae post CCCXXX annos facta est lex, non resolvit aut evacuavit promissionem.

27. Fiunt ergo ab Adam usque in exitum Israhel de Aegypto anni IIIICCXL.

28. Iter in deserto anni XL.

29. Sub Iesu Nave anni XXX.

30. Sub iudicibus anni CCCCLXXX.

<sup>13, 16.</sup>

31. Secundum quod dicit apostolus Paulus in actibus apostolorum ad Iudaeos: viri Israhelitae et qui timetis deum, audite: deus plebis huius Israhel elegit patres nostros propter plebem et exaltavit in incolatu in terra Aegypti et in brachio excelso eduxit illos ex ea. et per quadraginta annorum tempus circumegit illos in deserto, et destituens septem gentes in terra Chanaan sorte distribuit terram illorum, et aequaliter annis CCCCLXXX dedit iudices usque ad Samuhel prophetam. et exinde postularunt regem Saul filium Cis, et hunc dedit illis virum de tribu Beniamin.

32. Fiunt ergo ab Adam usque ad Saul regem anni IIICCCXC.

33. Item regnum Hebreorum a Saule rege usque ad Sedechiam, quem transmigravit Nabuchodonosor rex Babilonis, anni DVIII.

34. et in captivitate secundum voces Hieremiae prophetae anni LXX.

35. Fiunt ab Adam usque dum redirent sub Hesda Israhelitae anni III DCCCLXVIII.

36. Item regnum Persarum.

37. primus Cyrus annis XXX.

38. Artaxerxes annis VIII.

39. Artaxerxes longibracius annis XLI.

40. Artaxerxes alius menses II.

41. Soedianus menses VII.

42. Magnus menses VIII.

43. Sersex annis XX.

44. Darius annis XXXVI.

45. Artabanus menses VII.

46. Darius Notus ann. XVIII.

47. Artaxerxes annis XLII.

48. Plus annis XXII.

49. Arsen annis III.

50. Darius annis VI. hic est, quem Alexander Macedo vicit.

51. Fiunt ergo regum Persarum anni CCXXXII.

52. Item regnum Macedonum.

53. Alexander Magnus Macedo annis XII.

54. Ptholomeus antiquus annis XLII.

55. Ptholomeus Epifanes annis XXVI.

56. Ptholomeus Filopator ann. XVIII.

57. Item Ptholomeus Epifanes annis XX.

2 aut] S<sup>b</sup>, ut S<sup>a</sup>C, et B      4 israhel C      5 annis C      6 annis C<sup>b</sup>      9 post huius  
supra e. i. = id est S      10 in brachio] brachio C      11 circumegit BC      14 chis BC      de  
tribu] SC<sup>a</sup>, dedit B, de CP      15 III] tria milia C<sup>a</sup>      16 a] de BC      sedechiam B      17 rex] rex B  
duiiii] S, duiii BC      19 sub hesdra isrl S<sup>a</sup>B<sup>b</sup>, israhelitae sub esdra C, sub hesdra (om. isrl) B<sup>a</sup>, sub  
hesdra filii isrl S<sup>b</sup>      23 artaxerxes B, artaxerxes C      24 artaxerxes B, artaxerxes C      25 artaxerxes B, artaxerxes C  
28 sersex] S<sup>a</sup>BC, xerses S<sup>2</sup>      32 artaxerxes] arearsarxer SBC<sup>2</sup>, artaxarxer C<sup>1</sup>  
36 fiunt] fuit C<sup>2</sup>      regum] regnum S<sup>a</sup>B<sup>b</sup>, regni S<sup>a</sup>C<sup>a</sup>      anni] annis C<sup>a</sup>      39 ptholomeus et sic deinceps C

58. Ptholomeus Filometoris filius ann. XI.  
 59. Ptholomeus frater annis XXVII.  
 60. Ptholomeus Fuscus anno uno.  
 61. Euergeta annis XXVII.  
 5 62. Ptholomeus Alexas ann. XVIII.  
 63. Ptholomeus Soter ann. XVIII.  
 64. Alexander frater Ptholomei dies XVIII.  
 65. Ptholomeus Dionisius ann. XXVIII.  
 66. Fiunt anni CCXLIII. ab Adam vero anni VCCCCXLIII.  
 10 67. Item Iulius Cesar annis XII.  
 68. Item regnum Romanorum.  
 69. Augustus formator imperii Romani cum haberet imperii sui annum XI. natus  
 est salvator secundum carnem et passus est anno XXXI duobus Geminis consulibus. *p. Chr. 29*  
 qui notat aera consulis sexagesima septima.  
 15 70. Fiunt ergo ab Adam usque in passionem domini anni VDXV. *p. Chr. 362*  
 71. et de passione domini usque ad consulatum Mamertini et Nevittulae anni  
 CCCXXI.  
 72. et a consulatu Mamertini et Nevittulae usque in consulatum Hereulan  
 anni XCI. *p. Chr. 452*  
 20 73. Fiunt ergo ab Adam usque in hunc consulem anni VDCCLXVIII in  
 VIII kal. Apriles.

---

5 alexar C    xiiii] xiiii C<sup>1</sup>    6 xiiii B    8 xxiiii] xxxiiii B    11 notat] motha C  
 aera consulis sexagesima septima] scripsi, hera consulis lxxii libri    20 hunc consulem] consulatum  
 hunc C

## ADDITAMENTVM II.

# LIBER GENEALOGVS.

Liber genealogus (nam sic appellatur in codicibus Sangallensi et Florentino similiterque in Lucensi *genealogiae*, in Taurinensi dictus *de generationibus* vel *origo generis humani*), scilicet genealogiae excerptae ex libris sacrae scripturae finientes in parentibus Christi Iosepho et Maria, quamquam ipsae ad utilitatem raro adspirant, tamen in recensendo libro generationis Hippolytiano necessario adhibendae sunt: nam et per se multa communia habent opuscula ex sacra scriptura pariter in utrumque derivata et mature in libris inveniuntur contaminata et confusa, quam ob rem cum supra composuerim Latina ea quae ad librum generationis Hippolytianum pertinent, subieci in auctario genealogias.

Genealogiae scriptae videntur esse ineunte saeculo p. Chr. quinto in Africa, scilicet ex quattuor quas adhibuimus formis cum Taurinensis certa anni nota careat, ex reliquis tribus, quae computationem ad praesentem se aiunt annum deducere, Sangallensis finit in consulibus anni 427, Florentinus in consulibus anni 438, Lucensis in ipso commentario c. 499 Geiserici regis annum ponit XVI = p. Chr. 455<sup>1)</sup>, alibi cum c. 428 tum in computatione quae libellum claudit c. 628 eius annum XXIV sive passionis CCCCXXXIV = p. Chr. 463, illo anno 455 propter controversiam de eius paschali die item scriptus est qui in Lucensi libro genealogias proxime praecedit liber paschalis et verisimile est huiusce libelli auctorem eum quem nos edimus ei adiunxisse computatione continuata, at genealogias non esse eiusdem editas aut a. 427 aut antea reliquorum librorum comparatio ostendit<sup>2)</sup>, persecutionum Christianorum, quas in fine auctor enumerat, extrema est Donatistarum emisso contra eos edicto severissimo ab Honorio a. 405 Febr. 12<sup>3)</sup>, et notatu dignum, quod ii in recensitionibus duabus antiquioribus a. 427 et 438 *Christiani* appellantur, in tertia a. 455/463 *Donatistae*, haec cum vix videantur postea adiecta esse, verisimile est libellum scriptum esse in Africa etiam tum Romana ut ante a. 427, ita post a. 405, — Auctorem cum reliqui libri nullum ponant, Sangallensis vulgari errore Hieronymum, Kruschius cogitavit de Q. Iulio Hilariano fortasse recte: nam cum eius praeterea extant tractatus duo, alter *de duratione mundi*, alter *de ratione paschae*, hunc et servavit idem codex Taurinensis qui habet genealogias et

1) Anus apud Vandalos numerari a capta Carthagine a. 439 Oct. 19 duplici ratione, modo ab illo cardine annis continuatis, modo et frequentius longe aera illa secundum usum Alexandrinum aptata ad singula regna, imper demonstravi (*Neues Archiv* 16, 58). Anus Geiserici XVI ex hoc computo coepit a. 454 Oct. 19 et vere pascha, ad quod pertinet tractatus libri Lucensis Apr. 17, incidit in a. 455. 2) Aerae vocabulo, quod in Africam cum Vandalis videtur venisse ex Hispania, utitur auctor libelli paschalis, non genealogiarum. 3) Partes eius edicti servavit liber Theodosianus 16, 5, 38. 16, 6, 3. 4. 5. egit de persecutione ea Tillemont *mém. eccl.* 13, 416 seq.

expilavit is qui scripsit librum paschalem codicis Lucensis. tempora denique recte conveniunt: nam tractatus illos qui edidit a. p. Chr. 397. potest post a. 405 libellum hunc publicavisse.

Genealogias suas auctor commentarii petivit fere ex sacris scripturis, non exceptis apocryphis, ut tabellas de Zorobabelo traxit ex libro Esdrae tertio, versionem adhibuit aliam atque Hieronymianam (cf. c. 422), praeter testamenta vetus et novum vix quicquam usurpavisse videtur: quamquam notabile est in elencho iudicum c. 521 recenseri Sameram in libris sacris hoc certe loco praeteritum, sed a posterioribus eodem loco insertum<sup>1)</sup>, sed haec nos relinquemus iis ad quos quaestio pertinet, ex formis, quas haec editio repraesentat, numero quattuor proxime ad pristinam accedere erediderim servatam in libro Sangallensi et similem ei, sed ampliorem longe, ex parte certe auctam interpolando (ut c. 75, 132 laudatur Solinus) libri Lucensis: quamquam quod c. 356, 358 exhibent post c. 342, demonstrat etiam in his sive archetypo perturbato sive culpa librarii antiquum ordinem perturbatum inveniri, sed in univsum propius eos libros accedere ad formam pristinam et Taurinensis scriptorem hanc in compendium redegissem demonstrabo adscripto uno capite 259 sumpto ex Genesi 36, 39:

*Genesis:*

Ἀπέθανε δὲ Βαλλενὼν  
 υἱὸς Ἀχοβόω, καὶ ἐβασίλευσεν  
 ἐντὶ αὐτοῦ Ἀράδ υἱὸς Βαράδ  
 καὶ ὄνομα τῆς πόλεως αὐτοῦ  
 Φογώω· ὄνομα δὲ τῆς γυναι-  
 κὸς αὐτοῦ Μετεβέλ, θυγατὴρ  
 Ματραδ υἱοῦ Μαζοώω.

*Sangallensis et Lucensis:*

Mortuus est autem Bal-  
 lenon et regnavit pro eo  
 Arad filius Barad et nomen  
 civitatis eius Fogor: nomen  
 est uxoris eius Metebel filia  
 Matrad fili Mezob.

*Taurinensis:*

Ipsa mortuo regnavit Arad  
 de civitate Fogor: nomen  
 uxoris eius Metabel filia  
 Matrad fili Mezub.

immunes item manserunt ab interpolationibus ex libro generationis in hunc translatis, quae non exiguo numero reperiuntur in Florentino ceteroquin ad Lucensem prope accedente et etiam latius grassatae sunt in omnium antiquissimo exemplari Taurinensi, in hoc notabilis est dittographia ei propria cum interpolatione coniuncta c. 134 = 136, alia non pauca de suo inseruit Florentinorum librorum archetypum qui scripsit et c. 171, 189 variam lectionem adiecit provocans ad libros authenticos.

De lingua et orthographia quod addam non habeo: vulgaris illa est eius saeculi, orthographia autem solita suae cuiusque aetatis librariorum.

Collectanea haec non recensui, sed repraesentavi libros scriptos: neque enim digna sunt, quae quatenus fieri potest ad auctoris formam revocentur, sed si quam utilitatem habent, eadem est in additiis et insitiis atque in primitivis, eapropter commata omnia exhibui continuo ordine, sed ut quid qui libri contineant singulis praescriberetur, nam neque ter quaterve repetere volui quae fortasse nimium est semel edidisse et videbatur eorum qui haec curant interesse, ut quae libri communia habeant, non exquirendo intellegerent, sed proposita cernerent, ordinem secutus sum libri Lucensis, nisi quod, ut supra dixi, c. 356, 358 in Lucensi male collocata post c. 342 transposui secutus ordinem Taurinensis, Sangallensis ut in aliis ita in ordinandis capitibus cum Lucensi consentit, etiam Taurinensis cum in capitibus iis, quae habet cum Lucensi communia, eundem fere ordinem sequatur, praeter minora quaedam in margine adnotata non transponenda fuerunt nisi quae habet ex c. 474—495 in Taurinensi collocata in ipso fine libelli post c. 610, Florentinus textus, quem non

<sup>1)</sup> Libellus ipse ostendit Sameram hunc sive quo alio nomine fuit descendere ex libri iudicum c. 3, 31: post Sampsonem cum item ponunt Iosephus ant. 5, 4, 3 et qui ex Africano pendunt ebronographi (cf. H. Gelzer *Africanus* 1 p. 90 seq.).

totum contuli, quatenus recedat a Lucensi, in eo enarrando infra p. 158 indicatum est. — In orthographicis quoque expressi libros scriptos scilicet ut in commatis a pluribus libris traditis antiquissimum quemque sequerer, id est ubi fieri potuit Taurinensem, in reliquis Lucensem, deinde Sangallensem, denique recentissimum omnium Florentinum, variam lectionem non mere orthographicam textui interposui, ab emendando paucis locis exceptis abstinui.

Codices genealogi innotuerunt hi, quorum quos adhibui Taurinensem Lucensem Sangallensem Florentinos excussi ipse.

*T* **1. Taurinensis** tabularii publici saec. VII (cf. Reifferscheid bibl. patrum 2, 140: scripturae specimen dedit Petrus Vayra *curiosità e ricerche di storia subalpina* vol. 3 a. 1879 ad p. 350), antea sancti Columbani de Bobio, ut solus servavit Laetantii divinarum institutionum epitomen et Q. Juli Hilariani tractatum de ratione paschae, ita f. 62—71 (in f. 67 quaternionis extremo nota cernitur VIII) tractatum hunc exhibet forma in alio libro nullo redeunte, praescribitur: *inc origo humani generis*, subscribitur: *expl de generationibus*: sequuntur haec:

inc annorum metas (*sic*)

ab Adam usque ad diluuium ann sunt  $\overline{\text{HCCXLII}}$

ab Arfaxat usque ad Falech ann sunt  $\overline{\text{DXXXIII}}$

a Falech usque ad promissionem dei ad Abraham anni  $\overline{\text{DCXXX}}$

a promissione dei ad Abraham usque ad legem datam filiis Israhel anni sunt  $\overline{\text{CCCCXXX}}$

a lege data usque ad David anni sunt  $\overline{\text{DXXX}}$

a David usque ad Christi domini nativitatem ann  $\overline{\text{M}} \times \overline{\text{CXIII}}$

a nativitate Iesu Christi usque ad passionem ann  $\overline{\text{XXX}}$

fieri simul ab Adam usque ad passionem domini Christi sunt  $\overline{\text{V}}$  mil.  $\overline{\text{DX}}$  ediderunt eum ex hoc libro primus Christoph. Matth. Pfaffius (Parisiis a. 1712), denuo Ferd. Florens Fleckius (in anecdotis sacris sive itineris litterarii vol. 3 Lipsiae 1837 p. 189—201). litteratura vetusta est: scilicet paginae versus numerantes vicenos quaternos verba non separant, separant commata puncto plerumque vel intervallo, raro signis: vel  $\overline{\text{Z}}$ . compendia praeter sollemnia *b*, *q*, *id* = id est, *ds*, *dns*, *ihu*, *xpm*, *scu*, *isrlh*, propria inveniuntur *gen* (raro *g*) = genuit, item, sed raro *interpriet* = interpretatur, et in numeralibus *p* (raro *p̄*) *s* (raro *sec*) = et secundus et sextus et septimus, *t* (raro *ter*) *q* = quartus et quintus, *u* = undecimus, ut terminatio non appareat, ductus supra vocalem admissus in versu extremo solo (in versu medio adest uno loco f. 67 propter emendationem) fortasse non semper *m* litteram repraesentat, sed *n* quoque: nos tamen semper per *m* eum reddidimus, contignantur litterae aliquoties in versibus extremis.

*L* **2. Lucensis** bibliothecae capitularis n. 490 scriptus vel potius absolutus a. p. Chr. 796 (ad finem chronicorum Hieronymi adscripta sunt haec: *a resurrectione domini nostri Iesu Christi usque ad presens annum Caroli regis in Langubardiam in mense Septembrio, quando sol egyptin patuit, in indict. X, anni sunt DCCLXII m. V*) praeter alia, quae enumerant Bethmann (*Archiv* 12, 704) et Duchesne (liber pontif. vol. 1 praef. p. CLXV), habet opuscula historici argumenti haec.

1. In primis quattuor quaternionibus, qui toti scripti minusculis, cum plerique huiusce voluminis librarii uncialibus litteris cursivas interponant, post reliqua exarati videntur esse, chronicorum Hieronymianorum legitur epitome, exemplar est ex eorum numero, quae ad a. Abr. 2388 pro Equitio Probum nominant, sed imperfectum: deficiunt spatii vacuis relictis quae sunt in textu Schoenii p. 197 *m* ab *Haitanarius* ad *q lucifer*, item p. 197 *e* ab *ante provincias* ad p. 198 *b Francorum*, item extrema a p. 198 *f Melanias*.

2. Isidori chronicon maius est in quat. V f. 1—4. de eo dicemus infra iusto loco.

3. Vitae pontificum insunt in codice bipertitae: prior pars finit in Constantino († 715), ubi subscriptum: *huc usque CXXVIII anni sunt, quod Langobardi venerunt et VII menses*, posterior in Hadriano († 795).

4. Libri duo de ratione paschae scripti Carthagine a. p. Chr. 455 adiecto laterculo paschali codicis implent ternionem paucissimum. ediderunt eos Mansi (vide infra p. 414—420 et codice recognito Kruschius noster *Studien zur Chronologie* (Lipsiae 1880) p. 279—297 (cf. p. 138 seq.).

5. Genealogiae quae hic eduntur scriptae sunt in quaternione ultimo foliis septem. edidit eas parum emendate ex hoc libro Joh. Dom. Mansi in additamentis ad Baluzii miscellanea repetita Lucae a. 1761 vol. I p. 405—413 (inde Migne patrol. Lat. vol. 69 p. 519 seq.). in principio tractatus pingitur pastor bonus, textui praescribitur: *incipiunt genealogiae* et quae sequuntur, sicut infra expressum est. post ea quae infra c. 628 dedimus in fine sequitur computatio continuatoris potius quam auctoris eaque, ut alia quoque in extrema pagina a c. inde 544 ex parte evanida facta. versuum codicis fines indicavi, ut de hiatibus aliquatenus iudicari posset: primi, qui est paginae huius quadragesimus tertius, prima verba non pertinent ad computum; duo 52 incipiens *menses sex* et 58 extremus incipiens *nongenti* non sunt perscripti toti, lineae indicunt hiatus maiores, quae dantur inclinatae litterae parum certae sunt.

Hic est numerus annorum, ex quo dominus Christus passus est. | usque ad annum praesentem, id est, sicut supra scribitur, anni sunt quadringenti triginta quattuor. | nam ut seculi annos per ordinem decurramus, legis auctor (*def. litt. c. 30*) *h* *h* *h* mundum *iiii* | *ndam usque adgnisset* statum sex milium annorum *numerat ii ricto te* (*def. litt. c. 12*)

ab Adam [us]que ad diluvium anni sunt | duo milia ducenti quadraginta duo. | a dil[uvio usque ad] vocacione Abrahe anni sunt

a vocati[one Abrahe usque q]uo fi[lii Israhel] | introissent in Egyptum cum Iacob patre suo anni sunt

cum Moyse

iudices eis fiebant ex filii[s] Israhel annis -

offenso deo i[u] dicaverunt eos alienigene annis -

reges eis fuerunt annis quingentis quin[que] | menses sex dies decem

in captivitate Babylonie fuerunt annis [septuaginta]

ebdomadarum Daniheli septem, in quibus est templum dei restauratum, anni sunt [XLVIII]

| aliarum ebdomadarum sexaginta duarum, in quibus sacerdotes templi eis dominabantur, usque ad Christi domini nativitatem anni sunt [quadringenti XXXIII].

et a nativitate domini usque ad eius pasi[onem] | anni sunt [XXXI].

et a passione domini usque ad annum vigesimum quartum regis Ge[is]erici anni [sunt] qu[adrin]genti XXXIII

fiunt omnes ab Adam per legis ordinem numerati usque ad annum pre[sentem] | anni qu[inque milia] | nongenti octoginta quattuor

subscribitur litteris maioribus: *expt lib genealogus in quo praefati anni concludi noscantur fiiii alboms*, quorum partem extremam neque legere recte potui neque interpretari. -

Inter c. 219 *gofera monte*, quibus verbis finit f. 2, et c. 287 *salna*, quo incipit f. 3, folium unum videtur excidisse, cum praesertim quaternio hic non habeat nisi folia septem. hiatus alter c. 308—338 in hunc librum venit ex archetypo.

**3. Sangallensis** n. 133 saec. IX, ut supra p. 80 dictum est, continet inter alia ibi *a* recensita librum genealogum p. 299—396. praescriptum est, ut infra rettulimus, post



alia a librario addita: *incipit genilocus sancti Hieronimi presbyteri*, subscriptum post ea quae infra e. 628 referuntur: *hic est numerus annorum ex quo dominus Christus passus est usque ad consolatam praesentem, id est supra scriptum anni sunt CCCXVIII* (immo CCCXCVIII), *fiunt ergo ab Adam per ordinem dinumerati usque ad consolatam supra memorati annis [sic] V milia DCCCLXXVIII* (immo VDCCCXXVIII), *explicit liber genealogus* (ex *geneagus* corr.).

4. **Cheltenhamense** n. 12266 saec. X item supra p. 80 vidimus habere in ipso principio p. 1—41 genealogum inscriptum ita: *chronica Eusebii Caesariensis episcopi, incipiunt generationes totius bibliothecae per ordinem scriptae*, primis verbis omissis incipit liber ipse e. 3: *habet genitores, finit e. 628 anni sunt XXIII*, sequitur subscriptio: *hic est numerus . . . anni V milia DCCC<sup>ti</sup> LX<sup>ta</sup> III<sup>or</sup>*, *explicit liber genealogus*, ea ipsa, quae est in Sangallensi, nisi quod pro numero CCCXVIII hic est CCCXCVIII et pro VDCCCXXVIII, ut modo dixi, VDCCCCLXIII, prima postremaque, quae a me rogatus descripsit amicus Gradenwitz, cum a Sangallensi nisi in minutis non discedant, hic liber praetermissus est.

f' 5. **6. Florentini** Laurentianae bibliothecae libri duo, antiquior S. Mariae novellae n. 623 saec. X (Bethmann apud Pertz *Archiv* 12, 728) et recentior eo paullo neque tamen ex eo descriptus (vide infra e. 5) saec. XI Laurentianus plut. 20 n. 54 (Banduri 1, 661; Bethmann apud Pertz *Archiv* 12, 719) foll. 45 simul adhibendi fuerunt utpote apographa duo eiusdem archetypi deperditi, continentur continebanturque his libris haec, quatenus adnotavi.

1. cod. 623 incipit ab Isidori etymologiis.
2. cod. 623 f. 100 tractatus brevis finiens *ut ins morbi ignes ardere sic cetera<sup>us</sup>*.
3. cod. 623 f. 100—107 = cod. 54 f. 1 (olim f. 143) incipit: *sancto ac beatissimo episcopo Primasio Iunillus, si scis ipse, finit, Iunilli instituta regularia libri secundi, ordo episcopi formatu scribant, explicit liber II deo gratias* (Migne Lat. vol. 68 p. 17).
4. cod. 623 f. 107 = cod. 54 f. 8 glossae, quibus praescribitur: *incipiunt glose per totum alphabetum, incipiunt: a nota praeonominis est*.
5. cod. 623 f. 116 = cod. 54 f. 15: *divisiones temporum quattuordecim sunt: a thomos momentum minutum et. in his legitur computatio haec: a nativitate vero Iesu Christi domini nostri, quod fuit XL* (suppl. in cod. 623) *secundo anno imperii Octaviani Caesaris, usque in praesentem annum, id est tertio regni Ratchisi in Italia, sexto pontificatus Zachariae pape urbis Romae, indictio XV, sunt anni DCCXLV, restant igitur de sexto miliaribus anni circiter LVII, finitis vero sex actatibus, id est sex miliaribus, seculi terminus est, si vero aliquid superstiterit* (sic cod. 54, *aliqui* *perstiterit* hiatu relicto cod. 623), *extra seculum fit, secundum decem modis temperatur et.*
6. cod. 623 f. 119 *de paschali supputatione*, incipit: *in paschali ratione septem requirende* (sic) *sunt annus incarnationis, finit et ideo bis dicitur quia ̄ Kal. mal. hab. febr.* laudantur Augustinus et Isidorus, in indice praemisso codici 623 inter alia recensetur Theophili libellus de inveniendi die paschali.
7. cod. 623 f. 120 *Bibliothecam ceteris testamenti Esdra scriba*, finit *non ex suae naturae permutatione sed ex nostra susceptione, explicit*.
8. cod. 623 f. 121' (deficiunt extrema folio exciso) = cod. 54 f. 23 brevis tractatus de litteris per quaestiones et responsa, incipit: *quid primum interrogandum est his qui scientiam divinarum scripturarum scire desiderant*.
9. sequitur genealogus cod. 623 f. 122—125 (deficiente principio incipit e. 57 editionis nostrae a verbis *est quae psallebat*, deficit e. 616 in verba *E quinque*

- sunt V) = cod. 54 f. 21—29. praescribitur: *incipiunt genealogiae: subscriptionem. explicit liber Iuvilli* apparet ortum esse ex errore librarii.
10. cod. 54 f. 30—31 *conographia* (sic) *Ysidori iunioris*.
11. cod. 54 f. 34 *incipit chronice liber exposito* (sic) *a sancto Hieronimo presbitero. incipit primo die in lucis nomine condidit deus anglos. fuit in Papiam civitatem* sequente computatione ad passionem. sunt chronica Bedae maiora abbreviata.
12. cod. 54 f. 36 (pars infima paginae et f. 37 totum vacant) index regum Langobardorum ad Karoli magni a. II editus ex hoc libro MG. ser. rer. Lang. p. 500 seq. sub littera A.
13. cod. 54 f. 38 index alter eorundem regum et deinceps imperatorum ad Othonem II a. 961 adscriptus postea manu diversa. editus ibidem p. 506 seq. sub littera B.
14. cod. 54 f. 38—45 stemmata sacra ad Christum usque adiectis interdum adnotationibus. quarum prima haec est: *Adam cum esset annorum CCXXX. genuit Seth: fuit omnes vite sue DCCCCXXX. alia haec: Gag et Magog. Canue Ageth Aenezel (aenezel m. 1) Defarfoti Reji Libasci Pharisoi Declimei Garmatheii Armatiini Cucomei Zamartei Agrimareli Assopharyi Cincefali Tasbei Alanci Priorsolonici Arnei Saltarei. ista autem generationes de genere Cham aiunt eortus fuisse. qui propter omnes habominationes suas. quas egerunt. quia nullam legem habuerunt. ab Alexandro Magno Macedonum rege in partibus aquilonis inclusi sunt; qui ante consummationem seculi egrediantur quattuor angulos terre et circumibunt universa castra sanctorum et civitatem magnam Romam circumlabunt.*
15. cod. 54 f. 45 computatio sub titulo *item* (exsecta quaedam) *orum mundi brevi collecto. ab Adam. finiunt: ab incarnationem (m deletum) domini nostri Iesu Christi usque in presentem primam gloriosi Wambani principis annum. qui est era DCCX ann. DCLXXII. ab exordio autem mundi usque ad adventum domini ann. VCXCV.*

Integros quos exacterem libri hi non sunt visi digni: contuli ad c. 1—57 deteriorem deficiente meliore. deinde meliorem a c. 57 fin. ad c. 202 (omissis mediis c. 95—112). quae sequuntur examinavi vidique respondere quae liber hic habet nostris c. 251—304. 309 seq. (interponitur. *igitur a nativitate Abraham usque egressum Israel ex Egypto anni DV colliguntur*). 360—373 deinde stemma adest a David ad Ioseph c. 471 quaeque deinceps sequuntur. contuli libros rursus ad c. 495. 496. et extrema inde a c. 514. scilicet meliorem ad c. 616. ubi diximus eum deficere. postea ad finem usque alterum. melior in margine quaedam habet in altero non inventa. ut ad c. 168 (cf. c. 170): *ex quo Cappudoces* — ad c. 169: *ex quo Sarmate* — ad c. 173 (cf. c. 176): *ex quo et Galate* — ad c. 176: *ex quo Eberni*.

7. Ovetensis episcopus Pelagius (a. 1101—1129) corpori chronicorum suo. de quo in praefatione ad Isidoriana disputabimus. hunc librum inseruit inscriptum teste Ambrosio Morales (apud Florez-Risco *Esp. sagr.* vol. 38 p. 367): *incipit genealogia totius bibliothecae ex omnibus libris veteris uerique testamenti*. archetypum periiit. extant apographa et in codice Matritensi bibl. nat. T 10 saec. XVII (Knust *Archiv* 8. 799) et in Esecorialensi b I 9 chart. saec. XV teste Ewaldo (neues *Archiv* 6. 232). scilicet tractatus inscriptus ita: *incipiunt genealogiae totius bibliothecae ex omnibus libris veteris uerique testamenti descriptum; adnotatur: hic liber genealogiae fuit desumptus ex libro vetustissimo ecclesiae Ovetensis in membranis litteris goticis scripto* et dicitur finire in Theodosio: videtur igitur similis fuisse nostri F.

*LF* 1<sup>a</sup>. Incipiunt genealogiae totius bibliothecae ex omnibus libris collectae (*om. F'*) veteris novique (novi et veteris *F'*) testamenti. in quibus prophetia cum nominibus et tempora omnium profetarum usque ad beatissimum (sanctum *F'*) Cyprianum designantur et ad nostram aetatem quid fuerit gestum, apertissime monstratur (demonstratur *F'*) ex storiis collectum 'legalium mandatorum' (*om. F'*).

*TFG* 2<sup>a</sup>. unde homo?

*LTFG* 3. si natus est, habet genitorem (-res *LF*).

*LTFG* 4. si factus est, habet materiam.

*LTFG* 5. si prolatus est, habet' (·' *om. T*) auctorem.

*LTFG* 6. dei omnipotentis (utique *ins. L*) sapientia limum terrae (a terra *LFG*) sumens (paterno imperio *ins. L*) hominem facere cogitavit.

*LF* 7<sup>a</sup>. et cum solitarius (ac singularis *ins. L*) ab ipso domino (factore et conditore suo *ins. L*) visus esset (fuisse *L*) os suum (ossum *F'*, os *L*) de costa (costis *F'*) eius sumens mulierem illi adiutorium (adiutorem *F'*) fecit.

*G* 1<sup>b</sup>. in nomine domini nostri Iesu Christi incipit liber generanum [*sic*] vel nominum patrum vel filiorum veteris testamenti vel novi a sancto Hieronimo pr(es)b(yster)o comprehensum cum partem expositiones quod textus ipsius continet. in nomine domini nostri Iesu Christi incipit genilocus sancti Hieronimi pr(es)b(yster)i.

*L* 2<sup>b</sup>. in principio homo primus unde in saeculo apparuisse cognoscitur, audiamus.

*G* 7<sup>b</sup>. et cum solitarius ab ipso domino visus esset. os suum de costa eius sumens mulierem illi adiutorium fecit.

*T* 7<sup>c</sup>. et cum factus esset homo in animam vivam et esset solitarius adparens in oculis dei, quem tamen in abdito duos in unam carnem fecisset [*scr. fecisse*] palam ostendit, os de ossibus eius sumens ex eadem unamque carnem mulierem illi faciens adparuerunt duo in unam carnem et cum illam [ill' *T*] vidisset, ita se agnoscens in illam et ex se prolata [*scr. -tam*], testatus lingua ait: hoc os de ossibus meis est et caro ista ex carne mea est, propter hoc mulier vocabitur.

- L* 5<sup>a</sup>. serpentis namque confecta venenis *TFG* 8<sup>b</sup>. et  
*LTFG* 9. per invidiam (-dia *TG*) diaboli (zaboli *T*)  
*T* 10. qui iam pridem ceciderat Lucifer de caelo. qui mane oriebatur.  
*LTFG* 11. mors introivit (intravit *F*) in orbem terrarum  
*LEF* 12. et regnare coepit ab Aeva muliere (*om.* *L*) usque ad Maria (-am *G*) virginem (unitam  
domini castitatem *ins.* *L*).  
*T* 13<sup>a</sup>. ita ut per mulierem abundaret po- *LEF* 13<sup>b</sup>. 'quoniam sicut' (sicut enim *L*) per  
culum mortis et per auctorem vitae mulierem nata est mors. ita (et  
vox salutis adpareret in tabernaculis *ins.* *L*) per mulierem nata est resur-  
iustorum et claresceret per virginem reectio mortuorum.  
resurrectio mortuorum.  
*LTFG* 14. Ipse est (*om.* *T*) enim Adam.  
*T* 15. quem dominus eduxerat a dilecto suo et ex limo terrae evocavit vultum quidem  
nativitatis a dilecto suo. id est ab speculum maiestatis et carnem e limo terrae.  
*LTFG* 16. qui (adam *F*. qui adam *G.* *om.* *T*) cognovit mulierem suam Evam (*om.* *T*).  
*L* 17. exclusus de paradiso in terra Naid.  
*T* 18<sup>a</sup>. et peperit (-riit *T*) hominem primo- *LEF* 18<sup>b</sup>. et concepit et peperit Cain  
genitum suum. quem nuncupavit no-  
mine Cain.  
*L* 19. ex semine criminationis luctus et  
vaporis.  
*T* 20<sup>a</sup>. quem ille superbus Lucifer stella *LFG* 20<sup>b</sup>. et adhuc (*om.* *GF*) adiecit parere et  
amaritudinis seduxit. ut germanum peperit Abel fratrem eius et factus  
suum pastorem ovium interimeret. est pastor ovium. Cain autem agricola.  
et factum (-tus *FG*<sup>a</sup>) est post dies: at tulit Cain.  
'cum esset iam etate legitimus' (*om.* *FG*). ex  
(de *G*) fructibus terrae hostiam deo. et Abel  
attulit ex primogenitu (-ta *F*) ovium suarum et  
ex adipe illarum. et respexit dominus (deus *G*)  
in Abel et in muneribus (munera *F*) eius. in  
Cain autem et in hostiam (hostias *G*. munera *F*)  
eius non respexit.  
*T* 21<sup>a</sup>. parricida terrae cultor. *L* 21<sup>b</sup>. ut unum martyrii gloriam destinasset.  
alii vero homicidarum principem  
conlocasset.  
*L* 22<sup>a</sup>. eo quod ille diabolus. qui patres *FG* 22<sup>b</sup>. ille enim (autem *F*) diabolus qui eos  
eorum de paradisso excluderat. ne- de (a *F*) paradiso excluderat (exclu-  
cesse haberet. serat *FG*<sup>b</sup>) necesse habebat.  
*LEF* 23. ut (et *ins.* *L*) filios eorum ad mortis periculum duceret (deduxisset *L*. deduceret *F*).  
tunc ingressus est in cor (corde *GF*) Cain et dixit Cain (*om.* *G*) ad (Abel *ins.* *G*)  
fratrem suum: transeamus in campum: et dum essent in campo. exsurrexit Cain  
super Habel fratrem suum et occidit eum.  
*T* 21<sup>a</sup>. Deinde genuit Adam loco Abel. de *LEF* 21<sup>b</sup>. Et (*om.* *G*) adiecit adhuc Adam (adam  
quo ait mater: comparavi hominem adhuc *F*) cognoscere mulierem suam  
per deum. et vocavit nomen eius et concepit et peperit ei (*om.* *F*) filium  
Seth. (in *ins.* *F*) loco Abel. qui dicitur Seth.  
*LTFG* 25. cuius nomen lingua Latina (lat. ling. *T*) resurrectio dicitur (interpretatur *T*). quia  
(quoniam *T*) ab ipso (in ipso *G*. per ipsum *T*) resuscitavit (suscitavit *T*) deus semen  
iustum (iustorum *T*). 'a cuius progenie' (per e. progeniem *G*. pro e. progeniem *F*. per  
quam progeniem *T*) pervenimus (pervenimus *FG*. pervenitur *T*) usque ad dominum  
(d. nostrum *F.* *om.* *T*) Iesum (*om.* *T*) Christum.

- T* 26<sup>a</sup>. ducem vitae auctorem. qui suscitavit in se et per [se] (*om. T*) semen iustorum. *L* 26<sup>b</sup>. per generationes singulas sibi invicem succedentium.
- T* 27<sup>a</sup>. Ipse enim Seth ut resurrectio genuit Enos, qui appellatus est Latina lingua renovatio. *LG* 27<sup>b</sup>. Ipse est (enim *ins. G*) Set qui genuit Aenas: Aenas (enos enos *G*) enim lingua Latina obliviscens dicitur. *F* 27<sup>c</sup>. Seth genuit Enos, cuius nomen lingua Latina obliviscens dicitur.
- LTFG* 28. 'Enos genuit' (de ipso natus est *LG*) Cainan (chainan *L*), cuius nomen appellatur natura (nativitas *L*) dei.
- LTFG* 29. (Nam ipse *add. LG*) Cainan (chainan *L*) genuit Malelehel (malelel *L*, malalehel *F*, malaleel *G*), 'cuius nomen dicitur' (e. n. dicit *L*, qui interpretaetur *T*) plantatio (mutatio *L*) dei.
- LTFG* 30. (Et *ins. LG*) Malelehel (malelel *L*, malaleel *G*) genuit Iaret (iared *TG*), cuius nomen 'descensio dicitur' (dicitur discessio *F*, interpretaetur descensio *T*).
- LTFG* 31. 'Iareth (iared *T*) genuit' (de ipso natus est *LG*) Enoch cuius nomen 'Latina lingua' (' *om. F*) renovatio (renovans *T*) interpretaetur (dicitur *T*).
- LF* 32<sup>a</sup>. quia deus per ipsum (ipso *G*) renovaturus est mundum in illis diebus, quando Antichristus multam (-ta *G*) faciet vastationem: tunc ipse et Helias (eleas *F*) simul profetabunt mille ducentis (-ti *L*, -tos *G*) sexaginta diebus, et interficiet eos Antichristus, ubi et dominus eorum crucifixus est. sed ne quis dicat, quia (quod *L*) in Hierosolymis (hierusalima *G*, hierosolimam *F*) erneifiguntur, ubi et Christus dominus (d. chr. *G*<sup>b</sup>, chr. *om. G*<sup>a</sup>) erneifixus est, 'hoc utique dicit, ubi et dominus eorum crucifixus est. id est' (' *om. F*) in regno Romano.
- T* 32<sup>b</sup>. Enoch quem cum iustum invenisset dominus, antequam eum transferret, genuit Mattusalam, qui una cum Helian oportevit prophetaere in novissimo tempore diebus mille CCLX, quos et interficiet Antichristus, ubi et dominus eorum crucifixus est, in regno utique Romano, non in Calvariae locum.
- LTFG* 33. 'Nam ipse' (*om. T*) Enoch genuit Matusalam (mattusalam *T*), 'antequam transferret eum deus in curru igneo et sublevaretur in caelo' (' *om. LTF*), 'qui (quia *G*) Matusala (-lam *G*, *om. F*) Latine (latina lingua *G*) interpretaetur' ('cuius nomen appellatur' *T*) missus.
- LTFG* 34. 'Matusalam (mattusalem *T*) genuit' (de ipso natus est *LG*) Lamech, 'cuius nomen per (*om. F*) interpretaetionem bonae mentis dicimus' (b. m. dicitur *F*, dicitur b. m. *G*, 'qui appellatur bonae mentis' *T*).
- T* 35<sup>a</sup>. Lamech genuit Noe, qui interpretaetur requies, quoniam de ipso profetavit pater eius dicens: hic nobis dabit requiem ab omnibus operibus nostris.
- LF* 35<sup>b</sup>. 'Lamech genuit Noe' (*om. LG*): iste (ipse *LG*) est Lamech (*om. LG*) qui profetavit de filio suo dicens: hic nobis dabit requiem ab omnibus operibus nostris: nam ipse (genuit *ins. F*) Noe, 'id est' (ides *L*, ideo *G*) requies appellatur.
- LF* 36. incipit (*om. F*) origo (generationes *G*) Cain.
- LG* 37. Transeamus ad originem Cain et tunc ad generationem Noe revertemur (-timur *G*)
- LF* 38. Postea (post *G*) quam enim (enim quam *F*) Cain (occidit Abel *ins. F*) a deo maledictus fuisset (est *F*), ut nec quisquam eum occideret, signum adeptus (-tum *F*) est malum,

quod (quem *F'G*) nunc si quis acceperit in fronte sua aut in manu dextera (*om. F'*), bibet (bibat *L*, bibet et *G*) ipse de vino irae dei (*om. F'*) mixto in poculo irae eius et punietur in conspectu electorum (sanctorum *G*) angelorum eius.

- LF'G* 39<sup>a</sup>. nam nomen eius lingua Latina in perpetuum (interpretatum *F'*) erescens dicitur (dicit *L*): ideo (idem *L*) enim hoc nomen acceperat, quoniam usque ad 'Christi adventum' (adu. domini *F'*) filii Cain (kainan *F'*) eiusque (eius *LG*) consortes occisuri essent (erant *F'*) Christianos vestigia Abel fratris eius sequentes.
- LF'G* 40<sup>a</sup>. Igitur iste (ipse *G*, *om. F'*) Cain genuit 'filium nomine' (*om. F'*) Enos (enoh *F'*<sup>a</sup>, enoch *F'*<sup>b</sup>*G*).
- L* 41. qui Cain dum ex serpente nascitur Colophum (*litt. ph dubiac*) generasse cognoscitur.
- LF'G*<sup>b</sup> (*om. G'*<sup>a</sup>) 42. tunc edificavit civitatem 'et posuit ei nomen' (ex nomine *F'*) filii sui Enos (nos *L*, enoch *F'G*).
- LF* 43. hoc (haec *L*) est civitas sanguinis, quae (qui *F'*) et nunc effundit (-det *F'*) sanguinem Christianum.
- L* 44. haec enim civitas in terra Naid fabricata cognoscitur et viva est. ipsa terra interpretatur, quae in fine usque Christianos persequitur, qui fidei vocabulo nominantur.
- LTF'G* 45. (Nam *ins. LG*) ipse (iste *F'*, *om. T*) Enos (enoch *F'G*) genuit Gedam (gadat *G*, irat *F'*): ipse (est qui *ins. T*) habuit murorum scientiam.
- LTF'G* 46. 'Gedam genuit' (irat genuit *F'*, de ipso natus est *LG*) Malelel (maiel *F'*, malaleel *G*, malelelech *T*), cuius nomen interpretatur auditio fortis.
- LTF'G* 47. 'et de Malelel (malaleel *G*) natus est' (maiel genuit *F'*, malelelech genuit *T'*) Matusalam (matusala *G*, matusalam *T*, matusahel *F'*).
- LTF'G* 48. qui (matusalam *T*, matusahel *F'*) genuit Lamech illum, qui habuit uxores duas (d. u. *T'*), una (unam *GF*) nomine Ada.
- L* 49. quae interpretatur testimoniata.
- LTF'G* 50. et alia (aliam *GF*) nomine (*om. G*) Sella (sellam *F'*).
- III. fasti Vindobonenses posteriores, quae epitome praecedenti in multis similis pervenit ad a. 387 adiunctis laciniis duabus 438—455, 495—539.
- IV. paschale Campanum a. 464—543 codicis Vaticani reginae n. 2077.
- V. additamenta Prosperi chronicis inserta et auctarium ad ea adiectum in codice Havniensi n. 454 maiore ex parte derivata ex chronicis Italicis epitome facta plerumque simplici, interdum duplicata vel adeo triplicata, perveniunt ad a. 625.
- VI. epitome inserta chronicis Alexandrinis Graece scriptis, quorum superest versio Latina adlegata plerumque sub nomine Barbari Scaligeri, fasti finiunt in a. 387.
- VII. excerpta servata apud Agnellum in libro pontificali ecclesiae Ravennatis edito saec. IX medio, perveniunt ad a. 573.

Septem harum epitomarum prima secunda tertia quinta his commentariis eduntur, quartae plenam editionem infra proponemus cum paschali Victorii Aquitani, cuius Campanum vere particula est, in sexta et septima ex editionibus iustis a viris doctis curatis nos ea selegimus, quae ad chronica Italica spectarent, de omnibus septem quae observanda habuimus, scorsum infra proponentur.

Tantum autem abest, ut septem illis epitomis chronicorum Italicorum reliquiae omnes contineantur, ut plerique huius aevi rerum scriptores plus minus inde traxisse videantur, quorum recensum subicere non supervacaneum erit.

- VIII. Prosperum, qui chronica edidit primum a. 443, infra demonstrabimus consulum lateranum ex hisce chronicis deprompsisse, adnotationes quoque historicas ita adhibuit, ut in parte Hieronymiana duae, quas solas habet non

Hieronymianas, scilicet passiones Perpetuae ad a. 203 et Timothei ad a. 306, in his chronicis redeant; unde efficitur eum exemplum adhibuisse, quod per haec saecula non multo plenius esset quam sunt fasti priores Vindobonenses, etiam in auctario post finem Hieronymi adiecto iisdem consularibus cum usum esse consentaneum est, sed quid inde traxerit, in hac parte minus certo distinguitur, redibimus ad hanc quaestionem, ubi de Prosperi auctoribus disputabitur.

- IX. Prosperi epitomen insertam codici Vaticano reginae n. 2077 qui confecit, pauca quae addidit ex chronicis his videtur deprompsisse. agemus de additamentis his ad Prosperum.
- X. Marcellinum comitem, qui chronica primum emisit Constantinopoli a. 518, chronica Italica adhibuisse ostendunt quae infra adnotavimus ad a. 393 (p. 298 not. 3) et 418 (p. 300 not. 3).
- XI. Cassiodorus in chronicis editis Ravennae a. 519 post Prosperum ab a. fere 455 chronica Italica potissimum compilavit.
- XII. Jordanes in Geticis editis inter a. 526 et 533 passim ex iisdem hausit scilicet per Cassiodori historiarum libros (v. praef. meae p. XXXIX).
- XIII. Marius Aventicensis, cuius chronica perveniunt ad a. 581, quae refert pertinentia ad res Italicas sane pauca et exilia, ita conveniunt cum aliis horum chronicorum reliquis (v. p. 320 not. 1 p. 331 not. 2) ut de origine dubitare non possis.
- XIV. Isidorum in chronicorum editorum primum a. 615 parte extrema Italicis consularibus usum esse in adnotatione infra p. 338 not. 4, 6 demonstravi.
- XV. Auctarium, quod codices quidam Isidoriani exhibent perveniens ad a. 624, verisimile est, cum ad Havniensem epitomam prope accedat (vide p. 339 not. 3, 4), particulam esse chronicorum Italicorum adsutam a librario aliquo Isidorianis, sed cum de origine non satis constet et propter librorum notitiam narratio haec ab Isidorianis parum commode separetur, cum his edetur.
- XVI. Paulus Diaconus cum in historia Romana emissa ante a. 771 tum in continuatione eius (v. quae exposui *Neues Archiv* 5, 77) historia Langobardorum, quam post multos annos scribere coepit neque absolvit, chronicis Italicis usus est, ut docuimus Droysens in praef. ad hist. Rom. p. LVII et ego *Neues Archiv* l. c., videnturque ea significari sub nomine *annalium librorum*, unde quaedam affert de Bergamo civitate Venetiarum hist. Rom. 15, 1 et hist. Lang. 2, 14. hinc potissimum videntur proficisci quae Paulus narrat de rebus Romanorum non relata apud auctores Latinos hodie superstites, ut inter alia locus de Galla Placidia (v. p. 258 not. 1), sed quanta cautela opus sit, antequam Paulum negemus pendere ex libris quos nos quoque habemus, demonstrabitur in praefatione ad Prosperum.
- XVII. Theophanes Constantinopolitanus annales edens Graece a. 812 ad res Italicas explicandas chronica haec passim adhibuit (videantur p. 298 not. 2, p. 300 n. 1, 2, p. 304 n. 1, 2, p. 305 n. 2, 3, p. 306 n. 1, 2, 3). idem cum simul usurparit quae Barbarus Scaligeri iis immiscuit proprie Alexandrina (v. p. 294 not. 1, p. 295 not. 1, p. 297 not. 1), videtur usus esse ipsis illis chronicis Graecis, quorum pars extat Latine versa (VI).
- XVIII. Adnotationes historicae numero paucae adscriptae ad laterculum Dionysii Exigui, qualem exhibent libri tres Berolinensis Phillippsianorum n. 1531 et Coloniensis n. 103 et Romanus Minervae B. IV. 18, editae infra cum laterculo Victorii Aquitani et ipsae redeunt ad chronica Italica (v. infra p. 298 not. 1, p. 300 not. 3).

Contra horum chronicorum copia neque Gregorio Turonensi<sup>1)</sup> videtur fuisse neque Bedae.

Ex consularibus Italicis quid traxerint auctores hi multi et varii, in coniectura positum est eaque ne ibi quidem certa, ubi in univrsam constat auctorem de quo agitur consularia illa adhibuisse: nam multiformia circumferebantur ampliata modo, modo breviate et ad hunc vel illum annum deducta, neque editoris est propagationes has omnes persequi et quatenus fieri potest determinare, et quamquam in adnotatione passim auctores modo recensitos adlegavi, ut componant testimonia et in auctoritatem inquirant reliqui iis, qui res gestas examinant, ipsos annales restituere qui temptant, vereor ne in plerisque operam perdant fluctuantes inter noticiarum certarum exilitatem et paucitatem et coniecturarum temeritatem et ἀποσιτία.<sup>2)</sup> — Hoc moneo reliquias consularium Italicorum qui alias cum aliis comparet, ei cavendum esse, ne differentiis in annorum quasi vocabulis nimium tribuat: haec enim per haec tempora multo magis librariorum sunt quam auctorum, scilicet annus utrum per postconsulatum enuntietur an per consules suos, item utrum consul Occidentis solus nominetur an addatur collega post intervallum saepe non exiguum de Oriente nuntiatus, non tam ab auctore pendere quam ex notitia et licentia librarii aequalis vel supparis aetatis declarant, quotquot huius aetatis documenta supersunt, maxime Prosperi chronicorum et Victoriani laterculi scripti codices, adiectionis secundi nominis vestigium passim ita remanet, ut quae singularibus consulibus ad spatium aliquo modo explendum addi solet in huius aevi laterculis formula in paribus raro usurpata *c. c. cons.*, ea locum retinuerit ante collegam. itaque eiusmodi diversitates ubi reperiuntur, eae non impediunt, quominus adnotationes ad eundem auctorem primum referantur.

1) In historia Francorum, quam e. a. 594 absolvit, l. 2 c. 9 colligens quae apud auctores de Francorum rebus antiquioribus repperit quod scribit: *et in consularibus legimus Theudomerem regem Francorum filium Richimeris quondam et Asculam matrem eius gladio interfectos*, id nullo iure ad consularia Italica refertur. res plane ignota (nam mera coniectura Fredegariana compilatio 3, 9 Gregorii locum ita exscribit, ut Theudomerem hunc patrem faciat Chlogionis, avum Merovechi), neque ullo iudicio probatur hanc notitiam ad Italiam pertinere.

2) Restitutionem qui suscipiet quamnam viam tenere debeat, exemplum esto narratio ad a. 388 de eade Maximii translata, quantum apparet, ex annalibus Constantinopolitanis (supra p. 244) enim in Hydatii commentarios tum in fastos Vindobonenses posteriores (priores deficiunt) et in chronica Prosperi (aucta in Havniensi) Marcellini Theophanis ita, ut excerpta haec alia servarent in annalibus Constantinopolitanis quos nos habemus praetermissa, alia corrumpere diverse sic fere:

hostis publicus Maximus tyrannus a Theodosio Aug.	<i>Const. et ceteri; Valentinianum Theodosio adiungunt Prosper et Marcell.</i>
spoliatus indumentis regis sistitur et capite damnatur	<i>Prosper Prosper et ceteri</i>
in miliario III ab Aquileia die V k. Aug.	<i>Const., Prosper, Hydat.; apud Aquileiam Marcell.</i>
sed et filius eius Victor occiditur post paucos dies	<i>Const., Hydat., XII kal. Aug. Theophanes, V k. Sept. fast. Vind. Const., Prosp., Hydat.</i>
in Galliis ab Arbogaste	<i>Const., eodem anno Prosp., eodem tempore vel ipso anno Hydat. Const., Prosp., Hydat.; apud Aquileiam Marcell. Prosp., Hydat.</i>
qui ex genere Francorum erat comite Theodosii Augusti.	<i>Havu. Const., Prosp., Hydat.</i>

Quae subiungit Marcellinus: *Andragathius comes morte Maximii cognita praecipitem sese e navi in undas dedit ac suffocatus est*, sumpsit ex Orosio 7, 35, 5, item ex Socrate hist. eocl. 5, 14 quae subiungit Theophanes: *θεοδόσιος ἐπέλε Ἀνδραγάθιον τὸν στρατηγὸν αὐτοῦ ὡς δολοφονήσαντα Γρατιανόν.* — Ita quae componuntur raro ad certos fines redigi possunt, et saepissime manet incertum, utrum hanc vel illam notitiam auctor posterior derivavit ex primario sibi viso integriore an eam aliunde adsciverit vel adeo tenere ex cogitarit. denique nemo negabit eiusmodi restituendi temptamina, utut de iis indicabitur, ab editoris officio procul habenda esse.



Chronica Italica per tria saecula continuata quamquam, ut hodie res se habent, pro uno opere tractantur et eduntur, ita comprehenduntur sine dubio sub eodem nomine non solum narrationes plurimum auctorum per vices sese excipientium, sed etiam recensiones et maxime breviationes et amplificationes variae et diversae. insigne eius diversitatis documentum est narratio de ponte Apollinari Ravennae urbis cremato *nocte in pascha* secundum fastos Vindobonenses priores (p. 312 c. 637) *a. d. XV k. Mai.*, secundum Agnellum (infra p. 313) *a. d. IV non. Apr.*: scilicet eum illud pascha sit a. 488, hoc pascha a. 489, in primaria recensione dies non adscriptus fuerit necesse est, deinde expletus adsumpto laterculo paschali, sed ita ut ad notitiam in altero utro exemplari loco motam dies adscriberetur supplemento duplici, chronica ipsa si superessent, distribuenda forent inter auctores diversos et deinde inquirendum, quo tempore et quo loco singuli scripsissent, et deprehenderentur fortasse diversitates non leves, forma modo amplior modo exilis, studia partium modo haec modo illa, iam miserimus status reliquiarum cum haec quaestiones fere praeciderit, pauca sunt quae de operis fundamento et incremento proferri possint neque tamen omittenda.

Fundamentum chronicorum consularia sunt quae supra edidimus Constantinopolitana: scilicet non solum in iis quae de imperio indiviso referuntur aliquoties (vide quae de rebus gestis a. 388 supra p. 253 adn. observavi et infra adnotationem 2 p. 298 ad a. 389), sed fastorum laterculum horum chronicorum mox ostendemus inniti fastis Constantinopolitanis, at generatio haec communis eo quodammodo tegitur, quod in chronicis his de rebus gestis ante obitum Theodosii magni narrantur perpauca et parum utilia, contra post divisum imperium Orientis et Occidentis etiam narrandarum rerum gestarum communiore immixta annales iam existunt alii Orientis potissimum, qui sunt Constantinopolitani supra editi, alii Occidentis, scilicet qui iam a nobis eduntur versantes toti in rebus occidentalibus et ad eas cognoscendas summae utilitatis.

Annales hi incipiunt ab ipsa urbe condita, regum indicem servaverunt epitomae duae Barbari et Vindobonensis prior consentientes in eo, quod omittitur Ancus, id quod praeter hos duos indices nullus admisit.<sup>1)</sup> cum adsint reges, consulum laterculus a regibus inde exactis abesse non potuit, sed cum epitome nulla integrum servavit, nam ex quattuor fastorum exemplis quae aetatem tulerunt tria, scilicet fasti Vindobonenses utrique et Barbari Scaligerani, incipiunt a Caesare dictatore, quartum Prosperi a passione Christi, fasti omnes quaterni superstructi sunt urbanis iis de quibus egimus p. 199 seq. in consularibus Constantinopolitanis: nam quamquam horum vitia aliquot non redeunt in Italicis (adsunt consulatus p. Chr. 1 et 73 et iusto loco ponuntur p. Chr. 12 et 31 nec geminatur consulatus a. 52), ita, ut mittam errores minores, geminationes male admissae sex numero, scilicet a. n. c. 732, 736, 740, p. Chr. 11, 29, 161 omnibus communes sunt,<sup>2)</sup> nisi quod in Prosperianis eum deficient priora, duae postremae solae inveniuntur, sed praeter hos, quorum culpam sustinet laterculus adhibitus a chronicorum Italicorum auctore primo, errorum ab illo laterculo alienorum et his omnibus quatenus extant communium numerus deprehenditur ingens et tertio regi omissio recte respondens, omnes enumerare nihil attinet, sed ponam graviores, maxime quoniam eiusmodi consensus

1) Syncellum Gelzer (Afric. 2, 226) ait praeter indicem solitum septem regum, quem sequitur, huic quoque novisse, propterea quod ait p. 398 quosdam historicorum Tullum recensere non secundo loco post Romulum, sed quinto, sic ordinantes: Romulus — Numa — Ancus — Tarquinius Priscus — Servius Tullius — Tullus Hostilius, alios autem quartum locum a Romulo Tullo adsignare, scilicet ordine hoc: Romulus — Numa — Ancus — Tarquinius Priscus — Tullus Hostilius — Servius Tullius, sed neuter ordo is est de quo agitur.

2) Fasti paschalis Cizensis scripti a. 447 communem cum Constantinopolitanis et Italicis habent eum errorem, nimirum consulatum duorum Augustorum a. 161 male geminatum, contra a. 29 recte exhibent et in universum quatenus noti sunt longius recedunt ab utrisque eum virtutibus suis tum erroribus propriis.

in falsis summam vim habet ad originem communem demonstrandam. omnino errores multi tolluntur ternis quaternisque fastis inter se collatis, qua de re hoc unum adnoto, ne quis Prosperī fastos propter nescio quam librorum fidem vel certi auctoris nomen suspicioni minus obnoxios esse credat, eos reliquis nequaquam praestare, maxime a Vindobonensibus prioribus saepe numero superari. errores Prospero proprii inter alios sunt omissi consules a. 31, 32, 40, 43, 56, 63, 276 et alter a. 222, additi inter a. 226 et 227 ficticii *Aniano et Marino* (quamquam his fortasse respondent eodem fere loco interpositi in Vindobonensibus posterioribus item ficticii *Faustino et Marino*), adiectus ad a. 311 ad consulem solitarium fastorum meliorum Maximianum VIII consul alter ficticius *Licinius* (pro quo laterculi duo Vindobonenses inserunt item confictum *Constantinum*), pro consulibus a. 230 *Agricola et Clemente* interpolati anni 221 *Gratus et Seleucus*, factus consul a. 140 *Praescus II* pro *Vero II*, a. 216 *Venustus* pro *Anulino*, a. 261 *Gentianus* pro *Volusiano*. raro a reliquis Prospero ita differt, ut non peccet: ita consul a. 238 *Proculus Pontianus* Prospero est *Proculus*, Vindobonensibus *Pontianus*, vitia illa plurima et gravissima obstant coniecturae per se facili laterculos reliquos ex Prosperiano interpolatos esse:<sup>1)</sup> certe hoc si evenisset, ex supra recensitis quaedam in illis comparerent. missis igitur his vel erroribus vel interpolationibus, quorum culpam penes Prosperum esse dubium non est, ii qui sequuntur eum a consularibus Orientis alieni tum omnibus exemplaribus chroniceorum Italicorum communes ad eorum auctorem primum iure referentur.

consulatus corrupti: a. 66 *Celsino* (vel *Longino*) et *Apuleio* pro *Telesino et Paullino* — a. 109 *Africano et Crispino* pro *Palma et Tullo* — cet.

consulatus transpositi: 73 post 81 — 77 post 78 — 96 post 97.

consulatus omissi: 59, 80, 82, 87, ubi omissio consulatu Domitiani decimo sequentium numeri propterea imminuuntur.

consulatus inserti ficticii:

inter p. Chr. 389 Publicola et Nerva (vere a. u. c. 718).

inter p. Chr. 112 Saturnino II et Venusto.

inter p. Chr. 512 { *Silvano et Silio*,  
/ *Tiberio III et Antonino*.

inter p. Chr. 704 Vespasiano II et Tito II.

inter p. Chr. 968 Sabino et Antonino.

inter p. Chr. 1178 Claro et Alexandro.

inter p. Chr. 1156 Grato et Seleuco (vere p. Chr. 221).

inter p. Chr. 311/5 Constantio III et Constante (consulatus est a. 316 suo loco repetitus sub nomine *p. c. Anantii et Albini*: habent geminationem fasti Prosperiani, Vindobonenses posteriores, Barbari, non habent Vindobonenses priores).

Geminatio extrema ut facili errore explicatur, ita ex fastis quaternis in ternis solis reperitur, sed vitia commissa in fastis saeculi primi secundique et vere omnibus communia sunt et tam multa numero et condicione tam gravia, ut vix a fraudis suspicionem abstinereas, quamquam quo consilio in laterculum introducta sint reperire non potui, utut est, ubi quaerimus quo tempore et quo loco originem ceperint, id est quando et ubi recepta sint in consularia urbana non incorrupta, sed a fraude certe immunia ea, quae supra vidimus aetate Constantiniana ex veteri Roma in novam transiisse, hoc respon-

<sup>1)</sup> Haec coniecturam fallaci subscriptione fastorum Vindobonensium deteriorum ad a. 378: *his cons. Horosius et Prosper fecerunt cronicas* aliquatenus defensam emisi in editione chronographi a. 351 p. 656, sed mox abiici edens chronica Cassiodori p. 676 reiectique item Kaufmannus philol. 31 (1876) p. 108.

debimus binos ex fastis illis, Barbari et Vindobonenses posteriores, finire in a. 387 et non post eum annum, fortasse eo anno ipso consularia haec prodiisse videri.

Praeter fastos etiam adnotationes adfuisse vel inde colligitur, quod non defuerunt in archetypo sub Constantino Constantinopolim delato et reperiuntur quaedam parilis omnino originis in exemplaribus diversis, ita de inundatione ad a. p. Chr. 363 terni fasti ex quaternis iisdem fere verbis referunt et ad a. 383 quod in universum recte adnotant fasti Vindobonenses priores: *eo anno natus est Honorius Constantinopoli V id. Sept. et levatus est Arcadius* redit apud Barbarum corruptum et bipertitum sic ad a. 381: *eadem anno coronatus est in imperio Arcadius in Constantinopolim V idus Septembris* et ad a. 385: *eo anno natus est Honorius in Constantinopolim V idus Sept.* — Ad locum quod attinet, prodierunt omnino in Italia, probabiliter Romae: nam in hisce adnotationibus res quae referuntur neque communes sunt imperii Romani, Italiam potissimum respiciunt, ex Pannonia quod affertur ad a. 375, ab Italico auctore non abhorret nec magis quod adnotavit de Lucae et Andreae reliquiis Constantinopolim adlatis a. 336 Iun. 22, pro quo cum secundum chronica Hieronymi a. Abr. 2373 et Constantinopolitana (ad h. a.) ponendus fuerit a. 357 Mart. 3, ipse error prodit auctorem exterum.

Cyclorum paschalium cum nulla mentio fiat neque in fastis Vindobonensibus melioribus neque apud Alexandrinum, auctor communis ab iis abstinerit necesse est, qui reperiuntur in fastis Vindobonensibus deterioribus (nam de Prosperianis vel potius apud Prosperum interpolatis plane diversis ad eum exponetur):

{29}—[112] *ad a. 117*: fiunt a passione domini usque ad consulatum Nigri et Aproniani anni LXXXIII.

[113]—[196] *ad a. 197*: his consulibus revolutus est cyclus paschalis.

[197]—280: his cons. revolutus est cyclus paschalis III.

281—[364]: *ad a. 370*: his cons. revolutus est cyclus paschalis IIII.

[365]—448: his cons. revolutus est cyclus paschalis V.

449—532: his cons. revolutus est cyclus paschalis VI, qui fiunt anni DIII.

similes sunt cyclis paschalis Cizensis editi a. 447, neque tamen iidem, nam in eo exordia cycli fortasse quarti, certe sexti veris annis adscribuntur, tertii errore diverso anno 192, neque erididerim Vindobonensis libri cyclos insertos esse ex paschali eo (Rossi inser. chr. II p. XCIII; Krusch *Studien* p. 127), sed ad easdem fere leges ordinatos, scilicet sequioris aetatis chronographi cum numerum annorum ab anno passionis sive duorum Geminorum ad praesentem in universum recte vel fere recte tenerent, applicantes cum ad laterculos male corruptos consulatibus aliis omissis, aliis interpolatis curam egerunt, ut errores utrimque sese compensarent, adscriptiones supra relatas a veris fastis ita recedentes, ut adnotavi, probabile est exactas esse ad fastos iam male corruptos, exempli causa a consulatu duorum Geminorum ad Nigri et Aproniani in archetypo eo, ad quod cycli adnotati sunt, recte dinumeratos esse consulatus LXXXIV, in ipsis fastis Vindobonensibus deterioribus dinumeratio ea institui non potest, cum deficiant in exemplari a. 16—75: substituto pro iis exemplari altero numerantur consulatus LXXXII.

Chronica emissa anno ut videtur 387 deinceps videmus continuata esse, non publico iussu, certe eiusmodi originis neque testimonia ulla adsunt neque in ipsis reliquiis indicium, sed ni fallor bibliopolae curaverunt, ut exemplaria quae venalia haberent ad annum pertingerent, quo venum irent, continuationes quoque omnes in Italia scriptae sunt, fasti sunt occidentales meri: a. 381 Syagrius praepositur Eucherio etiam in versione Alexandrina et per saeculum quintum sextumque consules occidentales aut soli nominantur aut priores (primus qui quidem supersit Dioscorus est a. 442): et cum hos appareat in archetypo recte et plene perscriptos fuisse, in orientalibus turbae multaeprehenduntur ex parte sine dubio redeuntes ad ipsos consularium auctores, res quae

referuntur omnes fere Italicæ sunt: accedit Pannonica ad a. 155. ubinam in Italia scripta sint, minus certum est, sedes imperii cum a. 401 Mediolano transferretur Ravennam, probabile est consularium publicationem a consulum renuntiatione publica pendente et ita cum sede imperii coniunctam item transiisse Ravennam: certe consularia posteriora, maxime ætatis Theodericianæ in rebus ad Ravennam gestis ita versantur, ut non solum propter sedem administrationis Italiae ibi collocatam, sed etiam propter domicilium scriptoris primum locum eae sibi videantur vindicare. hoc notabile, quod per a. 155—193, quorum habemus epitomen breviatam magis quam immutatam, *dominus noster* in ea praescribitur Augustis constanter, scilicet Maioriano a. 157, Severo a. 161, Anthemio a. 167, Nepoti a. 171, Anastasio a. 192, item *dominus* dicitur Theodericus a. 193, unde intellegitur consularia hæc prodüsse nullo intervallo facto, sed per annos singulos continuata: nam ita non appellatur nisi princeps dum superest et imperium administrat.

Per tempora belli gesti inter Gothos et Iustinianum consulatus illis proprii reperiuntur nulli, sed sequuntur fasti nuncupationem consularem Constantinopolitanam: probabile igitur hanc partem consularium post devictos Gothos instauratam esse ad iussum victoris, per hæc tempora consularia continuata esse cura Maximiani archiepiscopi Ravennatis significat Agnellus, ut observavit Waitz (in *Nachrichten der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften* 1865 p. 112) adsentiente inter alios Holdero Eggero (in præfatione ad Agnelli librum pontificalem ecclesiae Ravennatis p. 275), de Maximiano quæ comperta habemus, omnia veniunt ex laudato libro Agnelli scripto c. a. 850, eo teste (c. 70, 82 cf. 92) Maximianus (fortasse is ipse, quem sub Vitalis nomine celebrat Venantius Fortunatus carm. 1, 1) natus Polae c. a. 198 cum per tempora belli Gothici Constantinopolim profectus ibi favorem imperatoris sibi conciliasset, quinquies p. c. Basili prædie idus Oct., id est a. 546 Oct. 11 Patris a papa Vigilio consecratus est archiepiscopus urbis Ravennæ paullo ante a Belisario receptæ, quam sedem tenens obiit a. 556 vel 557 VIII kal. Martias, de eo Agnellus c. 78: "navigaverat", inquit, "iam hic beatissimus antea partibus Orientis (orientalis *cod.*), sicut ipse in suis voluminibus loquitur dicens: "in Alexandria vero nulla extrinsecus mali causa, sed quod genus hominum ferox seditiosum semper inquietum est, civile inter se motum est bellum, non virtutis merito neque ob defensionem, sed ob necem atque interitum civium commoti universi præfectum suum [*scilicet Theodosium Calliopii filium a. 515/6, cf. Malalas p. 100 Bonn. cct.*] intra ecclesiam occiderunt, ut (*cod.* quod) iam ante annos aliquantos (antea aliquanti *cod.*) similiter episcopum suum [*Proterium a. 457 d. Mart. 28*] accusantes hæreticum interfecerant, quo comperto imperator [*Anastasius*] in iram versus funditus civitatem iussit everti, denique misso alio præfecto nomine Laudicio intra ipsam civitatem XL viros per singulas regiones in ligno suspendit, sed tunc elaboravit Dioscorus [*c. a. 517, 518*] eiusdem [urbis] episcopus et manifeste posuit animam suam pro ovibus suis electique ex heremo monachi apud imperatorem properant atque excessu civium veniam exorant, tunc imperator cessit sacerdotibus et deinceps cavere a talibus mandavit, huic episcopo apud Alexandriam Timotheus successit [*a. 519—536*], quem ego navigans Orientem in sua civitate bene administrantem vidi, sed ante pauca (*imperante Iustino c. a. 523; cf. Malalas p. 118 Bonn., Euagrius 1, 8 al.*) Nazarba [= *Anazarbus*] civitas Ciliciæ terræ motu facto conceidit, in qua perisse ferunt amplius XXX milia hominum", hæc pontificis verba sunt, post beatum Hieronymum et Orosium vel alios historiographos iste in chronicis laboravit et istos secutus per diversos libros nobiliorum principum non solum ipsorum (inriorum *cod.*) imperatorum, sed et regum et præfectorum [*scilicet Italiae*] suam propriam chronicam exaravit, quæ de itinere c. a. 530 in Orientem suscepto Maximianus narrat, cum chronicis parum conveniant, magis videntur proficisci ex schediasmatis eiusdem alii, quorum Agnellus

e. 81 postquam dixit de codicibus ecclesiasticis ab eo emendatis et de missalibus, quorum 'grande volumen mire exaratum' ecclesiae suae reliquit, ita meminit: 'modicum de illius habemus dictis quae [*fortasse scr.* dictatis quia] Romam transmeata sunt et quantum ibidem cogniti sunt, Romulides qui [*fortasse scr.* ibi] viderunt XII libros sub uno volumine exaratos'. chronica autem Agnellus laudat etiam e. 12, postquam dixit de Galla Placidia: 'et si vultis eius requirere genealogiam (analogiam *cod.*), Maximiani archiepiscopi chronicam legite, ibi plura de ea et de multis imperatoribus et regibus invenietis'<sup>1)</sup>, et redit fortasse ad eundem narrationem, de qua supra (p. 256) dixi, relata non apud Prosperum, sed in epitomis tribus Barbari et Vindobonensibus duabus de reliquiis sanctorum Andreae et Lucae translatis Constantinopolim a. 336 Iun. 22, unica chronicorum horum quae ad res Orientis respiciat quaeque exterum prodit etiam eo quod errat: vere enim translatio illa evenit a. 357 Mart. 3 testibus Hieronymo a. Abr. 2373 et chronicis Constantinopolitanis ad eum annum (supra p. 238). Maximiano autem egregie convenit, quippe qui teste Agnello e. 76 Constantinopolim profectus sit ut corpus Andreae ab imperatore Iustiniano impetraret transferendum Ravennam et eo negato barbam certe abscissam inde domum rettulerit ibique Andreae basilicam dedicaverit, quam carminibus suis (l. l. 2) Venantius Fortunatus celebravit. sed ut secundum haec Maximianum in his chronicis aliquatenus operam posuisse dubitari non potest, ita cave plurimum saeculorum opus ei tamquam auctori tribuas, dictio episcopi qualis fuerit eum ex supra adlatis intellegatur, proba ea satis et elegans adeo pro aetatis ratione ab anonymi Valesiani narratione barbara et passim inepta tota recedit nec fieri potest, ut ab eodem homine ambae proficiscantur, quapropter verisimile est Maximianum chronica haec non tam scripsisse quam continuavisse post Gothorum regnum eversum et priora subinde retractavisse, hoc secundum locos Agnelli modo relatos elucet in brevibus rerum gestarum adnotationibus Maximiani chronica nequaquam se continuasse, sed imaginem aliquam cum imperatorum Romanorum tum regum Ostrogothorum et post praefectorum Constantinopoli missorum inde peti potuisse, confirmaturque id maxime margine libri Havniensis, eam autem formam chronicis his vix Maximianus demum indidit: sed quatenus tradita aut adsciverit aut ampliavit aut breviorit, nobis non datum est scire.

Etiam post Maximianum defunctum a. 556/7 chronica haec continuata esse ex ipso Agnello intellegitur, quippe qui res gestas in iis reppererit perscriptas ad a. 572, videnturque quae leguntur apud Havniensem et Paulum de rebus cum Constantinopolitanis et Orientalibus tum spectantibus ad Occidentis partes Byzantium imperio parentes ex hac continuatione potissimum proficisci, sed de Langobardis, qui a. 568 in Italiam intraverunt, quae narrantur utrum ad nos pervenerint ex iisdem chronicis excerpta an ex gestis eorum seorsum traditis, certis argumentis determinari non potest, adhibuit Paulus diaconus Secundi Tridentini gesta Langobardorum continuata usque ad scriptoris tempora defuncti a. 612, et extat quae mihi ex gestis iis excerpta videtur 'origo gentis Langobardorum' (v. *neues Archiv* 5, 72 seq.): sed is liber ut ad solas res Langobardorum pertinere potuit, ita etiam reliquam Italiam Orientis imperio subditam aliquatenus respicere et chronica Maximiani quodammodo continuare, certum de libris hisce deperditis iudicium ferre nos iis relinquemus, qui ad exemplum philologorum ex uno versu et duobus vocabulis Sophocleam tragoediam redintegrantium rerum gestarum scriptores amissos per somnia conspiciunt et deinde gravitate nugatoria publice onirocritici procedunt.

1) Intellegit quae servavit unus Paulus diaconus h. R. 12, 7: (*Theodosio*) sociata in coniugio Placidia fuit, ex qua Archadium et Honorium generavit, qua defuncta Gallum, Valentiniiani maioris et Iustiniae filium, Valentiniiani quoque iunioris sororem in matrimonium duxit, quae ei Placidiam peperit, cui postea de matris nomine Gallae cognomen accessit. ad hunc locum vere a Paulo adhibitum esse auctorem deperditum inde colligitur, quod alterum Placidiae nomen Gallae firmatum a Graecis auctoribus (chron. pasch. ad a. 385; Theophanes ad a. m. 5911, 5915, 5926) et elogio Ravennate (C. I. L. XI, 276) apud alium scriptorem Latinum nullum reperitur.

## I. ANONYMI VALESIANI PARS POSTERIOR.

Chronica Theodericiana quae nobis appellantur, hodie nota praesertim sub titulo Anonymi Valesiani, scilicet partis eius alterius c. 7. 36 ad 16, 96, in libro hodie Berolinensi saeculi noni, de quo supra p. 3 seq. exposuimus, inscripta sunt *item ex libris chronicorum inter cetera*, in altero, quo continentur, scilicet Vaticano Palatino Lat. n. 927 saec. XII ita intitulata: *de adventu Odoachar regis Cycorum et Evulorum in Italia et quomodo rex Theodericus cum fuerit persecutus*. quatenam ratio intercedat inter duos eos libros antequam exponamus, post Bethmannum (*Archiv für deutsche Geschichtsforschung* vol. 12 a. 1871 p. 345), qui primus ad Palatinum librum attendit, et Zangemeisterum, qui data opera egit de chronicis Theodericianis libri Palatini (mus. Rhen. vol. 30 a. 1875 p. 309—316), explicandum est quae eo contineantur: nam ut Berolinensis, ita Palatinus quoque corpus quoddam scriptorum historicorum repraesentat neque recte de singulis iudicari potest nisi utriusque syllogae condicione proposita.

Codex Berolinensi tribus saeculis recentior Palatinus Vaticanus 927 membr. fol. min. scriptus est incipiente saeculo XII in monasterio Montis Oliveti prope Veronam, scilicet praescriptum est f. 3 post epitaphium Petri Comestoris carmen hoc:

Codex in quo legis ist e,	lector venerari de,
sancte trinitatis ess e	scias siue fran de,
cuius situm est ovil e	puleherrimum val de
parum a Verona long e	digna magna lau de.
Mons Oliveti vocatu r	monticulus il le
quia ibi imperato r	eum equestris mil le
ab episcopo qui pasto r	erat huius ter re
ramos olive gratante r	digu[at]us est suscipe re

et subscriptum in fine f. 214 manu non multum posteriore: *anno ab incarnatione d. n. I. Nr. MCXVII indictione decima II iduum Ian. consecratum est hoc templum in honore sanctae Trinitatis et beate Mariae semper virginis et omnium sanctorum*, sequuntur scripti manibus posterioribus diversis annales Veronenses ab a. 1118 ad 1222 editi SS. vol. XIX p. 1 seq. Primus librarius quae scripsit haec sunt.

- f. 3'—6 *opus excerptum ex libro Orosii secundo*, incipit a principio libri eius.
- f. 6'—18 *historiarum Pompei Trogi epitoma*, scilicet l. I, II ad c. 5, 12. XIII ad c. 2, 10, adhibuit haec in edendo Iustino Ruehlius (praef. p. X).
- f. 18'—31' *de sex huius seculi etatibus*, epitoma est chronicorum maiorum Bedae continuata ad a. 843; incipit: *prima est ergo mundi huius etas*, continuatio suo loco edetur.
- f. 32—45 *excerptum ex chronica Eusebii* secundum regna plane conveniens iis quae sub eodem titulo leguntur in Berolinensi (supra p. 1 op. XII), nisi quod haec integra sunt: finit: *Lydorum regnum destructum quod stetit annis CC et XXX*.
- f. 46, 47 *regnum Romanorum*, incipit: *primus omni Asiae*, finit: *arripuit imperium olympiade centesima octuagesima quarta*, plane ut excerpta quae antecedunt modo recensita in Berolinensi (l. c.).
- f. 47—57 *epithoma ex libris Eutropi Victorini* (sic corruptum ex *ei*) *historici de consalibus*, similis excerptis Berolinensibus (p. 4 op. V), sed alia omittit in his relata, alia habet ibi omissa, collocata autem suo ordine omnia (cf. Droysen l. c.)

- f. 57 *epythoma ex libro Orosii presbyteri quos ipse . . . deploravit. incipit Galli Senones duce Brenno* (2. 19. 5), finit f. 59 *subuersis Thebis in Persas arma corripuit* (3. 16. 3 mut.).
- f. 59 *Pompeius Trogus. Iustini haec incipiunt item Alexander obtinuit Babylo-nem interfecto Dario, in quo regnum Persarum destructum est. reuersus igitur Babylona* (12. 13. 6), finiunt *potioni supermiserant* (12. 14. 9). se-  
quuntur compendiatia quaedam de successoribus Alexandri.
- f. 59—67 Orosiana rursus incipientia *anno ab urbe condita CCLXX Tarentini* (4. 3. 1), finiunt *Gallerium Caesares fecit* (7. 25. 5).
- f. 67 sequitur laterculus imperatorum Romanorum: interpositis hic illic Orosia-nis pleraque veniunt ex Bedae chronicis maioribus, finiunt ut finit Beda: *Theodosius ann. I Tyberio . . . reuertitur. Leo annos XXIII menses tres dies XIII. tres paginae sequuntur non scriptae.*
- f. 71—122 *opus excerptum (sic) ex historia ecclesiastica Cassiodori Senatoris. incipit Crispo et Constantino* (1. 4), finit in ipso operis fine *consulatu decimo septimo imperatoris Theodosii. percentuli [sic].*
- f. 122'. 123 excerpta ex Isidori historia Gothorum suo loco adhibita.
- f. 123'—125 *de forma regis Attilae et malis quae in Italia gessit ex libro Ior-danis hystoriographi inter cetera, scilicet Get. 34, 178 Attila Hunorum — 49, 258 mercede trucidarunt* (cf. Iordanis ed. meae praef. p. LV).
- f. 126—135' chronica Theodericiana (Anon. Vales. 36 — fin.) inscripta, ut supra dictum est, omissis aliis, aliis ex Iordanis Geticis adsumptis, sicut infra relatum est.
- f. 135'—211 *de origine gentis Langobardorum et gestis, scilicet Pauli historia Langobardorum non epitomata* (cf. ser. rer. Lang. p. 37).
- f. 211—213 continuatio eius ad a. 525 ex hoc solo libro nota, edita post Pau-lum I. c. p. 200—203.

Pleraque igitur cum in corpore utroque pariter inueniantur, alia uterque propria habet, ut Palatinus quaedam Iustini et Eutropii a Berolinensi aliena, item Orosiana in hoc non reperta, neque credibile est haec scripta fuisse in foliis Berolinensis libri hodie deperditis, praeterea quod imperatorum recens in Berolinensi libro pervenit ad a. 820, in Palatino ad a. 843, satis declarat Palatinum librum descriptum esse ex codice Berolinensi simillimo, sed diverso et paullo recentiore, nihilominus Palatinum mihi constitit derivatum esse ex Berolinensi, scilicet per interpositum exemplar hodie deperditum ex Berolinensi c. a. 843 descriptum, fortasse ab ipso eo librario, qui Berolinensem ex-aravit vel socio eius et collega: quo sumpto non mirum est in excerptendis auctoribus quaedam eum inmutasse, certe in chronicis Theodericianis libri Palatini non solum alia desiderantur, quae reperiuntur in Berolinensi, alia inserta sunt ex Iordane, a qui-bus item Berolinensis immunis mansit, sed praeterea ubicumque scriptura in Berolinensi mutata est a manu posteriore et mutata fere in peius, Palatinus eandem interpolatio-nem reddit, saepissime adeo auget, neque ullum locum inveni, cui Palatinus vere opem ferret: nam si qua habet meliora, ea levia sunt et facili coniectura adsequenda, retinui Palatini libri lectionem variam exceptis orthographicis, ne quid nimium mihi adrogarem: sed si quid video, totus abiciendus est et textus formandus ad Berolinensis libri manum pristinam, nam emendatorem quoque supra iam p. 6 monui nullo exemplo usum ad arbitrium et saepe temere verba mutavisse, verum vestigiave eius quaerenda esse in sola Berolinensi manu prima reiectis lectionibus tam emendatoris eius quam libri Pa-latini maxime intellegitur in excerptis Eugippianis c. 45—48 collatis ipsius Eugippii codicibus, sed hanc quoque narrationem pariter atque Constantinianam una traditam ante emendatorem ipse epitomator passim interpolavit, ut in ipsis Eugippianis gemi-

natio deprehenditur adscriptis p. 315, 13 ad *inquit* geminum verbis insititiciis *qui dicit eis*, eiusdem generis corruptelae sunt p. 324, 22 *placuit omnibus gentibus* pro eo quod requiritur *placavit omnes gentes*, 326, 4 *nuntiatus est* insertum iuxta verum *renuntiaret[ur]*, 326, 38 *id est altarium* additum ad *oratorium*.

Chronica haec perveniunt ad mortem usque Theoderici (a. 526), sed cum rex libris chronicorum haec supersint, quando auctor scripserit, inde non satis determinatur, sed et ad tranquillitatem regni Theodericiani ita respicit (c. 59) et de moribus regis, cuius ait *usque nunc* durare memoriam (c. 64), per tempora extrema tam severe indicat, ut scripsisse videatur post eversum Gothorum principatum inter turbas bellorum civilium novas sub imperatoribus Constantinopolitanis, his se deditum prodit cum eo quod Zenonem ait hoc tantum promississe Theoderico, ut, dum ipse imperator adveniret, in Italia praeregnaret (c. 49) tum quod reprehendit Theodericum regem sese facientem non expectato iussu Anastasii (c. 57), laudat e contrario pollicitationem de legibus retro principum inviolabiliter observandis (c. 67, 69) Gothosque habet pro alienigenis (c. 95), homo fuit Christianus parum cultus et superstitionis anilis et osor Arianorum acerrimus, scriptor summae infantiae, praeter usum participii pro verbo finito per totum libellum aequabilem (errant enim meo iudicio, qui statuunt eo abstineri in locis desumptis ex fastis Ravennatibus) et insecuta alia multa notabilis est particula *enim* passim adhibita pro copula mera (322, 2, 27, 324, 18, 23, 31), nihilominus utilia non pauca auctor nobis tradidit aut cum paucis aut solus et omnino per sexti saeculi caliginem etiam balbutientium verba magni facienda sunt, ubi per ea licet res tenere.

Scriptorem praeter Engippii vitam Severini editam a. 511, quam citat c. 15, adhibuisse chronica Italica cum plura, quae habet communia maxime cum fastis Vindobonensibus et cum Agnellianis, luculenter ostendunt tum consulatus duobus locis c. 53, 54 praescripti horum capitum originem ex consularibus prae se ferentes, sed pleraque eiusmodi origini parum sese accommodant et videtur qui haec scripsit et in rebus orientalibus auctorem diversum adhibuisse (vide maxime c. 74—78) et quae de Theoderico narrat ex parte certe ex communi memoria petivisse, utile visum est libelli non bene ordinati conspectum subicere adscriptis annis.

- Occidens a. 474 Nepos imp. factus c. 36.  
 .. a. 475 Augustulus imp. factus c. 36, 37.  
 .. a. 476 Odovacar rex factus c. 37, 38.  
 Oriens a. 474 Leo iunior imp. factus c. 39.  
 .. a. 474 Zeno imp. factus c. 39, 40.  
 .. a. 475 Basiliscus imp. factus c. 41.  
 .. a. 477 Zeno redit c. 42—44.  
 Occidens a. 476—488 Odovacar regnat c. 45—48.  
 .. a. 489 Theodericus intrat in Italiam c. 49—52.  
 .. a. 490 bellum inter Odovacrem et Theodericum c. 53.  
 .. a. 491 Odovacar fugit Ravennam c. 54.  
 .. a. 493 Odovacar victus et occisus c. 54—56.  
 Oriens a. 491 Zeno moritur. Anastasius imp. factus c. 56.  
 Occidens a. 493 Theodericus rex Italiae c. 57.  
 .. Theoderici parentes c. 58.  
 .. anni regni et mores c. 59, 60.  
 .. dicta sapienter c. 61, 62.  
 .. uxores et liberi c. 63.  
 .. a. 498 ab Anastasio agnitus c. 64 (cf. *novus Archiv* 11, 248).  
 .. a. 498 Symmachus et Laurentius papae facti c. 65.  
 .. a. 500 Theodericus Roman venit c. 66.



- Occidens a. 500 tricennalia celebrat c. 67 (cf. *novus Archiv* 14. 539).  
 .. a. 500 matrimonium Amalafriadae c. 68.  
 .. a. 500 Liberius praefectus praetorii dimissus c. 68.  
 .. a. 500 Odoin comes interfectus c. 68, 69.  
 .. a. 500 edictum propositum; redit Ravennam post sex menses c. 70.  
 .. matrimonium Amalabirgae.  
 .. fabricae factae a Theoderico, in his primo loco aquae ductus  
 Ravennas factus a. 502 (Cassiodorus chron.) c. 70—73.  
 Oriens e. a. 517 Anastasius de successore cogitat c. 74—75.  
 .. a. 518 Anastasius moritur c. 75.  
 Occidens Theodericus illitteratus c. 79.  
 .. a. 519 Eutharicus consul. Theodericus triumphat c. 80.  
 .. Iudaeorum et Christianorum contentiones c. 81, 82.  
 .. oratorium Veronense eversum c. 83.  
 .. prodigia. arma interdicta Romanis c. 84.  
 .. a. 524 Boethius accusatus et interfectus c. 85—87.  
 .. a. 525 Iohannes papa missus Constantinopolim c. 88—91.  
 .. a. 525 Symmachus interfectus c. 92.  
 .. a. 526 Iohannes papa moritur c. 93.  
 .. a. 526 Aug. 30 Theodericus obit c. 94—96.

Orthographiam cum dubium non sit epitomatoris esse, non auctoris, formavi in minoribus ad usum antiquum, maxime accusativum singularem secundae exeuntem plerumque in — o ad suam formam revocavi, ne lectores inutili mora tenerentur; quamquam scriptor talis qualis hic est, cuius sunt *terrae mota* 326, 44 et *capitem* 321, 13 et *deductus corpus* 328, 48 et *palatium quem* 324, 25 et *sacrum ingentem* 328, 18 aliaque eius generis plura, nequaquam credendus est abstinuisse a soloecismis iis quos aetatis ratio patitur, naevos codicis primarii certe plerosque, eos fere quos in apparatus non rettuli, subieci.

ae et e et oe.

ae pro e in fine vocabuli *uocae* (em.) 326, 33 — *urbae* (em.) 321, 5 —  
*usquae* 324, 27 — item *aedictum* 322, 16.

e pro ae: *demonem* 322, 20 — *hereticus* 326, 30 — *iudei* 326, 24 bis, 29,  
 30 — *que* 322, 41 — *quererat* 328, 5.

ae pro oe: *caeperant* 328, 37.

e et t.

e pro t: *palacium* 321, 29.

t pro e: *provincia* 311, 15, 322, 27.

d pro t: *ad* 322, 30 — *capud* 316, 40 (em.), 324, 17 — *inquit* 315, 1 — *reli-*  
*quid* 322, 25.

e et i: *reddedit* (em.) 324, 27.

h omitta: *amphitheatrum* 321, 29 — *claudum* 326, 10 — *corda* 328, 10 —  
*calaret* 328, 16 — *abuisset* 326, 8 — *peribent* 314, 6 — *scolasticus* 328, 39 —  
*termas* 324, 26, 29.

m et n: *quingquam* 322, 18.

n inserta: *occansione* 326, 45.

o et u: *adolatione* 315, 13 — *edocatus* 322, 27 — *octub.* 316, 22.

x et ce: *inverit* 310, 13; *inivucervis* 328, 20.

geminatio male omitta: *anonas* 322, 18, 321, 10 — *fosatum* (em.) 316, 18 —  
*fuisset* 316, 6 — *stela* (em.) 326, 43 — *successor* 324, 15, 326, 11.

geminatio male admissa: *tyrranno* 328, 39.

## II. III. FASTI VINDOBONENSES PRIORES ET POSTERIORES.

Fasti qui mihi dicuntur Vindobonenses ad nos pervenerunt una cum chronographia a. 351 per codices duos, de quibus supra p. 31, 32 diximus. Vindobonensem n. 3416 pleniorē, sed nequaquam integrum, et qui non habet nisi excerpta Sangallensem n. 578: in illo adsunt horum fastorum exemplaria duo imperfectum utrumque, recensio quam nos priorem diximus legitur ibi f. 47—53 ordine continuo a principio ad a. 493, sequuntur tribus versibus vacuis relictis a. 455—493, deficiunt et anni 494—514 et anno 493 posteriores<sup>1)</sup>. in posteriore recensione perscripta ibidem f. 15—24 eum anni nunc ita se excipiant: ante Chr. 11 ad p. Chr. 1 — p. Chr. 77 ad 131 — p. Chr. 2 ad 45 — p. Chr. 173 ad 387 — p. Chr. 439 ad 455 — p. Chr. 495 ad 539, apparet archetypi foliis aliis traiectis aliis deperditis superesse annos a principio ad p. Chr. 45 et p. Chr. 77—387, item 438 ad 455 et 495 ad 539, ut hae duae partes aliquatenus expleant recensionem priorem, cuius modo vidimus superesse annos 455—493 deperditis praecedentibus et sequentibus, quod facile conicias particulas illas 438—455 et 495—539 casu adhaesisse ad recensionem posteriorem et vere esse prioris, admitti nequit; nam commissurae parum conveniunt, eum adnotationum ad a. 455 adscriptarum pars in utroque exemplo legatur itemque textus hiet inter a. 493 et 495, praeterea cyclorum paschaliū adnotationes,

1) Panvinius in appendice ad fastos consulares (Venetis 1558) repetens p. 53, 54 ex editione Cuspiniani (de consulibus Romanis commentarii. Basileae 1553) 'incerti auctoris chronicon', scilicet fastos hos Vindobonenses, post adnotationem ad a. 493: *regressus est rex . . . cum comitibus suis* haec subiungit repetita postea a Koucallio chron. I p. 131:

Asterio et Praesidio cons.	Felice et Secundino cons.
Viatore v. e. cons. solo (solo <i>om.</i> <i>Cusp. semper</i> ).	Paullo et Muschiano cons.
Paullo v. e. cons. solo.	Probo et Clementino cons.
D. N. (d. n. <i>om.</i> <i>Cusp.</i> ) Anastasio Aug. (II <i>ius.</i> <i>Cusp.</i> ) cons. solo.	Senatore v. e. cons. solo.
Paullino et Ioanne cons.	Florentio et Anthemio cons.
Ioanne v. e. cons. solo.	Petro v. e. cons. solo.
Patricio et Hypatio cons.	Anastasio, et Agapito cons.
Avieno et Pompeio cons.	Magno v. e. cons. solo.
Avieno iuniore et Probo cons.	(d. n. <i>praen.</i> <i>Cusp.</i> ) Eutharico Cillica et Iustino Aug. cons.
Cethego v. e. cons. solo.	Rustico et Vitalliano cons.
Theodoro et Sabiniāno cons.	Valerio et Iustiniano (VIII <i>ius.</i> <i>Cusp.</i> ) cons.
Messalla et Areobinda cons.	Symmacho et Boetio (III <i>ius.</i> <i>Cusp.</i> ) cons.
D. N. (d. n. <i>om.</i> <i>Cusp.</i> ) Anastasio Aug. (Aug. Anastasius <i>Cusp.</i> ) III et Venantio cons.	Maximo v. e. (II <i>pro</i> v. e. <i>Cusp.</i> ) cons. solo.
Venantio iuniore (Venantius II <i>Cusp.</i> ) et Celere cons.	Opilione et Iustino Aug. II (III <i>Cusp.</i> ) cons.
Importuno v. e. consule solo.	Probo et Philoxeno (III <i>ius.</i> <i>Cusp.</i> ) cons.
Boetio v. e. cons. solo.	Olybrio v. e. cons. solo. Hoc consule D. N. Theodericus rex mortuus est mense Septembri.

Sed haec ut absunt a codice Vindobonensi, ita mero errore pro antiquis circumferuntur, scilicet consules sunt ii, quos Cuspinianus suis annalibus praescripsit, a Panvino ex primo casu in sextum translati et hic illic, ut indicavi, ab ipso emendati coniectura, nimirum antiquarius Italus errore haec Cuspinianum credidit sumpsisse ex chronicis ad a. usque 493 passim a Cuspiniano laudatis, quamquam is post eum annum non solum non adlegat chronica illa, sed ad a. 519 discrete ait invenisse se in illo unico ac vetustissimo codice, scilicet Cassiodori, aliquos consules eosque se subiunxisse, ne perirent, negans ita non obscure alius laterculi per hos annos sibi copiam fuisse, et vere concordant fere cum laterculo Cassiodorano eique subiuncto perduto ad a. 559, adnotatio extrema *hoc consule d. n. Theodericus rex mortuus est mense Septembri* cum a Cuspiniano absit neque alibi sic reperiatur, confictam existimo a Panvino, ut certo aliquo termino chronicon concluderet, haec igitur praecul habenda sunt: repetivi tamen, quoniam excerpta inde passim pro antiquis adlegantur.

quae propriae sunt recensiois posterioris, pariter atque ad a. 117, 197, 280, 370 etiam ad a. 118 et 532 adsunt, et in universum annales a. 155—193 pleniores longe sunt et meliores quam a. 138—155 et 495—539. denique statim videbimus epitomatores Sangallensem usum Vindobonensis libri archetypo eoque integro recensioem nostram priorē adhibuisse etiam per eos annos, qui hodie in ea desiderantur. nihilominus vix casu effectum est, quod his exceptis recensio posterior finit in a. 387, in quem terminum item perveniunt fasti Alexandrini ad recensioem hanc posteriorem proximē accedentes. — Praeter codicem Vindobonensem horum fastorum reliquias aliquot servavit Sangallensis n. 878 a Rossio primum in lucem prolatus: scilicet sub praescriptione *excerptum ex chronica Horosii* (quae inde veniat, supra p. 32, 84 demonstravi) leguntur ibi adnotationes selectae ab a. 390 ad a. 573 eae, quas infra distinximus praeposito asterisco, supra p. 33 cum viderimus excerpta haec sumpta esse ex archetypo libri Vindobonensis etiamtum integro, quaestio nascitur, utram recensioem adhibuerit, neque enim dubitari potest utramque etiam in archetypo perscriptam fuisse. iam quatenus prior in apographum Vindobonense transiit, adsunt in hoc adnotationes omnes in excerpta Sangallensia relatae exceptis duabus (a. 155: *et Mauri Romam venerunt et pugnaverunt cum Wandalis*<sup>1)</sup> — a. 467: *fuit bonum nimia mortalitas*): contra in fastis Vindobonensibus posterioribus adsunt adnotata ad a. 443, 455, 523, absunt quae epitomator Sangallensis adscripta repperit ad a. 451, 501, 502, 527. adhibuit igitur recensioem meliorem, quam notulas illas duas statuendum erit amisisse culpa librarii Vindobonensis. nam non erit opinor qui eiciat epitomatores ex duabus recensioibus sua ita composuisse, ut duas eas traheret ex posteriore.

Recensioes duas ita redire ad commune archetypum, ut invicem sese emendent et expleant ubi adsunt ambae, id est per annos ante Chr. 11 ad p. Chr. 1, p. Chr. 77 ad 387, p. Chr. 155, evidenter apparet. posterior longe deterior consules tamen aliquoties pleniores et emendatiores habet quam altera. multo magis in adnotatis prior praestat, neque quicquam ex communi archetypo posterior servavit in priore omissum praeter notitiam de Eudoxia capta ad a. 155 adscriptam (p. 304 c. 571). nam praeterea quae sola exhibet, narrationes Christianas quasdam (ut de Xysti papae martyrio ad a. 250) et imperatorias vulgares et adnotationem de Orosio et Prospero ad a. 378 plane perturbatam et de quibus supra p. 256 monuimus indicationes cyclorum sex paschaliū, eas dubium non est non proficisci ex archetypo communi, sed additamenta esse semidoctorum librarium.

1) Adfuisse haec in archetypo recensiois melioris eo minus dubitari potest, quod praeter excerpta Sangallensia et recensioem posteriorem etiam Paulus diaconus hist. Rom. 14, 17 iis videtur usus esse: *capta, ait is, . . . a Geiserico Roma est . . . relicta . . . urbe per Campaniam sese Wandali Maurique effundentes cuncta ferro flammisque consumunt.* cf. Victor Vitensis I, 8, 25: *dum multitudo captivitatis Africanum attingeret litus, dividentes Wandali et Mauri ingentem populi quantitatem.*

## IV. PASCHALE CAMPANVM.

Paschale Campanum a. 464-543 (praetermissis scilicet additamentis), quod servavit unus codex Vaticanus reginae n. 2077 f. 96—98, cum praefatione scriptoris adscriptisque paschalibus sua forma edetur cum laterculo Victorii Aquitani, cuius pars est, sed adnotationes historicae ad a. usque 493 cum aperte maiore ex parte ex chronicis Italicis excerptae sint, placuit etiam cum his eas exhibere. Campanus scriptor quae de suo his interposuit, item post a. 493 quae in paschali perscriptae sunt adnotationes historicae perpaucae cum ad chronica Italica non pertineant, exhibentur intra uncos quadratos.

## V. PROSPERI CONTINVATIO HAVNIENSIS.

Havniensis codex bibliothecae regiae antiquae n. 454. saec. XII vel adeo XIII potius quam XI. antea. ut nomen inscriptum f. 1 ostendit, Friderici Lindenbruch. pars est voluminis amplioris folia complectens adhuc quadraginta duo numerata 216—257. integer quid continuerit. indicare videtur quod primae paginae inscriptum est *gesta salvatoris cum croniceis*: supersunt hodie chronica sola. quorum paginis extremis manu saec. XIV adscripta sunt capita quaedam *de Mario et Silla consulibus — de Fortunatis insulis — de Gallia* nullius utilitatis. librum repperit a. 1836 Georgius Waitz rettulitque de eo primum a. 1839 *Archiv* 7 p. 251. iterum explicatius *Nachrichten der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften* a. 1865 p. 91: inedita quae in eo per tot annos latebant me hortante publice edidit Georgius Hille (Prosperi Aquitani chronici continuator Havniensis. Berolini 1866. 8. pp. 37). continentur libro chronica Hieronymi et Prosperi aucta. ut ipse indicat compilerator anonymus in iis quae subscripsit cum Hieronymianis: *hucusque Hieronymus ordinem praecedentium digessit (digessi sunt II<sup>1</sup>) annorum: nunc ea quae sequuntur a viro religiosissimo Prospero ut eruditissimo addita subponuntur pauca ex nostro adiuncto studio tum Prosperianis: hucusque historiam perduxit Prosper vir sanctus. licet aliqui nos quae ille omiserat ob cognitionem praeteritorum saeculorum miscuerimus: abhinc nostrum utcumque (potuit ins. II<sup>2</sup>) studium desulavit.* in additamentis his utilitas libri continetur. ad Hieronymum et Prosperum adiecta alia in textum ita recepta sunt. ut nisi adhibitis libris aliis ab eo non distinguantur. alia in margine collocata solo argumento distinguuntur ab indicationibus breviatis librariorum more solito hic quoque adscriptis. qualis est exempli causa adscripta ad Prosperiana: *Brittones Pelagianiste et per sanctum Germanum ad fidem redire correcti.* ad eadem postea: *captivitas Cartaginensium.* ad e. extr. 1 (infra p. 337): *anno V Iustiani (sic) Longobardi Italiam ingressi.* quamquam de hoc propter annum additum dubitari potest. ad utrum adnotationum marginalium genus referendum sit. denique ad additamenta in textum recepta aliquoties in margine indicatur unde veniant. sed eae adnotationes infra relatae omnes ad Prosperum et Isidorum solos perveniunt. in his etsi distinguuntur hic illae manus duae tempore aequales. tantum abest. ut altera textum scripserit. altera quae in margine leguntur. ut magis videatur qui librum relegit eodem quo ipse librarius archetypo usus inde quaedam addidisse. ita mihi constabat correctoris esse et ab eadem manu scripta tam adnotationem ad caput sub a. 392 adiectam: *hoc Isidorus* quam additamentum de Alarico ad a. 401 (infra p. 299) ex chronicis Italicis sumptum. et multo magis probabile est correctorem utrumque supplevisse ex archetypo codicis nostri quam adsumptis iisdem libris. quibus compilerator usus est. haec subinde addidisse. breviata igitur est compilatio Havniensis ex alia antiquiore et ampliore et quidem multis locis breviata opera duplici. ut in textu praetermissa in margine auferentur. uno loco. scilicet per a. 475—489 adeo triplici: haec enim consularia in ipso textu Havniensi adsunt bis. ita ut formam ampliore sequatur brevior. praeterea ad brevioram adsunt adnotationes marginales. duas tresve tamquam recensiones has apertum est pendere ex eadem compilatione formata ex scriptoribus diversis: nam quae auctori primario compilatorem videbimus inseruisse ex Isidorianis et ex laterculo pontificum. ea in epitomis diversis eodem loco omnia reperiuntur. epitomae autem quomodo invicem sese expleant. cum aliis locis multis ostenditur tum eo qui agit de Radagaisi interitu (infra p. 299). epitomatores num non solum breviant. sed etiam de suo quaedam addiderint si quaeris. auctorem alium ab ipsis adhibitum

esse negandum erit, sed corruptelae tales, qualis est quod confusis Ostrogothis et Wisigothis Totilae succedit Leuvigildus (p. 269 c. 33), iure ad breviorum potius referemus quam ad compilatorem.

Compilatio, ad quam excerpta haec redeunt, integra recepit chronica Hieronymi, deinde ubi ea finiunt Prosperiana item integra, rursus his desinentibus chronica ea de quibus agimus Italica, his ternis chronicis inserta sunt diversa, scilicet compilator adhibuit praeterea paucis locis Hieronymi libellum de viris illustribus, non multis cum chronicorum Prosperi partem antehieronymianam tum Italicorum partem Prospero anteriorem, permultis chronica Isidori, denique laterculum pontificum Romanorum, scripsisse videtur in Italia annis Heraclii extremis, scilicet cum de Oriente cogitari nequeat, Gallia et Africa eo excluduntur, quod eae in parte extrema vix usquam tanguntur nec referuntur res Hispanicae nisi ex Isidoro, contra ad Italiam ducimur et eo, quod ex episcopis soli Romani recensentur et quod in excerptis chronicis Italicis maxime de Langobardis compilator latius exspatiatur, tempus inde definitur, quod compilator adhibuit chronicorum Isidorianorum emissorum a. 615 exemplum: quod rerum Italicarum enarratio finit in fine regni Adelwaldi regis Langobardorum depositi c. a. 625 praeterito successore eius Ariwaldo (625—636): quod index pontificum desinit in morte Deusdedit († 8. Nov. 618) praeterito item successore Bonifatio V (619—625), videtur igitur auctor scripsisse c. a. 625 sub Ariwaldo rege Langobardorum, pontifice Bonifatio V, anno imperatoris Heraclii XV, opponi potest, quod pro Isidorianis *Heraclius quintum agit annum* apud eum legimus: *Heraclius nunc XXX imperii agit annum*, quod si ipse auctor scripsit, ducimur ad a. 640: sed eiusmodi numeri cum passim reperiantur immutati a librariis maxime aequalibus, illa determinatio videtur esse vera.

Compilationis partem Hieronymianam exequent eorum chronicorum editores: ego textum non contuli, additamenta si qua essent in parte ab Hieronymo ad Eusebium adiecta exseripsi et infra cum reliquis rettuli, in Prosperianis excussi cum pauca ex parte Hieronymiana inserta tum partem posthieronymianam totam ageturque de his infra inter reliqua subsidia Prosperiana, hoc loco praeter Hieronymiana et Prosperiana exhibui quae in hac compilatione continentur neque tamen continuo ordine, sed bipertita, scilicet ex chronicis Italicis quae videtur compilator excerptisse incipiens ab a. 388 cum interposita Prosperianis (nam inter Hieronymiana talia nulla sunt) tum Prosperianis subiuncta suo ordine infra exhibentur: reliqua tam interposita Hieronymianis et Prosperianis quam his subiuncta non derivata ex chronicis Italicis neque infra in editionem recepta, quamquam indicantur pleraque in adnotatione, huic praefationi subiecti omnia, seorsum posui laterculum pontificum a Simplicio († 183) ad Deusdedit († 618), de quo dixit Duchesnius lib. pontif. I praef. p. XXV: reliqua, Isidoriana pleraque, inutilia autem omnia, nisi quod ad iudicium de compilatione Havniensi rectum et certum ferendum iis carere non possumus, edidi coniuncta, in parte extrema aliquoties dubitari potest utrum continuator Havniensis sua ex Isidoro adsumpserit an Isidorus adhibuerit ipsa ea chronica Italica, quorum epitomam Havniensis dedit: hanc derivationem in plerisque certe praefendam esse in adnotationibus ostendi.

#### ADDITIONA CODICIS HAVNIENSIS MINORA

##### I. AD HIERONYMUM.

1. in ipso chronicorum Hieronymianorum principio post verba ex Genesi desumpta principio dominus caelum terramque creavit sequuntur Isidoriana c. 3: sex diebus rerum creaturam . . . hominem primum Adam, deinde Prosperiana Adam cum esset et sic deinceps.
2. Abr. 2314: Donatistae qui primum . . . rescindere = Prosper, ubi attali curiam lationem.

3. *Abr.* 2345: [Iuvenecus presbyter natione Hispanus evangelia heroicis versibus explicat] et multa alia declamatorio sermone luculentissime conscripta ecclesiae tradit. *Auctor ignotus: cf. Hieronymus de viris ill. 84.*
4. *Abr.* 2346 *post adu. de Athanasio*: Hieronimus nascitur . . . confinio = *Hieronymus de vir. ill. c. 135 in.*
5. *Abr.* 2352: [Nazarii rhetoris filia in eloquentia patri coaequatur] Eunomia Christiana virgo = *Prosper.*
6. *Abr.* 2357 *in margine*: Arrius (*cod. atrius*) dum favore imperatoris fretus ad ecclesiam dimicaturus adversum nostros pergeret, divertens per forum Constantini ad necessariam causam viscera simul cum vita effusa sunt, ignominiosa (*cod. ignominiosa*), sed digna consumptus poena = *Isidorus paucis mutatis.*
7. *Abr.* 2358: [heresis Macedoniana], cuius doma (*sic*) est . . . . creaturam = *Prosper et sic margo*: hoc de Prosperi cronica additum.
8. *Abr.* 2379: *post sopite* (= *sopita est*): Iulianus in odium . . . . apparuit signum = *Isidorus et sic margo*: hoc de Isidori cronica.
9. *Abr.* 2380: Iovianus dum se . . . . suscepit = *Isidorus.*
10. *Abr.* 2388: Gothi apud . . . . transtulit = *Isidorus et sic margo*: hoc de Isidori cronica additum.
11. *ibidem*: Eunomius . . . . sanctum = *Prosper et sic margo*: de Prosperi cronica additum.
12. *Abr.* 2389 *post* inducitur: Apollinaris de quo superius diximus Laudiceus . . . . conversum = *Prosper et sic margo*: de Prosperi cronica additum.
13. *Abr.* 2392 *post* dogma Iudaicum: Paulo Samositano et Artemone (*arcimouje cod.*) de quibus supra dictum est coeptum auctoribus (*actoribus cod.*) = *Prosper.*

## II. AD PROSPERVM.

14. *ad a. 392 post* imperatorem facit: per idem tempus capud . . . . licet neglecta = *Isidorus et sic in margine*: hoc Isidorus.
15. *ad a. 427 post* Ardabure: hoc etiam tempore diabolus Moysi in specie Iudaeis in Creta apparens dum eos per mare pede sicco ad terram promissionis promittit perducere, plurimis eorum fluctibus demersis (*diuersis II*) atque eneeatis reliqui, qui salvi facti sunt, confestim (*cumfestim II*) ad Christi gratiam conversi confugerunt = *Isidorus paucis mutatis et sic in margine*: hoc Isidrus [*sic*] dicit.

## III. POST PROSPERVM.

16. *ad a. 450 post* pernecessarius: Romanorum XLIII regnat Martianus ann. VI = *Isidorus*: Marcianus regnavit ann. VI.
17. *ad a. 457 post edita infra sub eo anno c. 2*: Eo anno Marcianus imperator Constantiopolis (*-polim II*) moritur, in cuius locum consensu exercitus atque senatus Leo maior in eadem urbe imperator levatur = *Isidorus*: Leo maior cum Leone minore regnavit ann. XVI.
18. *ad a. 474 post c. 2*: Romanorum XLVI regnavit Zenon ann. XVI = *Isidorus*: Zenon regnavit ann. XVII.
19. *ad a. 475 post infra edita verba k. Nov. bis*: Zenon Augustus (*agustus II*) Leonem filium suum interficere quaerens pro eo (*quod ins., sed delerit I*) mater eius alium figura similem (*s. f. I*) optulit ipsumque Leonem occulte (*l. o. om. I*) clericum facit, qui in clericatu (*-to I*) positus usque ad tempus Iustiniani (*Iustinianum tempore II*) vixit = *Isidorus.*
20. *ad a. 491 post c. 1*: Romanorum XLVIII regnavit Anastasius ann. XXVII = *Isidorus*: Anastasius regnavit ann. XXVII.

21. *ad a. 192 post consules*: Inter Africam Trasemundus rex Wandalorum catholicas ecclesias clausit et CXX episcopos exilio Sardiniam mittit = *Isidorus*.
22. Fulgentius quoque in confessione fidei et scientiae floruit = *Isidorus*.
23. Per idem tempus apud Kartaginem Olimpius quidam Arrianus in balneis sanctam trinitatem blasphemans igneis iaculo emittente visibiliter est combustus = *Isidorus verbis ita corruptis ut habentur in codicibus nostris et aliis et Claromontano*.
24. Barbus quoque quidam episcopus dum contra regulam fidei quendam baptizans dixisset: baptizat te Barbus in nomine patris per filium in spiritu sancto, statim aqua quae fuerat ad baptizandum deportata nusquam comparuit, quod aspiciens qui baptizandus erat confestim ad catholicam ecclesiam abiit et iuxta (iusta *H<sup>1</sup>*) morem fidei baptismum Christi suscepit = *Isidorus*.
25. *ad a. 518 post consules*: Romanorum XLVIII regnavit Iustinus maior ann. VIII = *Isidorus*: Iustinus maior regnavit ann. VIII.
26. In Africa post Trasamundum Hildericus ex Valentiniani imperatoris (imperio *H<sup>1</sup>*) captiva filia genitus Wandalis (-dalis *H*) regnum suscepit, qui sacramento obstrictus, ne catholicis in regno suo consuleret, antequam regnum susciperet, episcopos ab exilio reverti iussit eisque aeclesias reformari praecepit = *Isidorus*.
27. *post papam Hormisdam*: Romanorum XLVIII regnavit Iustinianus ann. XXXVIII = *Isidorus*: Iustinianus regnavit annis XXXVIII.
28. *post Harn. extr. infra p. 337 c. 2*: Persis adversus rem publicam dimicantibus Bilistarius patricius bellicis instructus rebus a Iustiniano mittitur, qui ita eos armis edomuit, ut et rei publicae gloriam ad prisecum statum et hosti terrorem linqueret = *Isidorus amplificatus, is enim simpliciter*: Belisarius patricius mirabiliter de Persis triumphavit.
29. Qui etiam, postquam deiectis Persarum hostibus ad propria remeavisset, in Affricam missus Wandalorum gentem cum rege, ut superius diximus, delevit = *Isidorus c. 399*: qui deinde a Iustiniano in Africam missus Wandalorum gentem delevit. *compilator respicere videtur ad locum super addatum de Hilderico*.
30. Per idem tempus corpus sancti Antonii monachi divina revelatione repertum Alexandria perducitur et in ecclesia sancti Iohannis baptistae humatur = *Isidorus*.
31. *post Harn. extr. c. 3*: Romanorum L regnavit Iustinus minor ann. XI = *Isidorus*: Iustinus minor regnavit ann. XI.  
*[De Totila a Narse victo quae habet Harniensis extr. c. 3, non veniunt ex Isidorianis: in Italia quoque Totila Ostrogothorum rex a Narse Romano patricio superatur, num refragatur et ordo cerverptorum et quod hoc caput abest a codice Claromontano, quali exemplari Harniensis usus est: narrantur etiam apud eum plura.]*
32. Narses patricius . . . . . introducit = *Isidorus (vide p. 337 not. 5)*: eadem ex parte redeunt p. 337 extr. c. 5.
33. *post extr. c. 7*: Gothi amissa Italia Hispanias possessione potiti fruuntur, quibus post Thothilanem regnabat Leuvigildus, qui quasdam Hispaniae regiones sibi rebelles in potestate sui regni debellando atque superando redegit = *Isidorus: Ostrogothos et Wisigothos pro iisdem habuit compilator errore suo*.
34. Romanorum LI regnavit Tiberius (liberius *H*) ann. VII = *Isidorus*: Tiberius regnavit ann. VII.
35. *post papam Iohannem III*: Gothi per Ermenegildum Leuvigildi filium regis bifarie divisi mutua caede vastantur = *Isidorus*.
36. *post papam Benedictum*: Romanorum LII regnavit Mauricius ann. XI = *Isidorus*: Mauricius regnavit an. XXI.



37. Suevi, qui intra Hispaniae terminos habitabant, a Levigelde rege obtenti Gothis subiciuntur = *Isidorus*.
38. *post Havn. extr. c. 9*: Gothi post Leuvigildum Reccaredum in regno constituunt, quo orthodoxe pro ecclesiasticae fidei unitate intendente omnem gentem Gothorum ab Ariana impietate segregatam catholicae ecclesiae univit = *Isidorus*: Gothi Reccaredo principe immitente ad fidem catholicam revertuntur.
- 38<sup>a</sup>. *post Havn. extr. c. 11*: Romanorum LIII regnavit Focas an. VIII = *Isidorus*.
- 38<sup>b</sup>. *de Heraclio quae narrantur, vide in Havn. extr. c. 18 (infra p. 339)*.

## LATERCVLVVS PONTIFICVM ROMANORVM EX CODICE HAVNIENSI.

39. Romanae ecclesiae post Simplicium ordinatur episcopus Felix, qui sedit ann. XVII menses XI dies XVII *ad a. 485 utroque loco*.
40. Defuncto Felice episcopo Romanae ecclesiae in loco eius Gelasius ordinatur episcopus, qui sedit ann. III menses VIII dies XVIII *ad a. 502*.
41. Post decessum Gelasii papae urbis Romae ordinatur episcopus Anastasius, qui sedit ann. I menses XI dies XXIII *ad a. 507*.
42. Post mortem Anastasii Romanae ecclesiae ordinatur episcopus Simmachus, qui sedit ann. XV menses VII dies XVII *ad a. 509*.
43. [I]gitur (gitur *omissa littera miniuanda II*) anno VI Iustini maioris Romanae ecclesiae episcopo Simmacho defuncto in loco eius ordinatur episcopus Hormista, qui sedit ann. XVIII dies VII *ante Havn. extr. c. 1*.
44. Romanae ecclesiae post decessum Hormistae ordinatur episcopus Iohannes, qui sedit ann. II mens. VIII dies XVI ann. Iustiniani XVIII.
45. quo mortuo in loco eius est successus Felix, qui sedit ann. III mens. II dies XIII.
46. post quem Bonifacius, qui sedit ann. II dies XXVI.
47. post Bonifacium Iohannes suscepit pontificatum, qui sedit ann. II menses III dies VI.
48. quo mortuo in locum eius Agapitus ordinatur episcopus, qui sedit ann. XI dies XVIII.
49. post Agapitum Romanae ecclesiae ordinatur episcopus Severus, qui sedit ann. I mens. V dies XI.
50. quo mortuo in locum eius Vigilius ordinatur episcopus, qui sedit ann. XVII mens. VI dies XXVI.
51. Romanae ecclesiae post Vigilii obitum ordinatur episcopus Pelagius, qui sedit ann. III mens. V dies VIII.
52. post quem ordinatur episcopus Iohannes, qui sedit ann. XII menses XI dies XXVII.
53. post Iohannem Romanae ecclesiae pontificatum suscepit Benedictus, qui sedit ann. III mens. I dies XXVIII *post Isidoriana supra c. 35*.
54. defuncto Benedicto Romanae ecclesiae pontificatum suscepit Pelagius, qui sedit ann. X mens. II dies X *post Isidoriana supra c. 38*.
55. post decessum Pelagii Gregorius ordinatur episcopus totius ecclesiae decus, tam virtutibus et miraculis quam etiam scientia et doctrina pollens, qui postquam per tredecim annos et sex mensibus ac diebus decem gloriosissime rexisset ecclesiam, caelo animam reddidit qui non solum Romanae ecclesiae sibi plebi commissae, sed etiam gentibus profuit convertens Anglos ad fidem gentem extremo oceano positam *post Havn. extr. c. 10*.

*post*  
*Isidoriana*  
*supra*  
*p. 269 c. 30.*

*post*  
*Isidoriana*  
*supra*  
*p. 269 c. 31.*

*post*  
*Isidoriana*  
*supra*  
*p. 269 c. 34.*

- |  |   |                                   |
|--|---|-----------------------------------|
| 56. post decessum beati Gregorïi Romanæ ecclesiæ ordinatur episcopus Sa-<br>vinianus, qui sedit ann. I mens. V dies VIII.  | } | <i>post Havn.<br/>cetr. c. 17</i> |
| 57. quo mortuo (in locum eius <i>ins. H<sup>2</sup></i> ) ordinatur episcopus Bonifacius, qui<br>sedit mens. VIII dies XXII.   |   |                                   |
| 58. post cuius obitum item alius Bonifacius suscepit episcopatum, qui sedit<br>ann. VI mens. VIII dies XIII.   |   |                                   |
| 59. defuncto Bonifacio Romanæ ecclesiæ pontifex efficitur (præficitur <i>H<sup>o</sup></i> ) Deusdedit,<br>qui sedit ann. III dies XX <i>post Havn. cetr. c. 21.</i> |   |                                   |

## VI. EXCERPTA EX BARBARO SCALIGERI.

Chronographia a. 354 quam mature si non coaluerit, certe eodem volumine comprehendi solita fuerit cum chronicis Italicis eorumve epitome, non solum inde colligitur, quod codex is, qui chronographiam illam servavit, etiam chronicorum duo exemplaria di-qui verso modo breviata continuit, ut supra p. 37 exposui, sed eo confirmatur, quod Graecus post a. 387 Alexandriae chronica scripsit, quorum in cod. Parisino Lat. n. 4884 saec. VII exeuntis vel ineuntis VIII (vide supra p. 83), scripto opinor ab homine Graeco (cf. p. 279 v. 11. *zavarias*), servata est versio Latina nota sub nomine Barbari Scaligeri, compilationi suae non solum librum generationis inseruit, in quo edendo supra p. 78 seq. cum adhibuimus, et laterculum regum Albanorum (supra p. 112) sumptos ex chronographia illa, sed item indicem regum Romanorum et consularia ad a. 387 sumpta ex chronicis Italicis, haec eadem esse et supra p. 254 seq. exposuimus et abunde probat editio haec, in qua invenies fastis Vindobonensibus iuxta positos qui supersunt ex auctore Alexandrino: nam deficit hiante codice pars eorum media a Traiano ad Diocletianum, quae addidit interpres Alexandrinus ab a. inde 302 de rebus Aegyptiis, maxime indicem praefectorum Augustalium quamquam a nostris facile separantur, reliquimus unciis quadratis comprehensa, videtur Graecus interpres et alia de suo inseruisse, ut consulatus falsos inter a. u. c. 751. 752 interpositos, et extremam partem propterea interpolasse, ut consulatus convenirent annis archiepiscoporum Alexandrinorum haberetque certe Petrus creatus a. 376, defunctus secundum fastos hos ante a. 379, nihilominus annos suos interpositis consularibus ficticiis. Graecus auctor quando vixerit, incertum est<sup>1)</sup>; quod si recte quae de sancto Andrea ad a. 336 adnotantur ad Maximianum rettulimus (p. 253) defunctum a. 556 7, post hunc scripserit necesse est, versio Latina tam barbaramente facta est, ut codice quo continetur scripto saec. VIII vix multo antiquior sit.

1) Non eo anno 387, quo desinit, eum scripsisse inde efficitur, quod Theophilum, quem ad a. 384 refert creatum esse archiepiscopum Alexandriae, ait sedisse per annos XXVIII.

VII. EXCERPTA EX AGNELLI LIBRO PONTIFICALI  
ECCLESIAE RAVENNATIS.

Agnellus presbyter Ravennas c. a. 810 scripsit librum pontificalem ecclesiae Ravennatis ad unicum et admodum vitiosum codicem Mutinensem Estensem V. E. 19 saec. XV post alios diligenter et perite editum ab Oswaldo Holder-Egger in horum monumentorum volumine scriptorum Langobardorum dato p. 265—397. adhibuit Agnellus passim chronica haec ipsa indeve excerpta. ea supra p. 257 diximus ab eo tribui Maximiano episcopo Ravennati, sed esse in excerptis Agnellianis etiam res post eius mortem († 556 7) gestas. chronicorum verba satis fideliter Agnellus videtur reddidisse nisi quod ubi de locis agitur interdum exspatiatur utpote homo Ravennas (v. p. 319).

## FASTI VIND. PRIORES.

- 1 Reges Romanorum.
- 2 Romulus regnavit ann. XXXVI.
- 3 Numa Pompilius regnavit ann. XXXVIII.
- 4 L. Tarquinius regnavit ann. XXXIII.
- 5 C. Hostilius regnavit ann. XXXVIII.
- 6 Tullius Servilius regnavit ann. XLIII.
- 7 Quintus Superbus regnavit ann. XXXVIII.
- 8 fiunt omnes anni, ex quo terra condita est usque ad Gaium Iulium Cesarem anni VXLIII.

## FASTI VIND. POST.

- 9 primus imperator G. Iul. Cesar. levatus est primus imperator Rome G. Iul. Caesar.
- 10 *u. e.* 710 Gaio Iulio Cesare et M. Antonino. = M. om.
- 11 ? Cretiniano et Marco. = Creteniano.
- 12 ? Gaio Iulio II et Marco II. = Iulio] I. Cesare.

BARBARVS SCALIGERI  
f. 42 (ex altero ex. f. 23'. 24 adnotantur potiora).

- 1 Post hunc autem regnavit Romulus, qui et condidit Romam: a quo Romani vocati sunt.
- 2 Romulus regnavit ann. XXXVIII.
- 3 Nummus (Nummas f. 23) Pompilius (Pompilus f. 23) ann. XLI.
- 4 Tullius Servilius ann. XXXII.
- 5 Lucius Tarcinius (Tarcynius f. 23) ann. XXIII.
- 6 Tittus (Titus f. 23) Superbus ann. XXXVIII.
- 7 Tullius (Iulius f. 23) Servius (Serugius f. 23) ann. XLI (XLIII f. 23).
- 8 Quintus Tarcinius (Tarcynius f. 23) ann. XXXV.
- 9 colliguntur autem et a Romulo anni ducenti LI (CCLV f. 23) . . . . .
- 10 et tunc principes ordinati sunt, usque dum regnaret Gaius Iulius Cesar.

BARBARVS SCALIGERI  
f. 49.

- 11 Romani . . . levaverunt imperatorem Iulium, quem et Cesarem vocaverunt, iste est Cuius (*sic*) Iulius Cesar, qui et bissextum et solis cursum adinvenit . . . regnavit autem Gaius Iulius Caesar annos XVIII . . .
- 12 Gaio Iulio Cesare secundo Marco clarissimo.
- 13 Gratiano et Antonino clarissimorum.
- 14 Gaio Iulio Cesare secundo et Flavio Marco clarissimo.

<i>FASTI VIND. PRIORES.</i> u. c.	<i>FASTI VIND.</i> <i>POST.</i>	<i>BARBARVS SCALIGERI</i> <i>f. 49'—50.</i>
13 711 Hirtio et Pansa.	= Hirtio.	15 Hirtio et Paneo virorum illustrium.
14 245 Bruto et Conlatino.	= Bruto.	16 Bruto et Cortilano clarissimorum.
15 708 Gaio Iulio III et Lepido.	= Iulio  I. Cesare.	17 Gaio Iulio Caesare tertio et Lepido illustrium.
16 712 Minatio et Planco.	= Minatio.	18 Minatio et Plachano illustrium.
17 708 Aemilio et Cesare.	= Hemiliano.	19 Emelio et Caesario illustrium.
18 { 713 Antonino et Servilio.	=	20 Antonino et Serviliano clarissimorum.
19 { 713 Chrysaureo et Antonino.	Antonino II et Chrysaureo.	21 Chryssaureo et Crispo clarissimorum.
20 His consulibus Cesar occisus (occisus <i>cod.</i> ) est, qui bissextum et lune cursum adinvenit X kal. Ian. luna prima, et imperium Octavianus accepit (accepit <i>cod.</i> ) pueranorum XVIII.	H. c. Gaius Iulius Cesar mortuus est et acc. i. O. a. XVIII q. b. et lunae c. adinvenit.	<i>vide supra c. 11.</i>
21 683 Lentulo et Oreste.	<i>om.</i>	
22 684 Pompeio et Crasso.	<i>om.</i>	
23 711 Volusiano et Pullione.	Calbisione et Pullione.	22 Octavio et Polione clarissimorum.
24 712 Lepido et Planco.	<i>om.</i>	
25 His cons. tres soles in celo aparuerunt.	<i>om.</i>	
26 715 Censorino et Salvino.	= Censurino.	23 Consorio et Savino clarissimorum.
27 716 Pulcro et Enobao.	Enobarbio et Pulcro.	24 Pulcro et Enobaudo clarissimorum.
28 717 Gallo et Agrippa.	= Gallicano.	25 Gallo et Agrippino clarissimorum.
29 718 Publicola et Nerva.	=	26 Octaviano et Nerufilio clarissimorum.
30 719 Pompeio et Cornelio.	=	27 Pompiio et Cornilio clarissimorum.
31 720 Libone et Antonino.	Antonino III et Clibone.	28 Libone et Antonino clarissimorum.
32 691 Cicerone et Antonino.	Antonino III et Cicerone.	29 Cicerone et Publicollatonem illustrium.
33 His cons. Augustus nomen accepit <sup>1</sup> ).	His cons. Octavianus pronomen Augustum nomen accepit	30 Hisdem consulibus Iulius Caesar occisus est et sumpsit imperium Octavianus qui et Augustus et dedit consulatos

1) accepit *cod.*; *dehuit esse* natus est.

<i>FASTI VIND. PRIORES.</i> u. c.	<i>FASTI VIND.</i> <i>POST.</i>	<i>BARBARVS SCALIGERI</i> <i>f. 50—50'.</i>
	et ab ipso omnes imperatores Augusti vocati sunt.	XIII. fiunt vero ab Adam usque initium imperii Augusti anni V milia CCCCLXVII.
34 721 Augusto et Tullio.	=	31 I Augusto primo et Tullio.
35 722 Augusto II et Socio.	=	32 II Augusto secundo et Socio.
36 724 Augusto III et Crasso.	=	33 III Augusto tertio et Crasso.
37 723 Augusto IIII et Messala.	= Messala.	34 IIII Augusto quarto et Messala.
38 671 Enobao et Scipione.	= Enobarbo.	35 V Thenebaudo quinto et Scipione.
39 725 Augusto V et Enobao II.	Augusto V et Apuleio.	36 VI Augusto sexto et Apulia.
40 726 Augusto VI et Agrippa.	=	37 VII Augusto septimo et Agr[i]ppa.
41 His consul. Chartago restituta est idus Iulias.	= Iulias] Aug.	40 Hisdem consulibus Chartagina renovata est idos Iulias [Epifi XVIII].
42 727 Augusto VII et Agrippa.	Augusto VII et Silvano.	41 VIII Augusto octavo et Silvano.
43 728 Augusto VIII et Tauro.	=	42 VIII Augusto nono et Tauro.
44 729 Augusto IX et Silo	= Psyllo.	43 X Augusto decimo et Sullio.
45 730 Augusto X et Flacco.	Augusto X et Pisone.	44 XI Augusto undecimo et Pisone.
		45 In his temporibus sub consolato Lentuli et Silvani vidit Zacharias visionem angeli in templo domini.
46 731 Aruntio et Marcello.	=	46 XII Aruntio et Marcello.
47 ? Celso et Tiberino.	Celsino et Tiberio.	47 XIII Celso et Tiberio.
48 733 Tullio et Emilio.	Tulliano et Hemiliano.	48 XIII Tullio et Emilio.
49 734 Apuleio et Silo.	Apuleio et Psiliano.	49 XV Asperio et Severio.
50 735 Saturnino et Cinna.	= Cyuma.	50 XVI Saturnino et Cinno.
51 His cons. moritur Virgilius annorum LX.	<i>om.</i>	
52 { 736 duobus Lentulis.	<i>om.</i>	51 [XVII] Lentulo et Silvano.
		52 In his temporibus aduuntiauit Elisabeth angelus de Iohanne in eodem consulatum Lentuli et Silvani VIII kal. Aprilis.
53 { 736 Lentulo et Cornesio.	= Cornifilo.	53 XVIII Savino et Antonino.
		54 XVIII Lentulo secundo et Lepido.
54 737 Rufino et Silvano.	= Ruffino.	55 XX Rufino et Pisone.
55 738 Domitio et Enobaro.	<i>om.</i>	
56 His cons. aqua virgo inducta est Romam.	<i>om.</i>	

<i>FASTI VIND. PRIIORES.</i>	<i>FASTI VIND. POST.</i>	<i>BARBARVS SCALIGERI</i> <i>f. 50'—51.</i>
u. c.		
57 739 Libone et Pisone.	Nerone et Pisone.	
58 740 Crasso et Lentulo.	Lentulo II et Crasso.	
59 741 Nerone et Varone.	= Nerone II.	
60 742 Messala et Quirino.	Mesala et Cyrino.	56 XXI Mesallo et Seriniano.
61 742 Rubellio et Saturnino.	<i>om.</i>	
62 743 Maximo et Tuberone.	=	57 XXII Maximo et Tuberone.
63 744 Africano et Maximo.	Maximo II et Affricano.	58 XXIII Africano et Maximo.
64 745 Druso et Crispino.	Aruncio et Crispino.	59 XXV ( <i>sic</i> ) Aruntio et Prisco.
65 746 Censorino et Gallo.	Censurino et Gallo.	60 XXVI Censorino et Gallione.
66 747 Nerone et Pisone.	Nerone III et Pisone II.	61 XXVII Neronte et Placido.
67 748 Balbo et Vetere.	=	62 XXVIII Balbino et Bereto.
		63 Eodem temporae missus est angelus Gabriel ad Mariam virginem sub Augusto tertio decimo octavarum kalandarum Aprilium.
68 749 Augusto XI et Sylla.	= Spylla.	64 XXVIII Felecio et Sullio.
69 750 Sabino et Rufino.	Felice et Messelino.	
70 751 Lentulo et Messalano.	Lentulo et Augure.	65 XXX Lentulo et Anxonio.
71	Cesare et Paulo.	66 XXXI Caesario et Austerino.
		67 XXXII Silvano et Paulino.
		68 In sexto autem mense abiit Maria ad cognatam suam Elisabeth et salutavit eam et dixit ei Elisabeth: unde hoc mei ( <i>scr. merui</i> ), ut mater domini mei veniat ad me? ecce enim quod est in me exultavit infaus et benedixit te.
		69 XXXIII Prisco et Romano.
		70 XXXIII Iuctore et Protarebo.
		71 XXXV Senecione et Bardone.
		72 XXXVI Timageno et Nigriano.
		73 XXXVII Syriano et Peregrino.
		74 XXXVIII Xifidio et Marcello.
		75 In his temporibus sub Augusto natus est Iohannis



*FASTI VIND. PRIORES.*  
u. c.

*FASTI VIND.*  
*POST.*

*BARBARVS SCALIGERI*  
*f. 51—52.*

praeursor Zachariae filius  
VIII kal. Iulias.

72 752 Augusto XII et Silano. { Augusto XII et  
73 { Silvano.  
Augusto XIII et  
Syla.

74 his cons. Christus natus II. cons. n. c. Chr. in Betleem Iu-  
est VIII kl. Ian. luna dae sub Herode  
XIII. rege VIII kl. Janu. die prima luna  
XV. ab Adam usque ad Noe anni  
HCCXLII: et ab Arfaxat usque  
ad Falech anni DXXXI: et a Fa-  
lech usque ad Abraam anni DCXII:  
et ab Abraam usque ad finem  
Moysi anni CCCCLXX. deinde  
successit Hiesu Nave et a Hiesu  
Nave usque ad Saul regem Israel  
anni CCCXLI: a Saud usque ad  
Cyrum regem Persarum anni  
DXLV: a Cyro usque ad Ale-  
xandrum regem Greecorum anni  
CCLXXII: ab Alexandro usque  
ad Gaium Iulium Caesarem anni  
CCCXXXV: a Gaio Iulio Caesare  
usque ad nativitatem domini anni  
LII: ab Adam autem anni VD  
*(pleraque ex chronicis supra p. 129  
c. 172—179 et p. 131 c. 148).*

75 753 Lentulo et Pisone. om.  
p. Chr.

76 1 Caesare et Paulo. om., cf. c. 71.

77 2 Vincio et Varo. Vinitio et Varro.

78 3 Bamia et Servilio. Lamia et Serbilio.

79 4 om. Cesare et Saturnino.

80 5 Magno et Valerio. Macrino et Vo-  
lesio (*corr. ex* holesio).

81 6 Lepido et Aruntio. =

76 XXXVIII Fruro et Autorino.

77 XI Augusto et Sacerdo.

78 XXI Pompeiano et Plutone.

79 XLIII Augusto et Silvano.

80 Hisdem consulibus dominus  
noster Iesus Christus natus  
est sub Augusto VIII kal.  
Ianuar. in deserto natus  
est cuiusdam nomine Fuus-  
du, quod est Eusebii. in  
ipsa enim die. in qua natus  
est. pastores viderunt stel-  
lam. Chuac XXVIII. fiunt  
vero ab Adam usque ad  
nativitatem domini nostri  
Iesu Christi anni V milia  
quingenti.

{ vide supra c. 65, 66.

81 XLV Bincio et Birro.

82 XLVI Caesario et Serbilio.

83 XLVII Macrino et Saturnino.

84 XLVIII Sacerdo et Bolenso.

85 XLVIII Lepido et Arruntio.

86 In his diebus sub Augusto  
kalendas Ianuarias magi

obtulerunt ei munera et adoraverunt eum:  
magi autem vocabantur Bithisarea Melichior  
Gathaspa. audiens autem Herodes a magis,

<i>FASTI VIND. PRIORES.</i>	<i>FASTI VIND.</i>	<i>BARBARVS SCALIGERI</i>
p. Chr.	<i>POST.</i>	<i>f. 52—53.</i>
		quoniam rex natus esset, conturbatus est et omnes Hierusolima cum eo, et videns, quia inlusus esset a magis, misit homicidas suos dicens: interficite omnes pueros a bimatu et infra. Herodes autem querebat Iohannem et misit ministros ante altarem ad Zachariam dicens illi: ubi abscondisti filium tuum? au ignoras quia potestatem te habeo occidendi et sanguis tuus in manibus meis est? et dixit Zacharias: ego testes sum dei viventis: tu effundis sanguinem meum, spiritum autem meum dominus recipiet, et sub aurora occisus est Zacharias.
S2 7 Cretico et Nerva II.	= II <i>om.</i>	S7 I Critico et Nerva.
S3 8 Camerino et Quintiliano.	Camerino et Nerva II.	SS LI Camerino et Birillo.
S4 9 Quintiliano et Sabino.	Quintilliano et Vero.	S9 LII Dolomallo et Sofiano.
S5 10 Dolabella et Silvano.	<i>om. (cf. c. 108).</i>	90 LIII Cynthilliano et Barbilio. 91 Elisabeth autem cognoscens quia querebatur Iohannes, adprehendens eum ascendit in montana et aspiciabat, ubi eum absconderet, et non erat locus abscondendi, tunc suspirans Elisabeth exclamavit dicens: mons dei, suscipe memetrem cum filio, et statim seissus est mons et recepit eos.
S6 11 Lepido et Tauro.	<i>om. (cf. c. 109).</i>	
S7 12 Caesare II et Capitone.	Germanico et Capitolino.	92 LIII Germanico et Carpo.
SS 13 Flacco et Silvano.	Blanco et Silio.	93 LV Austerio et Silvano.
S9 14 duobus Sertis.	<i>om.</i>	94 LVI Plachno et Avito.
90 14 Pompeio et Apuleio.	Pompeiano et Avito.	95 LVII Pompeiano et Flacco.
94 his cons. defunctus est Augustus annorum LXXVII.	<i>om.</i>	96 his consilibus Augustus obiit et regnavit Tiberius ann. XXII, dedit consulatus VII.
92 15 Druso et Flacco.	=	97 LVIII Tiberio Augusto et Germano.
93 16 Tauro II et Libone.	= II <i>om.</i>	98 LVIII Flaubio et Rufino.
94 17 Falcone et Rufino.	= Ruffino.	99 LX Drusollo et Sorano. 100 in his diebus plauerunt Zachariam et fleverunt eum tribus diebus et tribus noctibus, et suscitavit eis dominus deus in loco Zachariae Symeonem, iste acceperat responsum ab angelo non visurum se mortem, nisi videret Christum domini in caene, et videns eum dixit: nunc dimittis servum tuum, domine, in pace, quia

<i>FASTI VIND. PRIORES.</i> p. Chr.	<i>FASTI VIND.</i> <i>POST.</i>	<i>BARBARVS SCALIGERI</i> <i>f. 53—53'.</i>
		viderunt oculi mei salutarem tuum. quod parasti ante faciem omnium populorum lu- men ad revelationem gentium et gloria ple- bis tuae Israhel.
95 18 Tiberio et Germano.	= Germanico.	101 LXI Tauro et Libone.
96 19 Silvano (sillano <i>m.</i> 2) et Balbo.	=	102 LXII Silvano et Gerontio.
97 20 Messala et Cotta.	= Gotta.	103 LXIII Mesaulico et Balbino.
98 21 Tiberio II et Druso.	=	104 LXIV Tiberio Aug. secundo et Cola.
99 22 Agrippa et Galba.	=	105 LXV Agrippa et Druso.
100 u. c. 717 Nerone et Pisone.	=	106 tunc responsum accepit Ioseph et accipiens Iesum et Mariam fugiit in Egyp- tum et fuit ibi menses XII. de quo nunc sileam.
101 24 Cethego et Varrone (barrone <i>m.</i> 1).	Cethego et Var- rone (barrone <i>m.</i> 1).	107 LXVI ( <i>sic</i> ) Nerone et Lentulo.
102 25 Agrippa et Lentulo.	=	108 LXVII ( <i>sic</i> ) Celetho et Pisone.
103 26 Getulico et Sabino.	= Sabinio ( <i>em.</i> <i>m.</i> 1).	109 LXVIII ( <i>sic</i> ) Getulo et Barro.
		110 et veniens Iesu faciebat mi- rabilia sub consolato Asia- tici et Silvani, in quibus et aqua vinum fecit VI kal. Nov.
101 27 Crasso et Pisone.	= Pisone II.	111 Crasso Tiberio Serimiano secundo.
		112 baptizatus est autem ab Ioh- anne sub consolato Meura VIII kal. Ianuarias.
105 28 Silvano (sillano <i>m.</i> 2) et Nerva.	= Silliano <i>m.</i> 1, Sillano <i>m.</i> 2.	113 LXVIII Tiberio quarto et Antonino.
		114 transfiguratus est autem in monte sub consolato Ru- bellionis XIII Kalendas Aprilis. quando autem mysterium agebat cum discipulis suis sub consolato Rubellionis VIII kal. Aprilis.
106 32 Enobao et Aruntio.	Enobao (Eno- barbo <i>m.</i> 2) et Aruntio.	115 LXX Tiberio quinto et Prisco.
107 30 Vincio II et Longino. 108	= Vinitio II. Dolabella et Sil- vano.	116 LXXI Bicino et Aruntio.
109	Lepido et Barbo.	
110 31	Tiberio III et Silvio.	
111 32 Basso et Pisone.	<i>om.</i>	

<i>FASTI VIND. PRIORES.</i>	<i>FASTI VIND. POST.</i>	<i>BARBARVS SCALIGERI f. 53'—54'.</i>
p. Chr.		
112 his consulibus passus est Ioannes baptista.	h. e. p. e. l. b. III kl. Sept. sub Herode rege: natus autem VIII kl. Iulias.	117 eodem tempore natalicium factum est Herodis: salta- vit filia Herodiadis in me- dio et petiit capud Iohannis: et adductum est capud Iohannis in disco VI kal. Iunias [Panni II].
113 29 duobus Geminis.	Ruffio Gemino et Rebellio Gemino.	
114 his cons. Christus pas- sus est VIII kl. Apr.	h. e. l. C. p. e. VIII k. a. die Vene- ris luna XIII (XIII <i>m.</i> 2) anno XXXI adventus eius.	118 traditus est autem dominus noster Iesus Christus a Iuda sub consolato Rubellionis VIII kal. Aprilis. videns autem hostiaria Petrum agnovit eum et ait illi: vere et tu ex illis es. nam et loquilla tua manifestum te fecit. et ille negavit dicens: non sum. et confestim gal- lus cantavit. nomen autem hostiariae Ballia dicebatur, quod interpretatur querens.
116 31 Tiberio III et Silio.	<i>om.</i>	119 XXII ( <i>sic</i> ) Tiberio Augusto sexto et Silio.
115 30	Vincio et Longino	120 eodem anno dominus noster Iesus Christus crucifixus est sub consolato Rubellionis VIII kal. Aprilis. [quod est Famenoth XXVIII]. miles autem vocabatur Hieremias id est Adlas crucem custodiens. centurio vocabatur Apro- nianus alius. illi autem duo angeli qui in sepulchro, vocabantur unus Azabel, quod est iustus deo, alius autem Caldū, quod est for- tis. Iudas autem abiens suspendit se in ar- bore nomine Tramarice. surrexit autem do- minus noster Iesus Christus sub consolato Rubellionis VI kal. Aprilis. ascendit autem dominus noster III non. Maias. missus est autem spiritus sanctus idos Maias.
		121 Paulus autem apostolus post ascensionem domini et post passionem Stephani dierum in apostulatum ordinatur VI idos Ianuarias sub consolato Rubellionis, post ascensionem salvatoris nostri menses VIII. post dies XI passionis Stephani pridie Epiphaniae.
117 33 Sulpicio et Sila.		122 LXXII Sipio et Sulano
118 34 Persico et Vitello.	Priseo et Vitello.	123 LXXIII Persico et Bitellio.
119	his cons. passus est protho-	

<i>FASTI VIND. PRIORES.</i> p. Chr.	<i>FASTI VIND.</i> <i>POST.</i>	<i>BARBARVS SCALIGERI</i> <i>f. 51'—55.</i>
120 35 Gallo et Iuliano.	m(arty)r Ste- phanus dia- conus VII kl. Ianuarias. Gallieno et No- niano.	
121 36 Gallieno et Plautiano.	<i>om.</i>	121 LXXIII Tiberio Augusto et Druso.
122 37 Proculo et Lolliano.	Proculo.	125 hisdem consulibus Tiberius obiit et regnavit pro eo Gaius ille Gallus annos III. dedit consulatos III.
123 38 Iuliano et Asperiano.	et Aspernate.	
124 u.c. 718 Publicola et Nerva.	=	
125 <i>om.</i>	Cesare et In- liano.	126 LXX Gaio Gallo Augusto tertio et Sulla.
126 41 Cesare II et Saturnino.	<i>om.</i>	127 LXXVI Gaio Augusto quarto et Apollione.
127 ? Saturnino II et Venusto.	= II <i>om.</i>	128 LXXVII Venusto et Sa- turnino.
128 42 Tiberio III et Gallo.	= Gallieno II.	129 Seurdo et Clemente.
129 his cons. Petrus aposto- lus ad Roman venit.	<i>om.</i>	130 his consulibus Gaius Gallus obiit et regnavit pro eo Claudius ann. III ( <i>sic</i> ). dedit consulatos V.
130 44 Crispino et Tauro.	=	131 LXXVIII Claudio et Tauro.
131 45 Asiatico et Cornelio.	Vincio II et Cor- nelio ( <i>deficit</i> ).	132 LXXVIII Crispino et Cor- nelio.
132 46 Vincio III et Silvano.		133 LXXX Asiatico et Silvano.
133 47 Tiberio V et Vitellio.		134 LXXXI Bincomallo et Bereto.
		135 LXXXII Claudio secundo et Publico.
134 48 Vitellio II et Publicola.		136 LXXXIII Bitello et Gallione.
135 his cons. phenix apa- ruit primum.		
136 49 Verano et Gallo.		137 LXXXIII Cladio tertio et Antonino.
137 50 Vetere et Silio.		138 LXXXV Bereto et Silvio.
138 ? Silvano et Silio II.		139 LXXXVI Cladio quarto et Orfito.
139 ? Tiberio VI et Antonino.		
140 52 Silvano et Othone.		140 LXXXVII Silvano et Crispino.
141 53 Gallieno et Antonino II.		
142 54 Marcellino et Aviola.		141 LXXXVIII Marcellino et Agiolao.
143 55 Nerone et Vetere.		142 LXXXVIII Nerone filio Claudio et Bereto.
		143 CX ( <i>sic</i> ) Claudio Augusto quinto et Nerva.
144 56 Saturnino et Scipione.		144 CXI ( <i>sic</i> ) Saturnino et Scipione.
		145 hisdem consulibus Claudius obiit et imperium sumpsit filius eius Nero annos III. dedit consulatos XIII.

## FASTI VIND. PRIORES.

p. Chr

- 115 57 Nerone II et Pisone.
- 116 his consul. passi sunt Petrus et Paulus Rome III kal. Iulias.
- 117 58 Nerone III et Messala.
- 118 60 Nerone III et Cornelio.
- 119 61 Pio et Saturnino.
- 120 62 Mario et Gallo.
- 121 his cons. Iacobus apostolus in Hierosolymis de pinna templi deiectus est a Iudeis V kal. Ian.
- 122 63 Ruffo et Regulo.
- 123 64 Crasso et Basso.
- 124 65 Silvano et Paulino.
- 125 66 Celsino et Apuleio.
- 126 67 Capitone et Rufo.
- 127 his cons. Nero de imperio non comparuit.
- 128 68 Italico et Turpilione.
- 129 69 Silviano et Othone.
- 130 70 Vespasiano et Tito.
- 131 ? Vespasiano II et Tito II.
- 132 ? Vespasiano III et Tito III.
- 133 71 Vespasiano III et Vero.
- 134 72 Vespasiano V et Tito III.
- 135 75 Vespasiano (sic) VI et Tito V.

## BARBARUS SCALIGERI

f. 55—56.

- 116 CXII (sic) Nerone Augusto secundo et Rufo.
- 117 CXIII (sic) Saturnino et Puplio.
- 118 XCIII Nerone Augusto tertio et Pisone.
- 119 hisdem consulibus passus est beatus Petrus apostolus crucifixus in Roma capite deorsum sub Nerone. similiter et sanctus Paulus apostolus capite truncatus. martyrizaverunt III kal. Iulias [quod est Epifi V].
- 120 XCV Marcellino et Galliano.
- 121 XCVI Nerone et Cornifilo.
- 122 XCVII Rigolo et Bassiano.
- 123 XCVIII Silvano et Crispino.
- 124 XCVIII Celestino et Salustio.
- 125 C Capitone et Flavio.
- 126 CI Romillo et Lucio.
- 127 CII Secundo et Maronio.
- 128 CIII Longino et Apulio.
- 129 CIII Iulio et Paulino.
- 130 hisdem consulibus Nero de imperio labefactus est et imperium eius Galba suscepit menses III et occisus est. et regnavit Otho menses VII et occisus est. et regnavit Vitellio menses V et occisus est. et imperium sumpsit Vespasianus annos X. dedit consulatos VIII.
- 131 post consularum Galbe Italico.
- 132 CV Vespasiano Augusto et Tito filio eius Cesare primo.
- 133 CVI Vespasiano Augusto secundo et Tito Cesare.
- 134 CVIII (sic) Vespasiano tertio et Tito Cesare.
- 135 CVIII (sic) Vespasiano quarto et Tito quinto.
- 136 hisdem consulibus victi sunt Iudei sub Vespasiano et Tito imperatoribus et Iudea depopulata est.
- 137 CVIII Vespasiano et Tito sexto.

<i>FASTI VIND. PRIORES.</i>	<i>FASTI VIND.</i>	<i>BARBARVS SCALIGERI</i>
p. Chr.	<i>POST.</i>	<i>f. 56'.</i>
166 76 Vespasiano VII et Tito VI.	=	168 CX Vespasiano septimo et Nerva.
167 78 Commodo et Rufo,	<i>om.</i>	
168 his cons. Iudei devicti sunt a Vespasiano imperatore.	<i>om.</i>	
169 77 Vespasiano VIII et Tito VII.	=	169 CXI Vespasiano octavo et Commoda ( <i>sic</i> ).
170 79 Vespasiano IX et Tito VIII.	<i>om.</i>	170 CXII Vespasiano nono et Tito.
		171 hisdem consulibus Vespasianus obiit et imperium Titus invasit annos II. dedit consulatos II.
		172 CXIII Tito Augusto octavo et Birro.
171 81 Silvano et Vero,	= et Varone.	173 CXIV Silvano et Commodo.
		174 hisdem consulibus Titus obiit et imperium eius sumpsit Dometianus annos ... dedit consulatos VIII.
172 73 Domitiano et Messalino,	Domitiano et Messala.	175 CXV Dometiano Augusto primo et Messalino et Rufo.
173 83 Domitiano II et Rufo.	= Ruffo.	
174 84 Domitiano III et Sabino.	=	176 CXVI Dometiano secundo et Sabimiano.
175 85 Domitiano IIII et Rufo II.	= Ruffo.	
176 86 Domitiano V et Dolabella.	= Dollabella.	177 CXVII Domitiano tertio et Cerilao.
177	Vetere et Cete- tego.	178 CXVIII Domitiano quarto et Dolomallo.
178 88 Domitiano VI et Rufo III.	= Ruffo.	179 CXVIII Dometiano quinto et Savino.
179	Silvio et Nerva.	
180 89/90 Domitiano VII et Traiano.	= et Reparato.	
181 89/90 Flavio et Nerva.	<i>om.</i>	180 CXX Flavio et Crispo illustrium.
182 91 Glabrione et Traiano II.	Traiano et Glabrione.	181 CXXI Glabrione et Nerva.
183 92 Domitiano VIII et Saturnino.	=	182 CXXII Dometiano sexto et Rufino.
184 93 Silvano et Prisco.	=	183 CXXIII Dometiano septimo et Nigriano.
185 94 Asperiate et Clemente.	= Aspernante.	184 CXXIV Asperiate et Papiseo.
186 95 Domitiano IX et Dolabella.	Domitiano IX et Clemente II.	

<i>FASTI VIND. PRIORES.</i>	<i>FASTI VIND.</i>	<i>BARBARVS SCALIGERI</i>
p. Chr.	<i>POST.</i>	<i>l. 56'.</i>
187	his consulibus Domitianus imperator occisus est et levatus est Traianus imperator.	
188 97 Nerva III et Rufo III.	Nerva II et Ruffo III.	
189 96 Fulvio et Rufo V.	Favio et Ruffo V.	185 CXXV Sinatore et Longino.
190 ? Sabino et Antonino.	=	186 CXXVI Modesto et Busto.
191 98 Nerva III et Traiano III.	Nerva III et Traiano II.	187 CXXVII Domitiano et Prisco.
192 99 Senecione et Palma.	=	188 CXXVIII Senecione et Palmato.
193 100 Traiano III et Frontone.	= III] III.	189 CXXVIII Crispo et Sorano. <i>(deficit.)</i>

<i>FASTI VIND. PRIORES.</i>	<i>FASTI VIND. POSTERIORES.</i>
p. Chr.	
194 101 Traiano V et Orfito.	= V] III.
195 102 Senecione III et Sura II.	= Senecione II et Syra.
186 103 om.	Traiano V et Maximo.
197 ? om.	Senecione III et Syra II.
198 104 Urbano et Marcello.	=
199 105 Candido et Quadrato.	Quadrato et Candido.
200 106 Commodo et Areale.	= Cereale.
201 107 Senecione III et Sura III.	= Senecione.
202 108 Gallo et Bradua.	=
203 ? Africano et Crispino.	=
204 110 Crispino II et Buleno.	Voleno et Crispino II.
205 111 Pisone et Rustico.	=
206 112 Traiano VII et Africano.	Traiano VI et Africano II.
207 113 Celso et Crispino.	Celsino et Crispino III.
208 114 Hasta et Pisone.	= Pisone II.
209 115 Messala et Pedone.	= Mesala.
210 116 Aemiliano et Vetere.	= Emiliano.
211 117 Nigro et Apronia <i>(sic)</i> .	= Aproniano.
212	fiunt a passione domini usque ad consolatum Nigri et Aproniani anni LXXXIII.
213 ? Claro et Alexandro.	= Allexandro.
214 118 Adriano et Salinatore.	=
215 his cons. sol eclipsim passus est.	om.
216 119 Hadrianu <i>(sic)</i> et Rustico.	= Adriano II.
217 120 Serviliano et Fulvio.	=
218 121 Severo et Augure.	Vero et Augure.
219 122 Aviola et Pansa.	=
220 123 4 Paterno et Torquato.	= Torquate.



<i>FASTI VND. PRIORES.</i>	<i>FASTI VND. POSTERIORES.</i>
p. Chr.	
221 123 I Glabrione et Apronia.	= Aproniano.
222 125 Asiatico et Quintillo.	=
223 126 Vero et Ambigolo.	Vero II et Anigola.
224 127 Gallieno et Titiano.	Gallicano et Ticiano.
225 128 Torquato II et Libone.	= II <i>om.</i>
226 129 Celso et Marcello.	= Celsino.
227 130 Catulino et Apro.	= Capitolino.
228 131 Pompeiano et Rufino.	Pontiano et Ruffino.
229 132 Angurino et Sergio.	= Sergiano II.
230 133 Tiberio et Silvano.	= Silvano <i>m. 1.</i> Silvano <i>m. 2.</i>
231 134 Sergiano et Vero.	Vero III et Sergiano.
232 135 Pompeiano et Catilliano.	= Atiliano.
233 136 Pompeiano II et Commodo.	=
234 137 Lellio et Albino.	= Bellio.
235 138 Camerino et Nigro.	=
236 139 Antonino et Presente.	=
237 140 Antonino II et Vero II.	= Vero III.
238 141 Vero et Silvano.	Sebero et Silvano.
239 142 Rufino et Torquato.	=
240 143 Torquato II et Herode.	Herode et Torquato II.
241 144 Aviola et Maximo.	=
242	Saturnino et Gallo.
243 145 Antonino III et Vero III.	= Vero V.
244 221 Grato et Seleuco.	=
245 146 Claro et Severo.	=
246 147 Largo et Messalino.	= Mesalino.
247 148 Torquato III et Iuliano.	= III <i>om.</i>
248 149 Orfito et Prisco.	=
249 150 Glabrione et Romulo.	Glabrione et Vetere.
250 151 <i>om.</i>	Gordiano et Maximo.
251 152 <i>om.</i>	Gallicano et Tumulo.
252 153 Presente II et Rufino.	= II <i>om.</i>
253 154 Commodo et Laterano.	=
254 155 Severo et Sabino.	Severo et Silvano.
255 156 Silvano et Augurino.	Augurino et Silvano II.
256 157 Barbaro et Regulo.	=
257 158 Tertullo et Sacerdote.	= Tertulo.
258 159 Quintillo et Prisco.	= Quintilo.
259 160 Bardua et Vero III.	Bardua et Vero.
260 { 161 Antonino III et Aurelio.	= Aureliano.
261 { A Gaio Iulio Caesare usque ad duos	fiant a G. I. C. n. a. d. A. consules anni
Augustos anni sunt CCXLIII <sup>1)</sup> .	CCXLIII ( <i>post duobus Augustis</i> ).
262 { 161 duobus Augustis.	=

<sup>1)</sup> Cf. *Vita Aelii* c. 5: ipsi (*Marcus et Verus*) sunt qui primi duo Augusti appellati sunt et quorum fastis consularibus sic nomina praescribuntur, ut dicantur non duo Antonini, sed duo Augusti: tantumque huius rei et novitas et dignitas valuit, ut fasti consulares nomini ab his sumerent ordinem consulum. *Prologus pusehae (ex libro Caloniensi 83<sup>2</sup> editus apud Kerschbau Studia p. 226 seq. et p. 321 scriptus a. 395: incipiunt consules nam a duobus Augustis, id est sic corrupte).*

<i>FASTI VIND. PRIORES.</i>	<i>FASTI VIND. POSTERIORES.</i>
p. Chr.	
263 162 Rustico et Aquilino.	=
264 163 Leliano et Pastore.	= Selliano.
265 164 Marino et Celso.	= Maerino.
266 165 Orfito et Pudente.	Horfito et Prudente.
267 166 Pudente II et Pullione.	Pullione et Prudente II.
268 167 Vero V et Quadrato.	= V  II.
269 168 Proniano et Paulo.	= Aproniano.
270 169 Prisco et Apolinaro.	= Appolinare.
271 170 Cethego et Claro.	= Cethego.
272 171 Vero et Erenniano.	Sebero et Hermiano.
273 172 Orfito et Maximo.	Horfito II et Maximo.
274 173 Severo II et Pompeio.	= Pompeiano.
275 174 Gallo et Flacco.	=
276 175 <i>om.</i>	Pisone et Tulliano.
277 176 Pullione et Apro.	=
278 177 Commodo et Quintillo.	Commodo I et Quintillo.
279 178 Orfito et Rufo.	Orfito III et Ruffo.
280 179 Commodo II et Vero VI.	= VI <i>om.</i>
281 180 Presente et Gordiano.	=
282 178 Orfito et Rufino.	<i>om.</i>
283 181 Commodo III et Birro.	= et Vero II.
284 182 Mamertino et Rufo.	= Ruffo.
285 183 Commodo III et Victorino.	et Victorino Commodo III.
286 184 Marulo et Aeliano.	et Emiliano Marulo.
287 185 Materno et Bradua.	<i>om.</i>
288 186 Commodo V et Glabrione.	et Glabrione ( <i>om.</i> Commodo V).
289 187 Crispo et Aeliano II.	Crispino et Eliano.
290 188 Fusciano et Aeliano.	Fusciano et Silano.
291 189 duobus Silanis.	duobus et Silanis.
503 Volusiano v. e. consule.

504 Ceteo v. e. consule.

1. His consulibus Theudoricus rex Ro-  
 mam ingressus occidit Odomum comi-  
 tem III non. Mai.<sup>2)</sup>

505 Theodoro v. e. consule.

506 Messala v. e. cons.

507 Venantio iun. v. e. cons.<sup>3)</sup>

508 alio Venantio v. e. consul.

509 Importuno v. e. consule.<sup>4)</sup>

510 Boetio iun. v. e. consule.

511 Felice v. e. consule.

512 p. e. Felice (*om. H<sup>1</sup>*) v. e. consule.

513 Probo v. e. consule.

514 Senatore v. e. consule.

1. Theudoricus rex Mediolanium veniens  
 Petiam comitem interfecit VII id. Iun.

515 Florentio v. e. cons.

516 Petro v. e. cons.

*c. 39*: omnes adversarios devictos trigesimo  
 regni sui anno Ravenniamum exercitum  
 Siciliam misit. depopulavit et suis dieio-  
 nibus mancipavit.

*l. c.* et ipsius temporibus a parte aqui-  
 lonis ab omnibus visum est caelum ar-  
 dere.

1) sequitur Gelasius papa supra p. 270 c. 40.

Arant. ad a. 500: Eo anno interfectus est Odoind Romae.

4) sequitur Symmachus papa supra p. 270 c. 42.

2) cf. Anan. Vales. supra p. 324 c. 68 et Marius

3) sequitur Anastasius papa supra p. 270 c. 41.

## FASTI VIND. POSTERIORES.

## PASCH. CAMP.

	p. Chr.		
672	517	Agapito.	517 Agapito.
673	518	p. e. Agapiti.	518 p. e. Agapiti.
674	519	Eutarco Cilliga.	519 Eutaricus Cillica
675	520	Rustico.	520 Rusticio.
676	521	Valerio.	521 Valerio.
677	522	Symmacho et Boetio.	522 Symmacho et Boetio.
678	523	*Maximo [Florentio et Maximo S]	523 Maximo.
679		*eo anno [eo a. om. S] Theodericus occidit Symmachum [symmachum S] et Boetium et mortuus est post dies XVIII [sic plene et J et S]	
680		*et mortuus est Iustinus imp. et levatus est Iustinianus imperator.	
681	524	Opilione et Filoximo.	524 Opilione.
682	525	Probo et Iustiniano Aug.	525 Probo iuniore.
683	526	Olybrio et Hilario.	526 Olybrio iun.
684	527	Maburtio et Vittelliano.	527 Mavortio.
685	528	p. e. Maburti et Iustiniano II.	528 p. e. Mavorti.
686	529	Decio iun. et Vitelliani (sic).	529 Decio iuniore.
687	530	Lampadio et Horestes.	530 Lampadio et Oreste.
688	531	p. e. Lampadi et Horestis.	531 p. e. ssorum.
689	532	item p. e. Lampadi et Horestis.	532 it. p. e. ssorum.
690		his ce. revolutus est cyclus paschalis VI, qui fiunt anni DIII.	
691	533	et iterum p. e. superiorum.	533 et it. p. e. ssorum.
692	534	Paulino.	534 Paulino iuniore.
			535 p. e. Paulini.
			536 it. p. e. Paulini, quod est consulatu Vili[sari].
693	538	et Iohanne.	537 p. e. Belisari.
694	535	p. e. Paulini.	538 Iohanne.

## AVCT. HAVNIENSE.

## AGNELLS.

517. Agapito  $\bar{v}$ .  $\bar{c}$ . cons.  
 518 p.  $\bar{c}$ . Agapiti (ps item agapito *H*)  
 $\bar{v}$ .  $\bar{c}$ . cons.<sup>1)</sup>  
 519 Fl. Eutharico Celia  $\bar{v}$ .  $\bar{c}$ . cons.  
 520 Rustico  $\bar{v}$ .  $\bar{c}$ . cons.

- 522 Simmacho et Boetio.  
 523 Maximo  $\bar{v}$ .  $\bar{c}$ . cons.

*c. 39:* Simmachus et Boetius patricii Theodorico iubente carne propinqui civesque Romani cum securibus capitibus amputati sunt.

## AGNELLS.

- c. 39:* et Iohannes papa Romanus post legationem de Oriente cum Ecclesio episcopo Ravennae iussu regis Ravennam ductus ab Theodorico coactus est et tandem detentus est, quamdiu mortuus et infra carcere publico in area marmorea sepultus est. *eodem c. 57, ubi additur Iohannem et Ecclesium missos esse cum ceteris episcopis.*  
 2. *l. c.:* Theodoricus autem post XXXIV anno regni sui coepit claudere ecclesias dei et coartare Christianos.  
 3. *l. c.:* et subito ventri fluxus incurrens mortuus est sepultusque est in mausoleum quod ipse aedificari iussit extra portas Artemetoris quod usque hodie vocamus ad farum.

*c. 62:* defunctus est Athalaricus rex Ravennae VI nonas Octobris et alia die elevatus est Deodatus et deposuit Malasinthia regina de regno et misit eam Deodatus in exilium in Vulsenis pridie kal. Maias.

*l. c. ad a. 536?:* non post multos dies ivit rex Deodatus Romam et revertente occisus est a Gothis XV miliario de Ravenna mense Decembris.

et in mense Madio ipso anno ingressus est Belisarius patricius in civitate Classis et ingressus est Ravennam.

dehinc reversus ad Siciliam depopulavit eam.

<sup>1)</sup> sequuntur Isidoriana supra p. 269 c. 25, 26.



	<i>FASTI VIND. POST.</i>	<i>PASCH. CAMP.</i>	<i>AGNELLVS.</i>
	p. Chr.		
695	539 et Apione.	539 Appione	
696	his consul. mortui sunt Alaricus rex et Theodatus rex et levatus est Gutigis rex	com.	
697	et Bilisarius intravit Romanam et predata est Neapolis a militibus Bilisarii.		

*EXCERPTA SANGALLENSIA.*

698	539? p. c. Bilisarii III et Stratigii III [ <i>sequitur litura sc. l. l.</i> ]		
699	tenebrae factae sunt ab hora diei III usque in horam III die Saturnis <sup>1)</sup> [ <i>sic</i> ]		
	.....	540	Iustino.
		541	Basilio iunior.
700	542? p. c. Basili.	542	p. c. Basili.
701	levatus est Vadua rex.		
702	et fuit nimia mortalitas in homines ex vulneribus.		
	.....	543	it. p. c. Basili. <i>l. c. ad a. 548.</i> Defuncta est Theodora Augusta Constantinopolim die XXVII mense Julio.
703	549 p. c. Basili VIII.		
704	eo anno ingressus est Vadua rex in Romanam XVII kl. Februarias.		
	.....		

et ingressus est Narsis chartularius Ravennam cum exercitu magno in

praedicto mense V feria et pugnavit cum Tutilano rege et mortuus est et multitudo exercitus eius ceciderunt gladio et reliqui vulnerati abierunt.

et levaverunt super se Gothi regem nomina Theia in Ticino et fuit modica quies.

*c. 79:* pugna facta est inter Gothos et milites exercitus [exierunt *cod.*] Narsis in kal. Octobris in Campania et caesi sunt Gothi et corpora hominum Gothorum multa mortua sunt et occisus est Theia rex Gothorum a Narsi.

1) *Adnotat Rossius formula p. c. Belisarii III tam a. 539 significari posse quam a. 540; quod sequitur spectare videri ad p. c. Apionis Strategii sive ad a. 540; eclipses solis adnotari ei ad a. 539 die Jul. 1 Veneris hora IVS post meridiem, a. 540 die Jun. 20 Mercurii hora IXS ante meridiem.*

## AGNELLS.

et reversus est in pace et venit Lucam: expulit inde Gothos mensis Septembris.

et restituta est civitas Foro Cornelii ab Antiocho praefecto. et iterum venit Ravenna praedictus Narsis cum victoria magna. deinde ivit Romam.

et perrexit in Campaniam in castrum Cumas et ibi moratus est.

Post haec autem Manichaeorum hereses exorta est in civitate Ravenna, quam orthodoxi Christiani convincentes eiecerunt extra civitatem in loco qui dicitur Fossasconi iuxta fluvium lapidibus obruerunt et mortui sunt in peccatis suis et ablata sunt mala a Ravenna.

Post tertium vero annum signum ruboris apparuit in caelum die XI mensis Novembris.

*ad a. 561:* mortuusque est papa Pelagius die III mensis Martii. tunc Narsis patricius cum exercitu suo Romam perrexit.

et in ipso tempore multa signa et prodigia facta sunt circa Ravennam. ita ut multi signarent res suas et domos et vasa, ut agnoscerentur. et a multis apparebant visiones in die quasi homines secum loquentes facie ad faciem.

et pugnaverunt contra Veronenses cives et capta est Verona civitas a militibus XX die mensis Iulii.

et visum est aliud signum magnum et terribile et eeee in aere quasi hominum pugna inter se dimicantes velut in proelium VIII kal. Augusti hora diei tertia. die II feria et exinde territi sunt multi.

*c. 90:* Expulsi sunt Franci de Italia per Narsem patricium.

et post haec apparuit stella comis mense Augusto usque in kalendas Octobris.

## EXCERPTA SANGALLENSEA.

p. Chr.

- 705 565 quattuor decies proconsul Basilius  
[*scr.* XXIII p. c. Basili]
- 706 eo anno apparuit in caelo stella  
ardens sicut facula.
- 707 et mortuus est Iustinianus imp. et  
levatus est Iustinus imp. XI kl.  
Ianuarias.  
. . . . .
- 708 567 p. c. Iustini anno.
- 709 in caelo luna XVI non comparuit  
II kl. Ian.<sup>1)</sup>
- 710 et occisus est Sindual rex.  
. . . . .
- 711 569 item p. c. Iustiniani Aug. anno.
- 712 Longobardi [*sic*] intraverunt in  
Italiam XII kl. Apriles.  
. . . . .

## AGNELLS.

*ad a. 565 c. 90:* et mortuus est Iustinianus  
Augustus Constantinopolim quadrage-  
simo anno imperii sui et luctus ingens  
ubique fuit et maeror nimis de tali ortho-  
doxo viro.

et apparuerunt signa rubra in caelo.  
et civitas Fano igne concremata est et  
multitudo hominum flamma consumpta  
est.

castrumque Cesinate incendio devo-  
ratum est.

tertio vero anno Iustini minoris im-  
peratoris Narsis patricius de Ravenna  
evocitatus egressus est cum divitiis om-  
nibus Italiae et fuit rector XVI annis  
et vicit duos reges Gothorum et duces  
Francorum iugulavit gladio.

<sup>1)</sup> Scilicet secundum canonem Victorii k. Ian. a. 568 luna fuit XVII. Rossi.

## EXCERPTA SANGALLENSIA.

## AGNELLIUS.

- p. Chr.
- 713 571? p. c. Iustini Aug. III anno. *c. 94: eo anno occupata Venetias a Langobardis est et invasa: absque bello expulsi sunt.*
- 714 de Neapolim egressus Narsis ingressus Romam et deposuit palatii eius statuam et Capitolium.
- 715 et fuit hominum et boum nimia mortalitas. *l. c. ad a. 571 c. 94: Anno quinto Iustini II imperatoris pestilentia bovum et interitus ubique fuit.*  
*post vero depraedata a Langobardis Tuscia, obsiderunt Ticinum.*
- c. 95: Tota Italia vexatione maxima exagitata est.*  
 tunc illis temporibus in Caesarea iuxta Ravenna a Longino praefecto palaeopiam in modum muri propter metum gentis extructa est.  
 deinde paulatim Romanus defecit senatus et post Romanorum libertas cum triumpho sublata est. a Basilii namque tempore consulatum agentis usque ad Narsetem patricium provinciales Romani ubique ad nihilum redacti sunt.  
 post haec vero exierunt Langobardi et transierunt Tusciam usque ad Romam et ponentes ignem Petram Pertusam incendio concremaverunt.  
 et construxerunt praedicti Langobardi Forum Corneli et consummata est civitas ab eis.  
 In diebus illis excitata est gens Avarorum, in Pannonia deventi sunt.  
 Narsisque patricius obiit Romae, postquam gessit multas victorias in Italia cum denudatione omnium Romanorum Italiae. in palatio quievit: nonagesimo quinto vitae suae anno mortuus est.
- 716 VI p. c. Iustini Augusti. *c. 96: imperante Iustino II anno VI nepos Iustiniani Alboin rex Langobardorum a suis occisus est in palatio suo iussu uxoris suae Rosmundae IV kal. Iulias. (sequuntur excerpta ex Paulo).*
- 717 eo anno occisus est a suis Albida rex Langobardorum VIII kl. Iun.
- 718 et fuit hominum nimia mortalitas. *l. c.: (Rosmunda) cum multitudine Gebedorum et Langobardorum mense Augusti Ravennam venit et honorifice a Longino praefecto suscepta est cum omni ope regia. sequitur narratio de morte Rosmundae. tunc Longinus praefectus abstulit omnes Langobardorum thesauros et cunctas opes regias, quas Rosmunda de Langobardorum regno attulerat una cum Rosmundae et Alboini regis filia ad Iustinianum imperatorem Constantinopolim transmisit et gavisus est imperator et auxit praefecto plurima.*

## AVCTARII HAVNIENSIS EXTREMA.

1. Mortuo Theodorico rege Gothorum intra Italiam Iustinianus Asuadum magistrum militiae Italiae praefecit, qui proelio superatos Gothos multos eorum duces cum exercitibus Alpes traiecit urbesque Italiae plurimas praecipue Liguria restituit.<sup>1)</sup>
2. Huius<sup>2)</sup> anno secundo Asbadus, postquam Italiam a (*om. II*) feritate Gothicae gentis compescuit, moritur Ticinio sepultusque in basilica beati Nazarii martyris his super sepulchrum versibus descriptis:

Si non mortalis sors irrevocabilis aevi  
 Fletibus atque fides poneret ipsa modum.  
 Asbade maiorum, quos virtus extulit, instar.  
 Fortibus exemplum corpore mente viris (*uires II*).  
 Continuata tuam lugerent secula mortem,  
 Iustitiumque tibi publica res ageret.  
 Immeris cuius micat illustrata triumphis.  
 Quos dedit occasus, contulit et (*aut II*) oriens.  
 Rexisti fortes equitum peditumque catervas  
 Iure magisterii nobilitate gradu.  
 Tu bello Gothias expulsis gentibus Alpes  
 Dedisti Latio victor in imperio.  
 Per te diversae destructis moenibus urbes  
 Gaudent ad prisecum se remeasse deens.  
 Post te solamen superest lugentibus unum,  
 Gloria quod tecum non tumulata iacet.<sup>3)</sup>

3. Mortuo igitur Asbado Gothi Italiam demum obtinent, contra quos Narses patricius a Iustiniano mittitur, qui, cum multis proeliis Gothos cum rege Tothilane (*sic II<sup>a</sup>*, thothilane *II<sup>b</sup>*) superavisset, Italiam Romano imperio reddidit urbesque dirutas restauravit totiusque Italiae populos expulsis Gothis ad pristinum (cum *ins. II<sup>2)</sup>*) reducit gaudium.<sup>4)</sup>

4. Narses patricius cum Italiam (*italiae II*) florentissime administraret (*administr. II<sup>a</sup>*) et urbes atque moenia ad pristinum decorem per XII annos restauraret et populos suo iure atque prudentia foveret, Sophiae Augustae Iustini conjugis minis motus et obprobriis ignavae feminae perturbatus Alboacnum (*albaenum II<sup>1)</sup>*) regem Longobardorum cum omni exercitu suo ab Pannoniis invitavit, qui cum Gebodorum regem Cunemundem, qui tunc apud Syrmium regnabat, cum quo tunc proelium ob praecedentium iurgiorum fomenta inierat, devicisset filiamque eius sibi in matrimonio copulasset, collectis suorum hostium copiis cum omni gente Longobardorum Italiam intravit.<sup>5)</sup>

HAVN. *marq.* (*supra p. 266*)

Anno V Iustiani (*sic*) Longobardi Italiam ingressi.

5. Sed postquam per duos annos et menses X Longobardis quiete post proelia Italiae insedentibus ius regale rite administraret, uxoris suae Rosemundae regis Conimundi (*-dae II<sup>a</sup>*) filiae dolo apud Veronam interfectus est auxiliante sibi Elmi-

1) inseruntur *Hormisda papa p. 270 c. 43 et caput Isidori supra p. 269 c. 27.* 2) scilicet *Iustiniani secundum compilatorem.* 3) inseruntur *Isidoriana c. 269 c. 28, 29, 30 et papae Iohannes Felix Bonifacius Iohannes Agapetus supra p. 270 c. 44-48.* 4) inseruntur *Iustinus minor ex Isidoro supra p. 269 c. 31 et Severus et Vigilii papae supra p. 270 c. 49, 50.* 5) *Ex iisdem ut videtur chronicis et excerpta Sangallensia supra p. 335 c. 712 et Isidorus: Narsis patricius postquam sub Iustiniano Augusto Totilanem Gothorum regem in Italia superavit, Sophiae Augustae Iustini conjugis minis perterritus Langobardos a Pannonia invitavit eosque in Italiam introducit, item et etiam plenius, pariter opinor ex chronicis Italicis integris, Paulus hist. Lang. 2, 5, cf. origo gentis Lang. c. 5.*

## AVCTARII HAVNIENSIS EXTREMA.

- gisilo, cum quo adulterari eredebatur: quod postea manifestum est, dum eum sibi in loco mariti tam coniugio quam etiam regno (*om. II*) copulare conata est. sed cum Langobardis nequaquam placere doli sui usurpationem (*-ne II*) sensit, cum regio thesauro et marito Ravennam aufugit, sed non longo inibi potiti praesidio vita caruere.
6. Itaque Alboeno mortuo Langobardis praefuit Cleppho anno I et VI mensibus.
  7. Quo mortuo per XII ann. absque rege fuere Langobardi: tantummodo duces praecerant, inter quos primus Zafan Ticinensium dux, qui Gallias aggredi conatus est et maximum robur Langobardorum super annem Rodanum haut procul a loco Agaumen-sium martyrum, quem praecipue Mauricii martyris virtus illustrat, cum dedecore (*fugiens ins. H<sup>2</sup>*) amisit et cum paucis, qui ex fuga remanserant, Italiam repetit.<sup>1)</sup>
  8. Langobardis intra Italiam post ducum principatum rursus rex praeficitur Autharith ann. VI mens. VI, qui Longobardorum vires in Galliis fractas suo ingenio atque prudentia restauravit superatis Francis, qui intra Italiam diffusi populabantur, interfecto duce eorum Ollone apud Tiligonam castrum.
  9. Qui etiam amicitia (*-tiam II*) post cum Francis inita (*initam II*) coniugem de Baioariis abductam gloriosissimam Theudelindam reginam, quae non regali tantum iure quantum pietatis affectu Longobardorum gentem enutrivit, sibi matrimonio copulavit.<sup>2)</sup>
  10. Avari adversus Romanos dimicant et sceleratissime rem publicam debellant, qui non proelio sed auro pelluntur et muneribus.<sup>3)</sup>
  11. Romani dum undique bella sustinent et gravibus proeliis reipublicae damna multiplicari vident, dum foris hostes superare nequeunt, intra sese ad debellandum accenduntur, nam collecti undique militares manipuli sibimet Focatem principem faciunt et contra Mauricium, qui eisdem aequo iure imperabat, consurgunt, quem cum Focas cum multorum nobilium caede trucidasset, ipse mox imperii sceptrum suscepit, qui quantum suis temporibus rei publicae intulerit, subter demonstravimus.<sup>4)</sup>
  12. Prasini et Veneti (*benethi II*) per Orientem vel Aegyptum (*egiptum II*) civile bellum faciunt ac sese mutua caede prosternunt.<sup>5)</sup>
  13. Haec dum interius in re publica aguntur, Persi adversum exterius eam excitantur, qui tam gravissime debellando accedunt, ut innumeras vicinas suo regno provincias ipsamque Aegyptum ac Iudaeam a Romano iure subtraherent et sibi tributarias facerent.<sup>6)</sup>

1) inseruntur Isidori supra p. 269 c. 33, 34 (*Tiberius*), papae Pelagius et Iohannes supra p. 270 c. 51, 52, Isidori supra p. 269 c. 35, papa Benedictus supra p. 270 c. 53, Isidoriana supra p. 270, 271 c. 36 (*Mauricius*), 37. 2) sequuntur Isidoriana supra p. 270 c. 38 et papa Pelagius supra p. 270 c. 54. 3) Isidorus: Avars adversus Romanos dimicantes auro magis quam ferro pelluntur, ex chronicis Italicis magis quam ex Isidoro Harniensis: sequitur apud Harniensem papa Gregorius supra p. 270 c. 55. 4) Isidorus: iste (Focas) seditione militari imperator effectus Mauricium Augustum nobiliumque multos interfecit, narrationem Isidorianam ex Harniensi breviam esse, nequaquam hanc ex illo ampliatam ostendunt relationes Theophylacti et Theophanis, at quae sequuntur in Harniensi: Romanorum LIII regnavit Focas an. VIII magis videntur esse Isidoriana (supra p. 270 c. 38<sup>a</sup>). 5) Isidem verbis Isidorus omnino ex chronicis Italicis, Paulus hist. Lang. 4, 36 utrum sumpsit ex chronicis Italicis an ex Isidoro, incertum est, num habuit librum utrumque, sed Isidorianum in historia Langobardorum praeterca non adhibuit. 6) Similiter Isidorus: proelia quoque Persarum gravissima adversus rem publicam, a quibus Romani fortiter debellati plurimas provincias et ipsam Hierosolymam amiserunt, item Beda: Persae adversus rem publicam gravissima bella gerentes multas Romanorum provincias et ipsam Hierosolymam auferunt et destruentes ecclesias sancta quaeque profanantes inter ornamenta locorum vel sanctorum vel communium quae abstulere, etiam vexillum dominicae crucis abducunt iisdemque fere verbis Paulus hist. Lang. 4, 36, narratio haec licet non ad Phocae imperium pertineat, sed ad Heraclii annos quartum et quintum, ab Harniensi refertur reliquis plenius (cf. Theophanes ad a. 6107: τὰ ἑτὶ τῷ ἔτει παρ' ἑλαβὸν οἱ Ἡρόσια πύλας τῆς Αἰγύπτου, καὶ Ἀλεξάνδρειαν καὶ Ἀθήνας: Nicophorus ἱστ. ἑβρ. p. 9 de Boor). Isidorum eum sumpsisse ex chronicis Italicis dubium non est, Beda priorem partem ex Isidoro, de cruce quae addit aliunde sumpsit, cum chronicorum Italicorum excerpta certe nulli apud eum reperiantur, Paulus in his Bedam compilavit.

## AVCTARII HAVNIENSIS EXTREMA.

14. Langobardis post Autherenem regnat Agilulfus qui et Ago ann. XXV.
15. Agilulfus gloriosissimam Theudelindam reginam sibi matrimonio copulavit.
16. Romanos contra se dimicantes devicit atque prostravit urbesque multas. quae Romano praesidio tenebantur. Cremonam. Brixillam. Mantuam suricarias (*fortasse* sub-urbiarias) captas diruit ac solo acquavit.
17. Postremum cum totius robore (robur *II*) exercitus ad obsidionem urbis Romae perrexit ibique cum beato Gregorium. qui tunc egregie regebat ecclesiam. sibi ad gradus basilicae beati Petri apostolorum principis occurrentem reperisset. eius (cuius *II*) precibus fractus et sapientia atque religionis gravitate tanti viri permotus ab urbis obsidione abscedit. ea tamen. quae ceperat. tenuit ac sese regrediens Mediolanium recepit.<sup>1)</sup>
18. Romanorum LIII regnavit Heraclius. qui nunc XXX imperii agit annum. Heraclius (er- *II*) filium Heraclium (er- *II*) Constantinum consortem regni facit.<sup>2)</sup>
19. Persi adversus rem publicam dimicantes ad Calcedoniam usque pervenerunt.<sup>3)</sup>
20. Alia vero ex parte Chuni murum longum irrumpentes et ad moenia accedentes cum Heraclio (er- *II*) in muri arce adstante colloquantur acceptoque ab eo pretio recedunt.<sup>4)</sup>
21. Heraclius Eletherium ad tuendam partem Italiae. quam nondum Langobardi occupaverant. mittit.<sup>5)</sup>
22. Eletherius adversus Longobardos saepe into bello vincitur per Sundrarium maxime Longobardorum ducem. qui apud Agilulfum bellicis rebus instructus erat. (animum *inscrit Hirschfeld*) amiserat Eletherius et cum saepe suorum ruinam cerneret. pacem cum Longobardis facit. ea tamen condicione. ut quinque centenaria. quae dudum. cum ad obsidendam Romam Agilulfus rex venisset. per singulos annos dare Longobardis statuerant. persolverent Romani.
23. Eletherius cum erga se Longobardorum gentem pacatam videret. imperium conatur (imperii conatus *II*) suscipere. sed cum iam purpuram induisset atque coronam sibi dari poposceret. venerabilis viri Iohannis interventu adhortatur. ut ad Romam pergeret. atque ibi. ubi imperii solium maneret. coronam sumeret. quod consilium ratum iudicans obaudivit. sed temerae usurpationis audacia non diu potitus est. nam cum a Ravenna profectus pergeret Romam. apud castrum Luciolis paucis iam suo itinere comitantibus a militibus interficitur.
24. Mortuo apud Mediolanium (-nim *II*) Agilulfo Adaluual filius eius cum matre Theudelinda regni curam suscepit regnavitque cum matre annis decem.

1) *Sequuntur papae Sabini et Bonifatii duo supra p. 271 c. 56—58*      2) *Cf. Isidorus: Heraclius dehinc quintum agit imperii annum. filii non meminit.*      3) *Redeunt haec in auctario Isidori: huius tempore Persi Calcedoniam usque pervenerunt.*      4) *Redeunt in eodem auctario: Hunc murum longum irrumpentes et ad moenia Constantinopolis perecedentes cum praedicto imperatore mutuo in muro stante colloquantur: qui acceptum pretium ab eo pacis ad tempus recedunt.*      5) *sequitur papa Deusdedit p. 271 c. 59.*



# PROSPERI TIRONIS

## EPITOMA CHRONICON

EDITA PRIMVM A. CCCXXXIII

CONTINVATA AD A. CCCCLV

ACCEDVNT

- I. ADDITAMENTA AFRICANA A. 446—455.
- II. ADDITAMENTA ALTERA A. 446—457.
- III. CONTINVATIO AD A. 462.
- IV. AVCTARIVM EPITOMAE VATICANAE.
- V. EPITOME CARTHAGINIENSIS.
- VI. INTERPOLATIONES CHRONICIS PROSPERI  
INSERTAE SAEC. XV.



	}	<i>A</i> codices quinque qui sequuntur aut omnes aut plures; v. p. 358.
		<i>A</i> <sup>r</sup> Laurentianus S. Marci n. 638 saec. XI.
		<i>A</i> <sup>s</sup> Laurentianus pl. 90 sup. n. 42 saec. XV.
		<i>A</i> <sup>t</sup> Florentinus Riccardianus n. 321 saec. XV.
		<i>A</i> <sup>u</sup> Berolinensis Cheltenham. n. 1879 saec. XV.
		<i>A</i> <sup>v</sup> Matritensis bibl. nat. <i>P</i> 63 saec. XV.
a. 378—440		<i>B</i> Bruxellensis n. 1794 saec. X; v. p. 367.
ab initio ad a. 455		<i>C</i> Bruxellensis n. 5169 saec. IX; v. p. 366.
a. 453—455		<i>D</i> Londiniensis n. 16974 saec. X; v. p. 366.
a. 378—445		<i>E</i> Leidensis Freherianus Seal. n. 14 saec. IX; v. p. 367.
a. 378—455		<i>H</i> Havniensis n. 454 saec. XII; v. p. 362.
ab initio ad a. 455		<i>L</i> vel <i>L</i> <sup>ed</sup> Labbaei editio: ea ubi consentit cum <i>L</i> <sup>s</sup> , haec nota sola ponitur. <i>L</i> <sup>s</sup> a Labbaeo adscripta ad cod. Berolinensem Cheltenham. n. 1879 potiora: quae pertinent ad solius libri Berolinensis vitia corrigenda aliaque plura suppressimus. v. p. 354.
ab initio ad a. 455		<i>M</i> Laurentianus plut. 65 n. 35 saec. X; v. p. 354.
a. 327—337 ) et 383—445 )		<i>O</i> Escorialensis Ovetensis <i>R</i> II 18 saec. VII; v. p. 362.
a. 378—415		<i>P</i> Laurentianus Poggianus plut. 67 n. 15 saec. XV; v. p. 368.
a. 378—415		<i>R</i> libri duo qui sequuntur descripti ex Reichenavensi consentientes; v. p. 362. <i>R</i> <sup>p</sup> Parisinus 4860 saec. X; v. p. 363. <i>R</i> <sup>v</sup> Augustanus Vindelicorum n. 223 saec. XV; v. p. 365.
epit. operis integri		<i>V</i> Vaticanus reginae n. 2077 saec. VI; v. p. 371.
a. 378—415		<i>X</i> Limogiensis n. 1 (pars prior); v. p. 367.
ab a. 272 ad a. 455		<i>Y</i> Limogiensis n. 1 (pars posterior); v. p. 357.
a. 378—445		<i>Z</i> Matritensis bibl. univ. n. 434 saec. XIII; v. p. 367.

[ ] Uncis quadratis in textu quae comprehenduntur, aut adsunt in codicibus in margine adnotatis solis aut, ubi his *om.* vocabulum praemittitur, in iis omittuntur, adsunt in reliquis: pleraque eorum Prospero abudicanda sunt.

Adnotationes a Prospero in margine positae in hac editione exhibentur in textum receptae distinctae versibus brevioribus et ad formam scholiorum interlineariorum redactae. editio ubi recedit a forma indicata in libris iis, qui ad eam diversitatem attendunt, qui sunt *MCLO*, in codicum indice paginis subiecto adscribitur quod pro adnotatione editur in codice illo in textum receptum esse et vice versa. adnotationes in *M* in textum receptae distinctae litteris minoribus, ubi editio tacet, eundem locum obtinent atque in editione, scilicet perscriptae sunt post verba in editione proxime praecedentia. contra ubi adnotatio locum alium obtinet, ut saepe ibi textum male interrumpit, locus indicatur recepto in textum adnotationis numero sequente codicis nota: exempli causa adnotationes de Niobe ac Serapide c. 36, 37 insertae sunt in *M* coniunctae post verbum c. 35 *entesimona*. codices *LO* cum adnotationes exhibeant ad marginem scriptas, locus quem teneant indicat adnotationis numerus insertus cum codicis nota post capitis eius, ad quod adnotatio adscripta est, numerum. exempli causa c. 36 in *A* legi iuxta c. 35 indicatur sic: 35 [36 *A*] *Chius temporis*. ex reliquis qui solus inter textum et adnotationes discriminat *C*, modo eas in margine collocans (*C*<sup>m</sup>), modo textui eas inserens rubricatas (*C*<sup>r</sup>), cum id non constanter faciat, de hoc ea tantum praestamus, quae discrete enuntiantur, exempli causa loco supra laudato c. 36 legi in *C* ibi ubi est in *M*, c. 37 post verba c. 40 *ann. XCII*.

Anni passionis a Prospero per decennia enuntiatum secundum vestigia codicum (v. p. 350) in editione hac ad omnes annos adscripti sunt.

Prospero chronicorum horum auctori secundarium nomen tribuunt in ipsis chronicis libri duo qui auctoritatem faciunt, scilicet Bruxellensis, nobis *C.*, ubi dicitur *Prosper Tiro*, et apographa duo Reichenaviensis deperditi nobis *R.*, in quibus est *Tiro Prosper*, et sub eodem duplici cognomine *Prosperi Tironis* Beda in libro de arte metrica (apud Keilium gramm. Lat. 7 p. 257) citat carmen anacreonticum ad coniugem sive iure sive iniuria Prospero adscriptum (opp. p. 773 ed. Paris. a. 1711); reliquorum librorum ab eo scriptorum cum iusta recensione careamus, inscriptionibus quae eis praefiguntur non immoramur. videtur igitur non temere Tironis nomen ei tribui, quamquam qui eius meminerunt auctores tam aequales quam posteriores id ignorant neque quinti saeculi consuetudini id satis respondet. nam exceptis nobilissimis quibusque hominibus, quales sunt Placidus Valentinianus, Nicomachus Flavianus, Faustus Glabrio, haec aetate ad nomen gentilicium, quod et ipsum rarecit, cognomen duplex non solet adiungi. sane praeter cognomen signo multi usi esse inveniuntur, et haud scio an id in Prosperum quoque cadat. nam qui unus locum quendam ex chronicis hisce ad verbum affert Liberatus auctor Africanus aevi Iustiniani, scilicet capita 1296, 1297, sic ea citat: *in epitoma chronicorum Lucentius hoc ponit et dicit*, ubi cum dubium non sit Prosperum ipsum laudari, verisimile est eum praeter cognomen signo quoque Lucentii appellatum esse.<sup>1)</sup> — *Homo Aquitanicarum regionis* dicitur a Gemadio Massiliensi c. 85 (infra p. 346) eandemque originem indicant cum epistula ad Augustinum mox adleganda tum ipsa chronica ad Gallicas res praesertim attendentia: cuiusnam civitatis fuerit, ignoratur.

Antiquissimum quod de eo superest testimonium continetur epistulis duabus (inter Augustinianas n. 225, 226) datis ad Augustinum proximis ante obitum eius annis († 430) ab ipso Prospero altera, altera ab Hilario episcopo Arelatensi de secta Pelagii controversiisque de gratia dei et libero hominis arbitrio Massiliae potissimum per eos annos agitatae.<sup>2)</sup> respondens Augustinus edidit libros duos de praedestinatione sanctorum ad

1) Editor Liberati Garnierius quod propter hunc locum chronicorum partem posteriorem Prospero abdicat, recte omnino reiecit Tillemont (*mém. eccl.* 16, 733): sed quod ipse coniecit intellegi compilatorem chronicorum Prosperianorum praeterea ignotum, non magis probari potest, cum praesertim Prosperi chronica et ipsa inscripta fuerint epitoma. Lucentius episcopus Aclanensis (eo enim ducunt corruptelae librorum relatae apud Tillemontium l. c. 15, 912) a Leone episcopo Romano missus a. 451 cum Paschasio ad concilium Chalcedonense (Tillemont l. c. 15, 619) nihil impedit quominus fuerit auctor chronicorum, qui ex presbyteratu ad episcopatum evehi potuit et signo magis uti quam cognomine: sed in re incerta ab ea coniectura abstinimus. 2) Duae haec epistulae aperte conexas sunt, cum Prosper scribat Hilarium Arelatensem Pelagii sectatorem et ipsum, sed nihilo minus Augustini admiratorem velle eum de his quaestionibus interpellare, Hilarius autem egisse se *cum viro tum moribus tum studiis claro*, ut eam quaestionem Augustino tractandam proponeret litteris hisce suis iungendis, Prosperum non nominans, sed significans; etiam Leonii diaconi utraque epistula pariter meminit. denique Hilarius dubitationes suas non reticet, quamquam urbanus fortasse quam verius finiens negat se ita haec scribere quasi dubitaret de his quae Augustinus nunc edidisset. ceterum Hilarius cum se laicum dicat, scripsit antequam episcopus Arelatensis factus est, Prosper post eum creatum, quae nominatio evenit circa a. 429, cogitavitque de ea ipsa Prosper haec scribens de adversarii Pelagianae sectae addictis: *multum nos et vitae meritis antecellunt et aliqui eorum adepto imper summo sacerdotii honore superminent*.

Prosperum et Hilarium' (opp. 10, 789 seq. Vall.). ad easdem controversias spectant libelli a Prospero proximis annis editi qui supersunt 'epistula ad Rufinum de gratia et libero arbitrio' et carmen 'de ingratia', nempe Pelagianis, et pro Augustino responsiones ternae, et 'ad capitula obiectionum Gallorum calumniantium' et 'ad capitula obiectionum Vincentianarum' et 'ad excerpta Gemensium', item contra collatorem qui dicitur sive pro defensione sancti Aurelii Augustini Hipponensis episcopi contra Cassiani presbyteri librum qui titulo de protectione dei praenotatur, praeterea expositionem psalmodum edidit et sententias ex Augustino subiectas tam prosa oratione quam carminum forma, in omnibus hisce scriptis non minus orthodoxiae spiritum quam Augustini studium prae se ferens, praeterea non indisertus et litterarum cognitione sufficienter imbutus, nobis ut in his non immorandum est, ita quem locum auctor tenuerit, non praetereundum, et clericum quidem eum fuisse vel eo tempore, quo epistolam illam ad Augustinum dedit, quod in ea quem nominat diaconum Leontium fratrem suum dicit, declarat et universa ratio scriptorum confirmat. *virum religiosum* eum appellat Victor Tommenensis, *virum eruditum et sanctum* Fulgentius Ruspensis (ad Monimum l. 1 c. 30 cf. 2, 1), *virum religiosissimum ac eruditissimum* compilator Havniensis (supra p. 266), *virum sanctum et venerabilem* aequalis Victorius in epistula de canone paschali scripta a. 457, etiam in indice scriptorum orthodoxorum quem proposuit synodus Romae habita sub Gelasio a. 495/6 ultimum locum tenent *opuscula Prosperi viri religiosissimi* (Thiele ep. pont. 1 p. 457). sed episcopi locum eum tenuisse recte negavit Sirmundus (ad Sidonium ep. 8, 15), cum neque operum eius intitulationes neque aequales posterioresque, qui multi eius meminerunt, eam dignitatem ponant<sup>1)</sup> ne ibi quidem, ubi aliis simul nominatis ecclesiasticos titulos adscribunt, et diserte *presbyter* appellatur in exordio paschalis Campani infra editi, contra vix admittendum quod Beda hist. Angl. 1, 10 carmen *Contra Augustinum narratur* (p. 193 ed. Paris.) citans eum *rhetorem* facit, clarissimum quem Labbaeus ei tribuit, libri scripti chronicorum ignorant et videntur ignorare etiam aliorum eius operum inscriptiones. Gemadius presbyter Massiliensis saec. V exeunte cum sic de eo narret: *Prosper homo Aquitanicae regionis sermone scholasticus et adsertionibus nervosus multa composuisse dicitur: epistulae quoque papae Leonis (440—461) adversus Eutychem de vera Christi incarnatione ad diversos datae ab isto dictatae creduntur,*<sup>2)</sup> intellegens epistulas a Leone scriptas de ea re inter concilia duo Constantinopolitanum a. 448 et Ephesinum a. 449, maxime ep. 28 ad Flavianum dogmaticam totam et post tempus ut videtur auctam adiectis testimoniis patrum, inde medio aevo collegerunt Prosperum notarium factum esse ecclesiae Romanae: vere ne hoc quidem ex ea narratione efficitur sedem eum in Gallia cum domicilio urbano permutavisse, chronica eum ediderit, ut videbimus, postremum a. 455, ad hunc advixit, litigia inter Leonem papam et Alexandrinos de die paschatis a. 455 agitatam memorans c. 1376 stat, ut debuit, a parte illius et Alexandrinos acerbe reprehendit; sed ipsius partes in iis nullae videntur fuisse.<sup>3)</sup>

1) Quod dicitur *Aquitanicus et episcopus Regius* in codice Limogiensi saec. XII, *episcopus Regius* in subscriptione ad Laurentianum chronicorum recenti manu adiecta, eo minorem vim habet, quod Regii Lepidi die Iun. 25 (v. act. sanct. Iun. vol. 7 p. 47) ex vetere instituto sanctus quidam colitur Prosper aetatis parum definitae praeter nomen eum scriptore nihil habens commune et plene ignotus, confunduntur Prosperi duo item a Bernoldo Constantiensi scriptore saec. XI exentis (MG. 88, 5 p. 410). 2) Haec ut Marcellinus Constantinopolitanus exscripsit, ita indidem videtur proficisci, quod apud Photium cod. 54 laudatur propter libros contra Pelagianos scriptos *Ἠρῶσιτος τις ἐρίθροτος ὡς ἀληθῶς τοῦ θεοῦ . . . ἔτι ἄλιος . . . τῶν Ποταζῶν θῦρον ἐθῦροτος*, ipse Prosper in chronicis ad a. 448 (c. 1358) solito explicitius de his controversiis refert. 3) Quod scribit Beda de rat. temp. c. 43: *in huius certamine praefatus papa Leo aduente Prosperi viro doctissimo ac disertissimo vincere sedulus instans tamen unanimitate eorum, qui Nicanae synodi decretis inuincibiliter adhaerebant, laudabiliter vincere gaudebat* omnino venit ex relatione Prosperi ipsius, qui de suo adiutorio tacet.

Chronica Prosperi primum edita esse a. 433 praeter locum de papa Xysto c. 1309 aperte scriptum eo vivo ostendit adiecta ad eum annum computatio, qua ad exemplum Hieronymi Prosper quoque librum conclusit. ea remansit ideo, quod ad continuationes subinde publicatas similis computatio non est adiecta: ceterum neque exemplar primae editionis ad nos pervenit neque continuatio ab auctore alio ad eam applicata.

Demum prodiisse chronica a. 443 inde colligitur, quod Victor Tonnemmensis quem infra ostendemus Prosperi chronica et compilasse et continuasse, suam partem inchoat ab a. 411, sed neque inter codices quos habemus ullus qui quidem integer sit in a. 443 finit neque Victoris epitome Prosperiana ad nos pervenit.

Editionis finientis in nominibus consulum a. 445 *Valentiniano VI et Xomo* et in ipso indice, ut mox ostendetur, consulatum eum nominantis, emissae igitur eo anno incunte supersunt exemplaria nostra *OZZRFP* aliaque numero multa, decurtata tamen omnia, nam non habent fere nisi quae Prosper ad Hieronymiana adiecit, sub finem quod locum de paschate a. 411 (c. 1352) non habent exemplaria *FP*, habent reliqua, ostendere videtur comma id sub emissionem libri ab auctore additum ab antiquioribus huius editionis exemplaribus afuisse, adfuisse in posterioribus.

Editionis finientis in a. 451 *Adolfo consule*, emissae igitur ante nuntium Marciani consulatus de Oriente acceptum, pars est recensio codicis Parisini 4871 finientis c. 516 videturque ex eodem archetypo descriptus esse codex is, a quo pendent libri nostri *A* hodie finientes mutili in a. 113.

Ad editionem, quae videtur fuisse postrema ab ipso auctore emissa, finientem in rebus gestis Valentiniano Aug. VIII et Anthemio eos, sive p. Chr. 455, redeunt ex exemplaribus nostris *MYCHD* et epitome *V*, quorum quae habeant auctaria aliena, infra exponetur. eiusdem editionis meminerunt scriptores aequales posterioresve hi:

*Victorius in epistula de canone paschali ad Hilarum archidiaconum urbis Romae data a. 457 c. 7:* recensitis fideliter historiis veterum beati scilicet Eusebii Caesariensis Palaestinae civitatis episcopi viri in primis eruditissimi atque doctissimi chronicis prologoque, ac perinde his quae a sanctae memoriae Hieronymo isdem chronicis sunt adiecta presbytero, per quem in Latinum quoque probantur translata sermonem, hisque etiam, quae a sancto et venerabili viro Prospero usque in consulatum Valentiniani Augusti VIII et Anthemi constat fuisse suppleta, reperi a mundi principio usque ad diluivum HCCXLII annos, item a diluivio ad Abrahae usque nativitatem annos DCCCXLII: natum autem Abraham XLIII annis regnante iam Nino eadem monumenta testantur, a cuius tempore etiam gestarum rerum publici scriptores esse coeperunt. quapropter vir venerabilis praedictus Eusebius chronicorum abhinc est orsus historiam, volens industriae suae fidem mundanorum quoque annalium coaetaneo relatu perpendi et professae veritatis etiam gentilium litteras testes citare, contentus praeterita saecula sacris voluminibus explicari, aetates tantum summatim retro generationum ex prologi textu patefaciens et in operis plenitudine sub annorum recapitulatione pariter comprehendens, cuius tenorem vir venerabilis Prosper secutus isdem chronicis haec eadem egregia brevitate praeposuit, ut eorum initium a mundi inchoaretur exordio, pars ab Abraham in sextum Valentis consulatum et Valentiniani secundum [*p. Chr.* 378] HCCCXCV ac deinde ab Ausonio Olybrioque consulibus [*p. Chr.* 379] qui sequuntur ad VIII Valentiniani Augusti consulatum et Anthemi [*p. Chr.* 455] VII (iiii libri) et LXX, et simul omnes a mundi origine usque ad Constantinum et Rufum praesentes consules [*p. Chr.* 457] VDCLVIII referuntur anni.

*Gemadius, qui scripsit c. a. 500, de cir. ill. c. 85:*<sup>1)</sup> Prosper homo Aquitanicae regionis [consiliarius papae Leonis], sermone scholasticus et adsertionibus nervosus multa composuisse dicitur, ex quibus ego chronica nomine illius praetitulata legi continentia a primi hominis conditione iuxta divinarum scripturarum fidem usque ad obitum Valentiniani Augusti et captivitatem Romanae urbis a Genserico Wandalorum rege factam, legi et librum adversus opuscula subpresso nomine Cassiani: quae ecclesia dei salutaria probat, ille infamat nova: re enim vera Cassiani et Prosperi de gratia dei et libero arbitrio sententiae in aliquibus sibi inveniuntur contrariae. [hic etiam Prosper post obitum beati Augustini librorum eius contra haereticos inimicos gratiae Christi defensor extitit.] epistulae quoque papae Leonis adversus Eutychem de vera Christi incarnatione ad diversos datae ab isto dictatae creduntur. *A Gemadio pendet Marcellinus comes ad a. 463. Alio loco c. 88 Gemadius (inde Isidorus orig. 6, 17, 1) ait Victoriam Aquitanam composuisse paschalem cursum* post quattuor priores qui composuerunt id est Hippolytum Eusebium Theophilum et Prosperum.<sup>2)</sup>

*Cassiodorus inst. div. litt. c. 17:* Sanctus quoque Prosper chronica ab Adam ad Geisirici tempora et urbis depraedationem usque perduxit.

Inscriptionem chronicorum cum liber omnium antiquissimus *O* nullam habeat nec magis habeat *B*, reliqui sic representant:

- chronicorum  
integrorum.
- M:* incipit cronica Prosperi. *subscriptio in eodem libro:* explicit cronica sancti Prosperi episcopi Regiensis (*cf. p. 344 not. 1*) *postea adiecta est non ab eo, qui librum statim ad archetypum emendavit, sed tamen tempore satis antiquo, nam adest in apographo libri Laurentiani Sessoriano scripto saec. XI.*
  - C:* incip. cronica Prosperi Tyronis.
  - Y:* chronica Prosperi Aquitanici et episcopi Regini (*cf. p. 344 not. 1*).
  - A:* incipit epithoma de cronicon quibus et generationes (geneseos *A<sup>r</sup>*) ab Adam usque ad Abraham et a passione domini omnes consules et quae consecute [*sic*] sunt post finem Valentii [*sic*] usque ad quintum consulatum Valentiniani imperatoris adieimus [*sic*]. *de nomine Augustini in exemplaria deteriora relato infra p. 361 diximus.*
  - Parisinus 1571: in nomine patris et filii et spiritus sancti incipit epitoma de croniceis quibus et generationes ab Adam usque ad Abraham et passionem domini omnes consules et que consecuta sunt post finem Valentis usque consolatum Placidi Valentiniani Aug. et post Adelfi consolatum adieimus.
  - F* *quamquam cum parte priore Prosperi titulum suppressit, redeunt ad eum quae in clausula (vide infra ad c. 1318) substituit pro Hieronymianis:* fiunt ab Adam usque in consulatum Theodosi iunioris XVIII et Valentiniani Placidiae filii iunioris sexies *cet.*
  - V:* imm̄ inc cronica (beati Ieronimi *add. m. recens*).

1) Varia lectio trium codicum antiquissimorum Vaticani reginae n. 2077 saec. VI, Veronensis bibl. capit. n. 22 item saec. VI, Parisini Lat. 12161 saec. VII, quorum primum et secundum mihi contulit Nicolaus Mueller Berolinensis, tertium Henricus Omont Parisinus, haec est omissis orthographicis, quae uncis [ ] inclusi, habet solus Parisinus. — 3 ex] in *Ver.* — cronica *Ver.*, chronicam *Par.*, croniceam *Fat.* — nomine *Par.*, nominis *Ver. Fat.* — illius *om. Fat.* — praetitulatam *Fat. Par.* — 4 continentiam *Fat.* — 5 obitum] ultimum *Par.* — urbis romae *Ver.* — genserico *Fat.* — 6 factos *Par.* — 7 nona re enim vera *Ver.*, re enim vera *Fat.*, nona enim vere *Par.* — 11 eutychem *Ver.*, eutychem *Fat.*, eutychem *Par.* 2) Canonem paschalem a Prospero editum esse negandum est. Gemadius haec videtur scripsisse male memor opinor epistulae Victorinae: certe eiusmodi laterculi alibi vestigium nullum reperitur.

partis  
a Prospero  
adiectae.

*M*ANZ: lucusque Hieronymus presbyter ordinem praecedentium digessit annorum: nos quae consecuta sint adicere curavimus.

*V*: lucusque Hieronymus: exhinc Prosper secuta subiunxit.

*R*: incipit ex chronicis Tyronis Prosperi chronicorum Eusebii temporibus praetermissis.

*H* (c. p. 266) *ante Prosperum*: lucusque Hieronymus ordinem praecedentium digessi sunt [*sic*] annorum: nunc ea quae secuntur a viro religiosissimo Prospero ac eruditissimo addita subponuntur: pauca ex nostro adiuncta studio. *post Prosperum*: huc usque historiam perduxit Prosper vir sanctus, licet aliqua nos eius operi quae ille omiserat ob cognitionem praeteritorum seculorum miscuerimus: abhinc nostrum utcumque (potuit *ins.* *H*<sup>2</sup>) studium desudavit.

*P in fine*: hic finit Prosper post Hieronimum.

*Labbaeus*: viri clarissimi Tironis Prosperi Aquitani chronicon integrum ab Adamo ad Roman captam a Genserico Wand, rege in duas partes distributum: prima pars ab ortu rerum ad mortem Valentis cum annotatione consulum. — V. e. Prosperi Tyronis Aquitani chronicorum pars altera ab anno aerae Christianae CCCCLXXIX ad CCCCLV.

*Liberatus c. 2*: in epitoma chronicorum Lucentii.

*Victor Tommenensis*: lucusque Prosper vir religiosus ordinem praecedentium digessit annorum, cui et nos ista subieimus.

Genuinam esse inscriptionem, quam exhibent codices *A* et Parisinus 4871, inde efficitur, quod tria, quae ad Hieronymum Prosper adiecit, exordium, laterculum consulare, auctarium ita auctor solus in ipso indice determinare potuit, consules variare secundum editiones consentaneum est, nos in indice posuimus annorum 444 et 445 servatos in libro *F*. Parisinus 4871 habet annorum 450 Valentinianum VII et 451 Adelpium (scilicet, ut dixi, nondum nuntiato de Oriente Marciano) leviter corruptos, contra quintus Valentiniani consulatus anni 440 codicum *A* aut mendosus est aut venit ex exemplari chronicorum eo anno editorum postea aucto titulo non mutato, cum ea recensio abrumpatur imperfecta in a. 443 et tam prope accedat ad eam quam imperfectam et ipsam habet liber Parisinus 4871, ut eius inscriptionem verisimile sit in illo quoque aut adfuisse aut adiei debuisse.

Inter auctores, quibus ad libellum conscribendum Prosper usus est, Hieronymus non tam primarius est quam quodammodo unicus: nam eius chronica quatenus perveniunt, Prosperiana ex iis fere excerpta sunt eamque ipsam ob causam recte titulatur epitoma, eorum chronicorum codicem Prosper adhibuit similem Lugdunensis Seal, 14 sive Freheriani, subscripsi locos aliquot variantes in libris Hieronymianis ad determinandum locum quem inter eos teneat codex a Prospero usurpatus, usus notis Schoenianis Freheriani) A mandini) Petraviani Leidensis) Bernensis) Reginae Vaticani n. 560) Middlehillensis hodie Berolinensis Chelt, n. 1829)

c. 135 Ioas *FAPMR Pr.*, iosias *B*

c. 151 Iohel *FAPMR Pr.*, amos *B*

c. 179 anno XXI regni Tarquinii Prisci Massilia condita *Pr. (AV) cum FPM, ad a. XXII AB, ad a. XX R*

c. 321 Caesar . . . ann. IV m. VII *F (cum Oron.) Pr. Cassiodorus, m. VI reliqui libri*

c. 328 prohibita lecteis *FAPR Pr.*, prohibita electis *M*, prohibita electis *B*

c. 351 sororemque *P Pr. casu opinor consentientis*, sororem quoque *FABMR*

c. 361 ab Adam anni VCC *Pr. (M solus)*, ab Adam usque nativitatem Christi sunt anni VCXCVIII *F (in margine) solus*

c. 375 per blanditias *FR Pr.*, per blandimentas *A*, per blandimenta *P*, per blanditiam *BM*

- e. 110 in quis *P<sup>1</sup>MR Pr. (M<sup>1</sup>)*, in quibus *F<sup>1</sup>ABM<sup>2</sup> Pr. (M<sup>2</sup>)*, inter quos *Pr. (AV)*  
 e. 688, 689 Titianus *F Pr. (M)*, Tatianus *PBMR Pr. (CA)*, Tattianus *A: vere Ta-*  
*tianus et sic Augustinus de haer. 25 item hoc loco a Prospero adhibitus*  
 e. 733 filium suum *F Pr.*, filium (*om. suum*) *APBMR*  
 e. 755 *et. persecutiones Christianorum numerant F M (marg.) R (marg.) Pr., non*  
*numerant APBMR*  
 e. 767 (Caracalla) regnavit ann. VI *F (id per aliquot annos custodiens) Pr.*, reg-  
 navit ann. VII *APBMR Cass.*  
 e. 866 Xystus episcopus *est in libris FR et apud Prosperum, omittunt libri Hiero-*  
*nymiani reliqui*  
 e. 949 Marcellinus ann. VIII *F Pr., omittunt annos reliqui*  
 e. 999 in villa sua Spalato *FMR Pr.*, in villae suae palatio *APB*  
 e. 1070 Constantii] *IV Pr. (M)*, constantis *APBMR*, constantini *Pr. (A)*.

Alio loco Hier. 2352 quem Prosper e. 1011 ita reddit: *Nazarii rhetoris filia [Eunomia Christiana virgo] in eloquentia patri coaequatur* cum verba uncis inclusa absint et ab aliis Hieronymi libris et a Freheriano, sed reperiantur in Londiniensi n. 16974 (infra p. 366). Prosper ea non inseruit, sed in exemplari Hieronymi quod adhibuit invenit. unicum quod praeterea deprehendi eius generis additamentum e. 569: *Plinius Secundus Nococomensis insignis orator [dum invisit Vesavium] perit* utrum similem originem habeat an hoc certe de suo addiderit compiler, nescio.

Epitomen *V* infra p. 377 n. 2 diximus uno loco corruptelam codicum Hieronymi *AP* in textum Prosperianum intulisse.

Ad Hieronymi chronica adsumpsit Prosper, curans, ut supra vidimus, non tam res saeculares quam litigia de religione, Augustini sui libellum ad Quodvultdeum episcopum Carthaginiensem de haeresibus, inde ad haereticos apud Hieronymum nominatos eorum opiniones vel ut ipse ait errores adscribens et ad verbum fere hunc quoque auctorem expilans, quamquam diffusas has explanationes et a chronicorum brevitatem abhorrentes librarii passim breviaverunt. in capite de Origene e. 808 adhibuit eiusdem Augustini libros de civitate dei, eo motus quod eos Augustinus ipse adlegat in commentario de haeresibus.

Praeterea supra iam p. 251 vidimus a passione inde cum laterculum consularem talem, qualem chronica Italica exhibent, chronicis inseruisse. duo sola facta quae in parte Hieronymiana habet ab Hieronymo aliena, passionem Perpetuae e. 757 et translationem Timothei e. 974, una cum laterculo ex iisdem fastis sumpsit: unde p. 251 iam collegimus laterculum cum a Prospero lectum esse talem fere, qualem nos quoque habemus.

In summa re minore studio et diligentia liber conscribi vix potest quam hunc conscripsit homo Aquitanus. si excipias, quod imperatorum laterculum aetatis Diocletianae adauxit (e. 970, 980, 986, 990) et epochas ante Abramum ex Genesi adiunxit, quod inventum in ipso operis indice enuntiavit, ex tribus illis libellis unum ita fecit, ut, cum ipsos habeamus, Prosperianum impune abicere liceat, ut abiecerunt eum plerique posteriores prae Hieronymianis ipsis.

In narrandis rebus a. 379--455 auctorem non maiore diligentia versatum esse inde intellegitur, quod in paparum laterculo continuando ne annos quidem adscripsit, sed post Hieronymum nuda nomina posuit. nihilominus in hac parte utilis est usus aut chronicis hodie deperditis aut sua rerum notitia. inter illa dubium non est primum locum tenuisse chronica Italica, quorum haec pars admodum imperfecta ad nos pervenit. at quae versantur in controversiis de fide iis, quae tum in Galliis potissimum agitabantur, sine dubio veniunt a Prospero ipso, sicut alia quoque complura. sed mittimus has

disquisitiones utpote non ab editore, sed a rerum gestarum enarratore et diiudicatore tractandas.

Libellum auctor ad exemplum Hieronymi ita ordinavit, ut generationum et regnorum enumeratio itemque a passione inde ab ipso additi consules et alia quaedam potiora textum constituerent, his memorabilia varia adderentur, ad secundum genus pertinent connata quaecumque aut certum annum praescriptum habent *anno illo regni illius* aut formulam *eo tempore* similemve, qua indicatur rem de qua agitur per illud spatium evenisse: quamquam in hac formula cum libri admodum variant, saepe numero incertum est librarii utrum addiderint eam an sustulerint arbitrio suo. haec indicationes respondententes Hieronymi spatio historico an apud Prosperum quoque certum locum adsignatum habuerint, quaeritur. videntur fere in margine altero utro ab auctore collocatae fuisse: sed fieri potest, ut auctor praeterea adnotationibus quibusdam in textu locum dederit distinguens eas scriptura diversa. utut est, debuimus nos a textu distinguere quidquid pro adnotatione exhibent libri *MCAO* licet diversa ratione id significantes, qua de re infra in codicum recensu exponetur. sane dubium non est vel in iis libris discrimen id imperfecte repraesentari nec paucis locis adnotata ab auctore ibi in textum recepta esse. nos in editione adnotationes, scilicet de quibus per libros constaret, a textu ita distinximus, ut indicatum est p. 342. ceterum de Prosperi chronologia ut recte iudicetur, diversitas adnotationum non negligenda est: nam in textum recepta ut ordinem temporum vel certe Hieronymianum presse sequuntur, adnotationes passim neque sola librariorum auctorisve culpa, sed secundum ipsam operis institutionem ab eo ordine recedunt: exempli causa quod inter c. 267 = Hier. Abr. 4845 et c. 270 = Hier. Abr. 4857 interponuntur capita pertinentia ad Hieronymiana a. Abr. 4869. 4865. 4867, id non ex errore auctoris repetendum est, sed ex forma commentarii.

Annorum a mundi initio ad sua tempora ordinem continuum quamquam Prosper ex Hieronymo adsumpsit et per adiecta tempora continuavit generationibus et regnis singulis numerum annorum adscribens, summas eorum annorum neque per annos mundi enuntiavit, ut postea fecit Isidorus, neque binaria computatione ea, qua Hieronymus utitur, scilicet annis Abrabae nati adscriptis a principio chronicorum per singula decennia, item a principio Olympiadum Romanarum a. Abr. 4244 adscriptis iis per singula quadriennia, ipsas illas generationum regnorumque epochas Hieronymianas Prosper ita contraxit, ut ex pluribus una sola remanserit. ita quae adnotantur facta, apud Prosperum non ad annos certos rediguntur ut apud Hieronymum omnia, sed ad passionem usque tantummodo ad regna. exempli causa cum Hierosolyma a Pompeio capta Hieronymus adsignaverit anno Abrabae 4950, Olympiadis 478 anno secundo, Ptolemaei Dionysii Alexandriae regnantis anno 11, Iudaeorum regis Hyrcani II primo, inde Prosper nihil retinuit nisi capta esse Hierosolyma regnante Ptolemaeo Dionysio: certum annum raro determinans epocha diserte adiecta, ut exempli causa Capitolium a Gallis captum esse ait c. 210 anno Artaxerxis Mnemonis XV. a passione inde lege operis mutata facta quae affert ut apud Hieronymum ad annos imperatorios, ita apud ipsum rediguntur ad consules laterculo eorum inserto. exempli causa quae sub Severo Alexandro narrantur cum apud Hieronymum discripta sint per annos regni eius, Prosper ea discripsit per consulum paria, tribuens pariter atque Hieronymus Alexandro annos XIII, sed inter tempora regni vera et annos imperatorios ut diserte Cassiodorus: *Decius regnavit anno uno mensibus tribus, quantum ad consules autem annum unum* similiterque in Gallo, ita Prosper quoque distinguit. iis annis 'a passione domini', ut appellantur in antiquissima epitome Vaticana, sive consulatibus numeros quoque auctor adscripsit, scilicet cum reliquae annorum numerationes in codicibus inventae a librariis adiectae sint, nempe annus mundi ad p. Chr. 379, a quo Prosper ipse incipit. *VDLXXX* adscriptus est in codice *P* omnino adscitus ex Hieronymo.



annos Abrahæ addunt decimo quoque anno codices *F* et *R<sup>p</sup>*, item *X* continuantes ita  
 , numeros Hieronymianos.

olympiades similiter adiecit codex *R<sup>p</sup>*.

annum ab urbe condita unum *MCLXII* adnotant codices *A<sup>uv</sup>H* ad a. 409 vel 106 (cf.  
 c. 1230), id quod pendet ab adnotatione anni millesimi c. 838.

annos Christi adscribunt ad c. 1076 et ad caput interpolatum de schismate post c. 1132  
 soli libri *A<sup>u</sup>*.

annum passionis per singula decennia adscriptum fuisse in archetypo declarat index  
 subiectus, in quo ubi nota *A* adscripta est, scito aut unum exemplar aut plura sub ea  
 littera comprehensa numerum habere.

- a. 50 XX (c. 125) *A*
- a. 58 XXX (c. 112) *A*
- a. 71 XL (c. 162) *A*
- a. 102 LXX (c. 531) *A*
- a. 119 XC (c. 575) *A*
- a. 131 C (c. 603) *A*
- a. 140 CX (corruptum in *cx*: c. 623) *C*
- a. 149 CXX (c. 616) *A*
- a. 159 CXXX (c. 658) *A*
- a. 167 CXL (c. 675) *A*
- a. 179 CL (c. 701) *C*
- a. 186 CLX (c. 718) *C*
- a. 197 (c. 712) *C*, a. 198 (c. 744) *A* CLXX
- a. 207 CLXXX (c. 760) *A*
- a. 217 CXC (c. 779) *A*
- a. 226/7 CC (c. 802 *post* Albino et Maximo) *M* hoc solo loco annum adnotans
- a. 247 CCXX (c. 837) *AC*
- a. 251 (c. 862) *A*, a. 255 (c. 863) *C* CCXXX
- a. 264 CCXL *CA* (c. 885 *ante* [gallie]no et)
- a. 285 CCLX (c. 936) *A*
- a. 296 CCLXX (c. 952) *CA*
- a. 306 CCLXXX (c. 973) *CA*
- a. 317 CCXC (c. 1002) *C*
- a. 327 (c. 1024) *A* RCCC, *item* (*ante* c. 1022) *C*, a. 334 (c. 1039) *O*
- a. 337 CCCX (c. 1047) *AC*
- a. 347 CCCXX (c. 1073) *AC*
- a. 357 (c. 1100) *A*, (c. 1101) *C* CCCXXX
- a. 367 CCCXL (c. 1131) *ACF*
- a. 377 CCL (c. 1159) *A*
- a. 385 CCL[X] (c. 1185) *O*
- a. 388 CCLXI 'a passione domini' (c. 1190) *F*
- a. 397 CCLXX (c. 1209) *A*, a. 395 (c. 1202) *O*
- a. 407 CCLXXX (c. 1231) *A*, a. 403/5 (c. 1224, 1226, 1227) *O*
- a. 417 CCCXC (c. 1262) *A*, a. 415 CCLXX[XX] (c. 1255) *O*
- a. 425 CCCXX] (c. 1287) *O*
- a. 427 CCCC (c. 1293) *A<sup>uv</sup>*
- a. 437 CCCCX (c. 1325) *A*
- a. 445 CCCCXX (c. 1351) *O*.

In textu constituendo nos numeros eos, quos vere Prosper posuit, non decimo quoque anno solo, sed per singulos annos adscripsimus, codicum autem numerationis vestigia ex apparatu semota hoc loco composuimus.

Iam videamus de chronologia ipsa Prosperiana.

Annos colligi ait auctor in computatione primae editioni subiuncta (c. 1312) *usque in consulatum Theodosii XIII et Marcini* (p. Chr. 433) *a XV Tiberii anno et passione domini* numero CCCCVI, eandemque numerationem confirmant numeri supra ex codicibus diversis relati pleni quidem in nullo traditi et passim loco moti, sed ut de genuina collocaione dubitare non possis. at ipsos consulatus ubi numeramus, inveniuntur esse uno plus CCCCVII, neque nullus est inter eos, quem recte deleas. numeri adscripti cum a consulatibus traditis differre incipiunt inter a. 337 et 347, potest in dubium vocari consulatus c. 1069 (notatus a nobis CCCXVII<sup>b</sup>) *Constantio III et Constante III* eo quoque nomine suspectus, quod in hac parte fastorum extrema ceteroquin emendata mus abundat perperam interpositus inter a. 344 et 345 et rediens suo loco sub a. 346 forma diversa *post cons. Amanti et Albin.* nihilominus venit ab auctore: nam non solum habent eum libri omnes, sed etiam qui Constantio II tribuuntur anni XXIV, omnino recte, eum requirunt. neque mala fraude a Prospero videtur interpolatus esse, cum supra (p. 255) viderimus ex laterculis tribus similibus duos, scilicet Vindobonenses posteriores et Barbari, interpolationis ex Prospero nequaquam suspectos, eodem loco eum exhibere. denique Victorius, qui biennio post editionem postremam chronica haec adhibuit, habuit laterculum Prosperianum sic ut diximus mendosum. itaque mera negligentia in numerandis per decennia consulatibus hunc auctor praeteriit et evenit ita, ut Prosper annos numeret CCCCVI, consulatus ponat CCCCVII, id quod, cum in archetypo numeri per decennia sola adscripta essent, facile latere potuit.

Ad exemplum Hieronymi Prosper singulis imperatoribus cum annos imperii adscripsit adiectis passim mensibus, aliquoties etiam diebus, tum certum annorum numerum ita tribuit, ut ubi enuntiantur menses et dies, nulla certa lege modo abiciantur, modo computentur pro anno integro. summa efficitur apud Prosperum Hieronymiana non simplici compilatione, sed callida arte differentiis celatis magis quam exaequatis. Hieronymus cum ordiatur a Christi praedicatione sive ab anno Tiberii XV ut ait vel potius XVI (nam re illum excludit), Prosper ait indidem se incipere, sed duplici errore non solum credit annos se ponere passionis, sed etiam Tiberii annos post passionem numerat non octo, ut fecit Hieronymus, sed decem, quamquam imperium Tiberianum cum Hieronymo facit annorum XXIII. in sequentibus imperiis quoque computandis aliquoties ab Hieronymo differt, sicut ostendit tabula subiecta.

	Hieronymus		Prosper
Tiberius	8		10 + 2
Vespasianus	10		9 — 1
Titus (a. 2 m. 2)	2	(a. 3 m. 2)	3 + 1
Traianus (a. 19 m. 6)		(a. 19 m. 7)	
Pius	23		22 — 1
Caracalla	7 ( <i>Frch.</i> 6)		6 — 1
Decius	1		2 + 1
Tacitus	1		— — 1
(Galerius)	1		2 + 1
Constantius II	21		23 <sup>1)</sup> — 1
Julianus	2		3 + 1
Valentinianus I	15		11 — 1

1) Sic in computo numerat, quamquam supra vidimus consulatus eum posuisse XXIV.

Ita cum accedant anni sex, decedant totidem, summa ab exordio Christi ad exitum Valentis, quae apud Hieronymum est 351, apud Prosperum secundum numerationem ab ipso adscriptam eadem est: nam ut in adnotatione diximus, computationem, quam Prosper primae editioni subiecit (c. 1312—1318), ex Hieronymo ita transtulit, ut ad numeros ab eo positos annos adiceret 55 (379—433) fierentque ita anni mundi ex Hieronymianis 5579 apud Prosperum 5634, Abrahae ex Hieronymianis 2395 apud Prosperum 2450, Christi ex Hieronymianis 351 apud Prosperum 406 pulchro consensu, scilicet compilerator Hieronymi cum aut ob causas nescio quas aut meris erroribus<sup>1)</sup> decem imperiorum annos immutans addidisset quattuor, dempsisset sex, ut defectu expleto ad Hieronymianam summam perveniret. Tiberio pro octo annis decem adsignavit, quanquam ita Christi vel exordia vel adeo passionem anno Tiberii adsignavit XIV.

Hinc de latereulo consulari iudicium faciendum est, anni imperiorum cum apud Hieronymum numeris significantur, Prospero placuit eos significare consulatibus, id quod per se recte fieri potuit, sed cum Prosper adhibuerit tam imperiorum latereulum nequam emendatum et ab ipso, ut modo vidimus, non uno loco vitiatum et interpolatum, quam consularia ea de quibus supra p. 251 in Italicis exposuimus passim corrupta, ex parentibus prodigiosis monstrum informe natum esse consentaneum est, neque mirandum secundum has tabulas Diocletianum post abdicationem consulem processisse bis et multis aliis locis similiter consulatus pugnare cum rerum veritate, sed ad incertiam accessit peccatum gravius, scilicet quod Prosperi latereulus consularis annis ex latereulo imperatorio effectis 351 ita respondet, ut uno solo loco eos excedat, aut miraculo effectum est aut fraude, supra l. e. ubi exposuimus de naevis qui proprii sunt consularium Prosperianorum, vidimus de suo eum adiecissee consulatum aut nullum aut unum tantum idque culpa magis quam fraude (nam *Amiano et Marimo* ante consulatum verum a. 227 *Albino et Marimo* inseri potuit dittographia non fraudulenta), abiecissee consulatus veros numero septem: hoc igitur remedio eo pervenit, ut consularia tradita numerum annorum requisitum aliquatenus aequarent.

Anni imperatorum ad exemplum Hieronymi numerantur in solo libro *R* consulatibus ita distributis:

Gratianus	I—VI	a. 379—384
Valentinianus II	I—VIII	a. 385—392
Theodosius I	I—III	a. 393—395
Arcadius	I—XIII	a. 396—408
Honorius	I—XV	a. 409—423
Theodosius II	I—XXVIII	a. 424—451
Marcianus	I—VII ( <i>R<sup>v</sup></i> ) vel VIII ( <i>R<sup>p</sup></i> )	a. 452— . . .

Extremi numeri *in R<sup>v</sup>* turbati sunt: ad a. 449 numerus non adscribitur, a. 451 (*Marciano et Adelfio*) primum factus est Marciani primus, deinde emendando Theodosii XXVIII: a. 455 pro III et V numeratur: a. extremus (*Ardabure et Maximiano* falso) sine numero relictus est. hanc numerationem patet librarii esse Hieronymianam continuantis.

Consulatus a principio partis Prosperianae ex ordine numerant *FPXZ* efficientes ita extremum librorum *FP* *Valentiniano et Nomo* p. Chr. 445 LXVI, librorum *XZ* (praeterito anno 451) *Valentiniano VIII* p. Chr. 455 LXXV.

Cyclos paschales cum recepta doctrina a Prospero primum annualibus insertos esse statuat (Ideler chronol. 2. 272), e contrario verisimile est ipsum ab iis abstinuisse:

1) Quod omissus est Tacitus, coniunctum est sine dubio cum omisso consulatu a. 276.

nam refragantur libri scripti. quorum qui non habent partem antehieronymianam, eos ad a. p. Chr. 382 non adscribere quarti cycli finem et quinti exordium cum possit eo explicari, quod absunt cycli a chronicis Hieronymianis, ex duabus familiis Prosperi integri altera, nempe Mediceus cum suis, et ipsa cyclorum eorum ne vestigium quidem ostendit. adsunt in altera, scilicet nostris *A*, item in codice Bruxellensi (*C*) ex duabus familiis contaminato sic:

*ad a. 16, Prosperi 16 (C) vel 50, Prosperi 20 (A)*: incipit cyclus paschalis, qui annis constat LXXXIII et post annos LXXXIII ad eandem legem revertitur *C* — paschalis cycli ratio ab his consulibus incipit, peragens annos LXXXIII et ad eandem legem revertens *A*. *item ad a. 47*: initium cycli primi *A*

*ad a. 131, Prosperi 101 (A) vel 134, Prosperi 101 (C)*: finis cycli primi et sequentis exordium *AC*

*ad a. 213, Prosperi 186*: finis cycli secundi et initium tertii *AC*

*ad a. 298, Prosperi 271*: finis cycli tertii quartique principium *A*<sup>III</sup> (*non A*<sup>III</sup>) *C*

*ad a. 382, Prosperi 355*: finis cycli quarti et exordium quinti *AC*

Addi potest quod auctor saeculi sexti extremi Gemadius c. 88 (supra p. 346) inter quattuor cyclorum auctores Victorio anteriores Prosperum numerat, nihilominus cycli hi videntur insiticii esse. nam cum facile appareat, cur diascuasta posterior eos addiderit, commata haec ex continuo scripturae ordine cur librarius sustulerit et quomodo id ita perficere potuerit, ut ne indicium quidem in alterius familiae libris remanserit, parum intellegitur. accedit quod consularium Italicorum, quibus Prosper usus est, exemplaria pleraque item cyclis destituta sunt (supra p. 256). videtur igitur auctor ne in postrema quidem editione a. 455 cyclorum mentionem fecisse, mature tamen cyclicas adnotationes adiectas esse inde intellegitur, quod cycli Prosperiani non a passionum ordiuntur, id quod a medio saeculo V in usum venit, sed proficiscuntur a cyclo annorum LXXXIV 299—382, qui obtinuit per saeculum quartum et quinti partem priorem<sup>1)</sup>, inter illos annos compositus et ab eo translatus, quatenus fieri potuit, ad saecula anteriora. ad hunc cyclum si interpolator annos passionis Prosperianos aptavit, cyclos obtinuerit necesse est hos: 20/103 — 104/157 — 158/271 — 272/355, neque nimium a libris scriptis numeri hi recedunt.

Sequitur recensensus librorum scriptorum.

Spirensis codicis Prosperi integri meminerunt Aegidius Bucherius (de doctr. temp. *Spirensis* a. 1634 p. 136 cf. p. 211): 'integrum (chronicon Prosperi) Spiraec nuper repertum Chiffletius noster brevi editurus est' et Albertus Miraeus (a. 1639 ad Gemadium c. 84

1) Fasti consulares Chronographi a. 354 (supra p. 50 seq.) ad consulares annos cum adnotant et bissexta et menses lunares et dies hebdomadis, viam ita parantes ad paschata secundum ecclesiae regulas determinanda, in ea re cyclum sequuntur annorum LXXXIV, quem haec antiquissima testatio ostendit medio saeculo quarto iam in usu fuisse. etiam secundum prologum Coloniensem scriptum a. 395 ex a. 299 *accipit computum cyclus* (Krusch *Studia* p. 227 seq.) et cyclus is primus est (l. c. e. 15), quamquam per eosdem cyclos nihil impedit quominus retro perveniatur sive ad primos consules, ut fecit chronographus a. 351, vel adeo ad mundi creationem, ut placuit auctori prologi Coloniensis. laterculus denique paschalis Ambrosianus (Krusch *Studia* p. 236) scriptus a. 467 primum cyclum orditur a consulibus a. 298. a cyclo a. 298—381 hanc computationem ordiri inde confirmatur, quod apud Chronographum a. 354 solius eius cycli lunae cum veris satis conveniunt (Ideler *Chronol.* 2, 240). ceterum cum alii cyclos ordiantur ab a. 298, alii ab anno 299, duo primi cycli fluctuant inter 298—381, 382—465 et 299—382, 383—466. cyclum hunc ecclesiae Romanae proprium fuisse notum est: secundum tractatum inscriptum *ratio paschae* scriptum anno ut videtur 427 (infra editus est cum Victorio Aquitano) *computus Romanorum coepit se die Kal. Ian. Antonio et Syagrio eos.* (p. Chr. 382). Paschasius Lilybitanus ad Leonem papam a. 113 (Leo ep. 3 Ball.; Krusch *Studia* p. 245 seq.): *Romana supputatio . . . cyclo concluditur, cuius ipse de quo agitur* (p. Chr. 441) *est annus sexagesimus tertius, qui coepit consulatu Antonii et Syagrii* (p. Chr. 382).

apud Fabricium bibl. ecclesiast. a. 1718 p. 38): 'tertia (chronicorum Prosperi) et postrema editio fuit ea, quae ad captam a Gensericō urbem . . . protenditur, quam ex basilicae cathedralis Spirensis ms. codice Petrus Franciscus Chiffletius soc. Iesu theologus brevi, ut spero, publicabit'. spes ea fefellit, sed quod Chiffletius promiserat praestitit Labbaeus in nova bibliotheca mss. (Parisiis 1657) vol. I p. 16—56 chronicis Prosperi integris editis, monens in praefatione partem antehieronymianam nondum factam iuris publici edere se 'ex pluribus codicibus calamo exaratis', posteriorem auctiorem et emendatiorem quam adhuc vulgata sit, illorum codicum alterum esse hodie Berolinensem Cheltenhamiensium n. 1879 infra videbimus: alterius hodie deperditi collationem Labbaeus ad eundem in margine adscripsit, neque dubium est eum ipsum fuisse Spirensē. ad-  
*L*<sup>s</sup>criptionibus illis, nobis *L*<sup>s</sup> quatenus utilitatem habent a nobis relatis in apparatus aliquantum proficitur in lectionibus libri deperditi recuperandis: sed adhuc cautione opus est in adhibendis Labbaeanis et nequaquam suppeditant eae Spirensis libri notitiam certam et plenam. Labbaei adscriptiones ut plurimis locis ea addunt quae in codice familiae *A* omissa habet Mediceus omnino gemellus Spirensis illius cum recepta in editionem Labbaeanam (c. 569. 570. 577. 1076 ect.) tum non recepta (ut c. 309. 310. 328), ita non pauca in editione ex eodem omnino libro adlata, maxime longiores loci, in his prima (nam *A*<sup>u</sup> Labbaeanus incipit a c. 28) Labbaeus sine dubio ad Spirensē expressit, ea quoque quae leguntur in Labbaei auctario ('auctarium de variis haeresibus nec non diversae lectiones ex aliis codicibus mss. collectae') in adscriptis desiderantur. ita carere non possumus editione ad Spirensis notitiam explendam, etiam magis turbant coniecturae a Labbaeo non solum in editionem, sed in adscripta quoque illa nullo discrimine inlatae, ut c. 231, quod deest in *M*, *umiros*, quod est in *A*, corruptum ex *Umbros*, Labbaeus in codice emendavit in *Samites*, in editione in *Hernicos*, nempe coniectura duplici et pariter perversa utraque, item c. 262 *Libiam*, quod scriptum esse a Prospero libri omnes testantur, Hieronymo adhibito mutavit in *Libyssam*. omnino quamquam quibusdam locis (ut c. 736) interpolationes Labbaeanae absunt a scriptis, ita aliis non paucis (ut c. 601. 617. 734. 808. 850) in iis quoque reperiuntur, haec cum in parte Hieronymiana Labbaeani textus utilitatem minuunt, in posthieronymiana praeter duos illos libros scriptos item adhibuit editionem Pontacianam (v. c. 1199. 1363; citat eandem ad c. 1205) et maxime Duchesianam, quam typhotetis tradidit repetendam, itaque quamquam in adscriptis ad codicem excerpta ex Spirensi continentur (c. 1216. 1261. 1266 ect.), alia adscripta aliunde petita sunt (v. c. 1248), edita autem Duchesianum textum magis repraesentat quam libri Spirensis. — Quatenus Spirensis notus est, proxime accedit ad Mediceum, de quo statim dicitur, etiam in capitum dispositione, quam eandem fuisse in utroque libro hic illie ex Labbaeanis adscriptionibus intellegitur: ita c. 916 cum in codd. *A* legatur post c. 909, Labbaeus ad c. 915 adnotavit *Rome Felix ut s(supra)*, plerumque ad eiusmodi discrimina non animadvertens. errores in Mediceo deprehensi cum fere redeant in Spirensi, aliquoties hic emendatior invenitur: ita c. 614 pro vero *Tinio*, quod habet *C*, in Mediceo est *tuenio*, in Spirensi *tynio*; c. 1219 *vita ceutus* recte Spirensis, *vita creceptus* Mediceus. — Medio aevo chronicorum scriptorum nullus adhibuit librum Spirensē: nam c. 1286 quae cum Spirensi consentiunt apud Hermannum Contractum, non ex Prosperi chronicis veniunt, sed ex Cassiodoranis.

*M* Codex bibliothecae Mediceae Laurentianae plut. 65 n. 35 (Bandini cat. codd. Lat. vol. 2 p. 752 seq.), nobis *M*, antea ubi fuerit, aliquatenus declarat adnotatio in protocollo lecta primum a bibliothecario sagacissimo Nicolao Auziani haec: 'conventus S. Marci de Flor. ordinis praedicatorum, quem habuit a Cosma Iohannis de Medicibus, 239 [scilicet inventarii] . . . banca ex parte occidentis'. intellegitur Cosmas (n. a. 1389, defunctus a. 1461) filius Iohannis (n. a. 1366, defuncti a. 1428). respondet ei inscriptioni

repertorium sive index librorum Latinae et Graecae bibliothecae conventus Sancti Marci de Florentia ordinis Predicatorum repertus nuper ab eodem Anziano et apud eundem adservatus, ubi leguntur haec: 'in Baucho XXI ex parte occidentis. — 7. Cronica Prosperi. Eutropius de historia Romana. Paulus Orosius. alia historia Romana. historia de regimine et actibus Getarum. historia Caroli magni et Franchorum. compendium libri Apollonii. historia Longobardorum. in volumine magno albo in membranis.' anno deinde 1570, quo iussu Cosmae I ducis Medicei complura volumina ex S. Marci bibliotheca inlata sunt Mediceae mox publicatae, hoc quoque volumen in eo numero fuit, sed praeter supra enumerata opera, quae adhuc eo continentur, Iosephi opera in volumine inluisse fidem facit quod legitur in eius eschatocollo: 'istud volumen divisum est in duas partes et legatum et reparatum, et sunt in alia parte hystorie Iosephi et Egesippi: constat ligatura et reparatura utriusque partis de expensis et labore s̄ XX'. index quoque volumini 65, 35 praepositus scriptus saeculo fere XI inter Iordanis Getica et Gregorium Turonensem, qui libri hodie sese excipiunt, interponit opera duo Iosephi. haec a volumine avulsa pars est ni fallor codex hodie eiusdem bibliothecae Laurentianae plut. 66 n. 1 (Bandini l. c. p. 784). certe in bibliotheca Laurentiana, quae iam in se recepit codices tam Mediceos quam S. Marci longe plerosque, alius nullus est, qui codici 65, 35 recte aptetur, cum hic facile eisdem tegminibus olim compingi potuerit: nam alta sunt duo volumina pariliter cent. c. 48, lata plut. 65, 35 cent. 32, plut. 66, 1 cent. 31. etiam in voluminis secundi eschatocollo quae leguntur: 'iste liber Iosephi fuit religatus manu ser Martini Munaldi de Perusio anno domini MCCCCLXXXVIII die XXVI Septembris in Cafagiolo' respondent iis quae de altero volumine supra exposuimus: Cafaggiolo enim villa sita in valle Mugellana ad viam, qua Florentia itur Bononiam, fuit inter vetusta praedia domus Mediceae eoque delatum volumen verisimile est Iohannem Medicum a. 1398 reficiendum curavisse, verum est volumina duo scripta esse litteris diversis et diverso omnino loco: scilicet id de quo nos agimus aperte Gallicam vel potius Germanicam originem prae se fert, Iosephinum exaratum est litteratura quam dicunt Langobardica, quali saec. XI et deinceps utebantur Casini et Nonantulae. sed origo diversa non impedit, quominus volumina iisdem tegumentis compacta sint: e contrario ipsa illa diversitas tam latitudinis aliqua quam scripturae praeter molem nimiam facile novum dominum movere potuit, ut volumen scindi iuberet. — Haec si recte posuimus, probabile est hoc quoque volumen ut Tacitum et Appuleium et alia complura cimelia saeculo XIV exeunte Florentiam venisse ex monasterio Casinati, sed eam partem, quae Prosperi chronica complectitur, cum supra dixerimus scriptam videri in Germania, origini ei bene convenit cum quod codex huius aut gemellus aut potius parens olim adservabatur Spirae, tum quod in binione volumini praefixo legitur Notkeri ad Landpertum epistula de loco quodam Martiani Capellae (cf. Bandini l. c.) edita apud Canisium ant. lect. vol. 5 p. 739 et alibi, omnino Transalpinis magis nota quam Italis eius aetatis viris doctis, Iosephi libri origine qui videatur Casinates quamquam quo tempore scripti sint definire arduum est, a peritis magis XI quam X saeculo tribuuntur, alterum volumen ex Germania adlatum in Italiam exaratum esse a pluribus scribis peritis omnibus et idoneis neque opinor tempore magnopere distantibus, saec. X exeunte vel ineunte XI scriptura ostendit: principium, cui chronica Prosperi subiuncta sunt, scriptum esse sub pontificatu Iohannis XIII (965—972) ex iis colligitur, quae de laterculo pontificum mox adnotabuntur, fortasse volumen ex parte Casinum adlatum est, ex parte ibi exaratum iussu Desiderii abbatis, qui postea papa factus est Victor III (1058—1087): nam et in laudibus eius (*neues Archiv* 10, 356) legimus haec: 'Boreas solet ardua quot quot foliis iuga spargere tot tot titulos hic tulit variorum varia ex regione librorum' et inter libros

iussu eius scriptos, quos recensent chronica Casinatia (MG. SS. 7, 716), adest 'Iosephus de bello Iudaico'.

Duae partes hodie separatae quomodo antiquitus coniunctae fuerint, index declarat supra citatus scriptus in binione praefixo saeculo fere XI: in quo binione quae praeterea leguntur astronomica grammatica arithmetica varia, gradus consanguinitatis, excerpta ex decretis pontificum Bandinius l. c. diligenter recensuit. volumen a capite mutilum fuit vel eo tempore, quo index ille conscriptus est; is enim incipit a Prospero praetermisso laterculo pontificum, ideo opinor, quod eius qui indicem confecit non vidit nisi eas quae adhuc extant reliquias, post mutilationem ante divisionem quid quo ordine continuerit, iam enarrabuntur.

1. plut. 65, 35 f. 3, quod primum est quaternionis primi recte cohaerens cum f. 10. Laterculi pontificum pars extrema, incipiens sic: 'CXII. Romanus presbyter tunc sancti Petri ad vincula sedit men. III. — CXIII Theodorus sedit dies XX' et sic deinceps ad Agapitum: 'CXXVII. Agapitus sedit ann. X et men. VII et d. X', ad singulos pontifices temporibus solis adnotatis. at de sequentibus, qui sunt CXXVIII Iohannes XII (955—964) et CXXVIII Leo VIII (963—965) et, cuius creatio sola refertur, Iohannes XIII (965—972) plura narrantur edita apud Watterichium (pontificum Romanorum vitae praef. I p. XIV) aperte profecta ab auctore aequali et scribente vivo etiamtum Iohanne illo, videlicet ab ipso eo qui hanc voluminis partem scripsit. — In eiusdem folii pagina versa olim vacua relicta (ut reliqui quoque tractatus diversi in hoc corpore separantur interstitiis maioribus non scriptis) postea, scilicet saec. fere XI, scripta est epistula, quam Boemundus princeps Antiochiae aliique duces socii dederunt ad papam Urbanum II (1088—1099) incipiens 'volumus omnes et desideramus' (cf. Bandinius l. c.).

2. plut. 65, 35 f. 1—16'. Chronica Prosperi.

3. plut. 65, 35 f. 17—42. Eutropius cum auctario Pauli (cf. H. Droysen praef. p. XXX).

4. plut. 65, 35 f. 43—96. Orosius (cf. Zangemeister praef. p. XVII).

5. plut. 65, 35 f. 97—106. Jordanis Romana (cf. ed. meae praef. p. XLIX) deficiente principio spatio vacuo relicto.

6. plut. 65, 35 f. 107—116'. Jordanis Getica (cf. ibidem) deficiente fine spatio item vacuo relicto.

7. plut. 66, 1 f. 1—252 Iosephi antiquitates Iudaicae Latinae versae. In f. 252 extremo adnotatur numerus quaternionum XXXIII.

8. plut. 66, 1 f. 253—336 Iosephi vel Hegesippi quem dicunt bellum Iudaicum.

9. plut. 65, 35 f. 117—124 gesta regum Francorum (cf. Krusch script. Merov. vol. 2 p. 229).

10. plut. 65, 35 f. 125—129 Einhardi gesta Karoli magni (cf. MG. SS. 2, 438).

11. plut. 65, 35 f. 129, 130 epitome historiae Apollonii Tyrii (cf. praef. Riesii p. XIV).

12. plut. 65, 35 f. 131—156 Pauli diaconi historia Langobardorum (cf. Waitz script. Lang. praef. p. 31).

Haec qui composuit homo Germanus saeculi X corpus quodammodo formare voluit scriptorum rerum gestarum quorum sibi copia esset omnium, pertinetque id ipsum ad genium eius saeculi recte aestimandum honorandumque. in quaternionione uno pluribusve qui in principio desiderantur si qua posuit praeter laterculi pontificum principium, ea quae fuerint nemo hodie divinabit.

Inscriptionem et subscriptionem chronicorum Prosperi supra p. 346 rettulimus, ad formam libelli quod attinet, librarius duplici genere scripturae usus distinxit textum litteris maioribus scriptum ex ordine decurrentem et scholia textui ita interposita, ut et litteris minoribus et brevioribus versibus, qui non pertingerent ad paginae latus sinistrum, denique prima littera maiore miniataque a textu distinguerentur. — Emendata sunt Prosperiana a manu diversa, sed eiusdem fere aetatis quamque verisimile est ipsum illum quo librarius usus est codicem denuo adhibuisse: certe pluribus locis omnia emendator recte explevit neque quicquam adnotavit, quod ducat ad archetypum diversum et inde petitam lectionis varietatem, quapropter emendationes manus eiusdem (*M<sup>b</sup>*) et manus secundae (*M<sup>2</sup>*) eundem fere locum in crisi faciendi obtinent.

Exemplaris Medicei chronicorum Prosperi tria apographa extant haec:

1. Codex hodie Romae in bibliotheca Victorii Emanuelis n. 1267, scriptus saec. XI Nonantulae (nam eadem manu scriptum folium ex Gregorii homiliis hodie insertum codici Viet. Em. n. 1372 librarios nominat Oddonem Sylvestrem Sigezonem monachos Nonantulanos), saec. XVII cum aliis Nonantulanis a patre Hilario Roncati translatus est Romam in bibliothecam monasterii S. Crucis n. 33, ex qua venit in publicam (Bethmannus apud Pertzium *Archiv* 12, 396; cf. item Pabst *neues Archiv* 2, 15), post Gregorii magni homilias (f. 1—231') et Hieronymi libellum de viris illustribus cum auctario Gennadii (f. 235—259), cui subscribitur carmen: 'accipe quaesitum praesul sanctissime librum De numero patrum lectis de patribus actum Quo tibi summe datum nostri famulamini arram Et tu servorum nostri memor esto tuorum', sequuntur f. 260—280 chronica Prosperi, subiungitur f. 280 'abbreviatio chronicae' de sex aetatibus finiens in a. 12 Karoli magni. — Descriptum esse ex libro hodie Mediceo et Bethmannus dixit et mihi constabat collato utroque, nam et archetypi scripturae genus duplex aliquoties librarius retinuit scholiis exaratis litteris minoribus et lectio vel in minimis concordat, nisi quod passim Sessoriani libri scriptor lituris factis archetypi mendas emendavit, verba e. 38: 'Iacob . . . servivit apud Laban annis VII' librarius auxit ita: 'annis quattuordecim pro uxoribus et pro ovibus annis septem'.

2. Codex hodie Romae in bibliotheca Corsiniana n. 122, antea Petri Philippi Pandulfini, scriptus in membranis saec. XV (cf. Bethmann *Archiv* 12, 393), post Prosperum sequitur Entropius cum auctario Paulli sumptus sine dubio ex eodem archetypo. — Descriptus est item ex libro Mediceo; quae in eo litteris minoribus exarata sunt, hic distinguuntur minio, evanida vel lectu difficilia aliquoties omnia sunt spatii vacuis relictis.

3. Codex hodie Vindobonensis n. 3126, olim historiae profanae n. 177 (Eudlicher catal. n. 389) scriptus in chartis saec. XV, extrema parte collata hunc quoque deprehendi descriptum esse ex Laurentiano.

Lemovicensis (Limoges) bibliothecae publicae n. 1 saec. XII aliquando fuit apud episcopum Lodovensem (Lodève in provincia Narbonensi), ut testatur inscriptio in protocollo: *iste liber est fratris Petri Guidonis ordinis praedicatorum, quem habuit ab arunculo suo domino episcopo Lodovensi* (non *Lodonensi*, ut edidit Pontaeus); deinde (teste Pontaeo praef. p. 28) cum repertus esset in officina bibliopolae cuiusdam Lemovicensis, inlatus in bibliothecam collegii societatis Iesu Lemovicensis et a provinciali eius Alexandro Georgio ante a. 1601 cum Pontaeo communicatus, iam adservatur, ut supra dixi, in bibliotheca publica eius oppidi (cf. *catalogue des mss. des bibl. publ. de France* vol. 9 a. 1888 p. 118), continentur eo volumine, quod totum scriptum esse eodem tempore probabiliterque adeo ab eadem manu vir peritus Henricus Omont adserit, Prosper tam decurtatus quam integer, scilicet in codicis parte priore (*Lo. Pontaei*) deficiente principio post extrema capita librorum Hieronymi adversus Iovinianum (incipit l. II c. 28 *sed de caelorum mansionibus et aeternis tabernaculis*) sequuntur



chronica Hieronymiana inscripta sic: *in hoc corpore continentur chronica Eusebii Hieronymi et Prosperi.* adsunt praefationes duae et quod raro reperitur in libris scriptis exordium (Schoene app. p. 13 seq.), in his locus praeterea in solo fortasse Freheriano libro servatus p. 11. 31 *et factum est* et quae sequuntur, sed quaternione amisso desunt et extrema pars exordii post p. 15. 17 *quem occidit Cayn* et principium chronicorum, quae iam incipiunt a. Abr. 103 verb. *Siciniorum XXXVIII.* post chronica Hieronymi, quae finiunt f. 151 in *sepultura quoque caruit*, sequuntur f. 151—161 quae Prosper addidit, de quibus (nobis X) infra dicitur p. 367. pars posterior, scripta, ut diximus, ab eodem librario, sed quaternionibus seorsum numeratis, praeter chronica Isidoriana proposita hic sub nomine Miletii, quae volumen finiunt, Prosperiana continet, ea integra vidit Pontaeus inscripta ut ait (praef. p. 28): *chronica Prosperi Aquitanici et episcopi Regni:* iam quaternione primo amisso qui hodie primus est signatus *b* incipit a verbis e. 904 *et ualdumiano.* liber eiusdem ordinis est atque Mediceus et Spirensis (v. e. 1010 1026. 1056 cet.), descriptus fortasse pariter atque Mediceus ex Spirensi: notabilis est e. 1361, 11 archetypi lectio *fiat* servata in Mediceo manu prima, correctata in eodem a manu secunda in *fiducia* recte, in Lemovicensi male facta *officia.* consentiunt duo libri plerumque etiam in minoribus erroribus et ita invicem se confirmant: ubi discedunt, Lemovicensis plerumque Mediceo inferior est, ut e. 1064, 2 pro *partium erat* Mediceus habet *partiueral*, Lemovicensis corruptela aucta *parti erat.* at hic illic praestat Mediceo, ut e. 1092—1094 in eo adsunt plena et e. 1328 habet *principem* recte, adhibuit librum Pontaeus a. 1601 (v. p. 375), apud quem significatur *Lod.*, nec diversus est opinor quem sub nomine Simondiani adlegat Duchesnius a. 1636 (v. p. 375). nam apud eum quae leguntur non inventa in Chiffletiano, nobis *C* (v. p. 366), ut sunt loci e. 1375. 20 et e. 1376. 5—11, itaque ad eum quem praeterea usurpavit Simondianum referenda, ex nostris habent soli libri tres Mediceus Hayniensis Limogiensis, quorum duos illos Simondus vix adhibere potuit, potuit Limogiensem eodem tempore a Pontaeo usurpatum, accedit, quod verba e. 1373, 13 *intra palatii penetralia* quae ex his et primus et tertius habent, non habet Limogiensis, absunt item a Duchesnio et propterea etiam a Labbaeo, et quod e. 1371 corruptela *Theodorici* pro *Theodoris* inventa in solo Limogiensi apud eodem redit. — Librum nostra causa missum Parisios ibi excussit amicus P. F. Girard.

*Fris.* Prosperiani chronici codicis saec. VIII folia duo cohaerentia intermediis amissis et multis locis hiantia vel evanida facta reperta sunt adglutinata codici olim Frisingensi n. 21 sive Monacensi n. 6221 saec. XII, iam signata n. 29022<sup>c</sup>: supersunt in folio priore e. 1294, 6 editionis nostrae a verbis *quae [uti naris nescibat]* ad e. 1310, 2 *militum dignitate*, in folio posteriore a e. 1352, 2 verb. *fuit ob cuius reverentiam]* ad e. 1364, 2 verb. *cogit in bellum.* reperit ea et dixit de iis Thomas in actis academiae Monacensis minoribus a. 1869 vol. 1 p. 3 et in catalogo bibliothecae edito sub n. 6221. ipsis foliis examinatis reperi librum simillimum fuisse nostris *MY*, quamquam hic illic conspirat cum aliis, ut habet e. 1306 *dominantur* cum *HAZ.* utilitas harum reliquiarum cum nulla sit, nolui in iis immorari: permulta cum desint hiatibus intercepta, de lectione fragmenti ex silentio apparatus scito non constare.

Codicis deperditi (nobis *A*) extant apographa quinque haec:

1<sup>r</sup> 1. Florentinus Laurentianus S. Marci 638, nobis *A<sup>r</sup>*: in monasterii bibliotheca fuit '151 de 18<sup>o</sup> banco ex parte orientis' (cf. Zaecaria iter litterarium p. 53; Bethmann apud Pertzium Archiv 12. 727). ad S. Marci monasterium venit cum libris Nicolai de Nicolis: is unde traxerit, nescitur, sed sine dubio hic quoque liber ex Germania Galliae in Italiam pervenit, scriptus est in membranis saeculo XI ab eadem manu totus: amissum est folium primum unum solum (nam quaterniones quinque primi numeros habent inscriptos): deficiunt item extrema, insunt haec:

- q. 1 f. 2 — q. 3 f. 4': Augustinus de mendacio (incipit a verbis e. 1. vol. 6 p. 124 ed. Maur.: 'ut eo modo falsa fides absterreat': subscriptum: 'explicit sancti Augustini liber de mendacio').
- q. 3 f. 5 — q. 5 f. 7': 'incipit eiusdem ad Consentium contra mendacium'. finit mutilus: 'in hoc volumine disputavimus ut vix ad eius terminum' (vol. 6 p. 171 ed. Maur.) omissis verbis extremis; paginae pars reliqua vacat: subscriptio nulla.
- q. 5 f. 8 — q. 9 f. 2': Chronica Prosperiana sine nomine auctoris: inscriptio supra p. 316 relata est, subscriptum: 'expl. eron.'
- q. 9 f. 2'—3': 'incip. epistola sancti Quodvultdeus diaconi ad sanctum Augustinum episcopum. domino merito honorabili et vere beatissimo — sed malim iam gaudere dictantem quam adhuc occupare legentem. explicit' (opp. cit. vol. 8 initio una cum sequentibus).
- q. 9 f. 3'—4': 'Incipit senis Aug. ubi se rescripsisse difficultate inngoti (*sic*) operis significat. dilectissimo filio et condiacono Quodvultdeus Aug. episcopus. acceptis litteris caritatis tuae — fac ut noverim. expl. rescriptum sancti Augustini ad 'Quodvult deus diaconum'.
- q. 9 f. 4'—5: 'Incipit alia sancti Quodvultdeus diaconi ad sanctum Augustinum epistola. domino merito venerabili — importunitas mereatur. explicit epistola 'sancti Quodvultdeus diaconi ad Augustinum epistola'.
- q. 9 f. 5—7: 'incipit aliud rescriptum sancti Augustini ad eundem. domino sinceriter dilectissimo fratri et condiacono Quodvultdeus Augustinus. cum mihi haec scribendi offereretur occasio per Eunfalem presbyterum — hi heretici 'exorti sunt'.
- q. 9 f. 7 — q. 11 f. 5: 'incipiunt nomina heresium quas posuit sanctus Augustinus'. numerantur ordine ad LXXXVIII. finit: 'quod capiti defuisset. explicit de 'heresibus liber primo (*sic*) sancti Augustini'.
- q. 11 f. 5—6: 'haec vero quae sequuntur a sancto Gemadio Masiliense presbytero sunt posita. XC de Praedenestianis. sunt qui dicunt — expl. de his quae a 'sancto Gemadio sunt addita'.
- q. 11 f. 6—8': 'incipit de his quae a sancto Ysidoro dicuntur. I de heresi. heresis 'grece'. finit mutilus in e. LVI de Luciferianis in verbis 'et cum ipso Lucifero'.

Minio librarius verba scripsit e. 1032 *Hieronymus nascitur* et commata omnia tam textus quam adnotationum a rubra littera incipere voluit. adnotationes praeterea omnes rubra linea circumscripsit. denique quae ad religionem Christianam pertinent, rubro distinxit: ita anni passionis in margine perscripti sunt minio et iis locis qui agunt de passione, de persecutionibus, de pontificis creatione cruce (☩: sive † sive ×) miniatam adpinxit. — In margine exteriori quae scripta fuerunt, resecto eo multis locis mutilata sunt.

2. Florentinus Laurentianus plut. 90 sup. n. 12, nobis *A*<sup>s</sup> (Bandini cat. codd. Lat. 1<sup>s</sup> vol. 3 p. 571) scriptus est in chartis a. 1116 Constantiae a Bartholomaeo de Montepuleiano Aregazzio, sicut declarat subscriptio: 'epithome finit Augustini et Orosii eius 'discipuli: finivi die VIII Februarii M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>XVI<sup>o</sup> Constantiae. B. de Montepoliciano', quacum iungi poterit altera adscripta ad librum Colucci Salutati de fato et fortuna eodem volumine comprehensum: 'B. de Montepoliciano ante (corr. ex 'post') decendium 'scribens finii deo gratias Con. XVI Decembris MCCC (*sic*) XIII'. liber descriptus accurate a Bandinio quid praeterea contineat, hoc loco enumerare non attinet. Prosperianis praescriptum est 'Augustini': sequitur vera inscriptio supra relata.

3. Florentinus Riccardianus n. 321, nobis *A*<sup>s</sup> (cf. Bethmann apud Pertzium *Archiv.* 1<sup>st</sup> 12, 723) scriptus est eadem manu totus in membranis saec. XV: in protocollo adnotatio legitur haec: 'facta fuit magna Francorum clades anno M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>LXI<sup>o</sup> die XVI Iulii

in bellum quod contra Iauuenses gerebant, quo quidem bello quinque milia triginta tres gladio periere'. Prospero (f. 1—32) praescriptum est litteris rubris 'Aurelii Augustini in istoria' sequente inscriptione vera supra relata, subscriptum 'finis istorie ecclesiasticae sancti Augustini episcopi de heresibus eiusdem, deo gratias amen'. post Prosperiana continentur volumine f. 33 Hieronymi ad Damasum et huius ad illum epistulae ficticiae, f. 33—73 vitae pontificum (incipiunt: 'beatus Petrus apostolus et princeps apostolorum Antiochenus', finiunt in Bonifatio III verbis: 'hic fecit episcopos per diversa loca XXI et cessavit episcopatus m. X diebus X'), f. 75—90 'Benvenuti de Rembaldis de Imola libellus qui dicitur Augustalis ad M. Fe.' (incipit: 'optas clarissime marchio'; finit in Vineislaio: 'nunc prohi dolor nihil possideat nisi modicum occidentis, sed laus deo'), cui subscriptum est: 'finit feliciter libellus . . . ad illustrem Nicolaum marchionem Estensem kl. Ianuarii intrante novo anno millesimo CCCLXXXV', agens de Claudio citat Tacitum: 'infortunatus in uxoribus, de quorum [sic] una Meselina scribit Cornelius Tacitus'.

4. Berolinensis Cheltenhamensium 1879, nobis A<sup>9</sup>, olim 'collegii Parisiensis societatis Iesu', deinde Meermannianus n. 784 (praeterea inscriptum est extrinsecus 'Melchioris sum'), descriptus a Waitzio *Neues Archiv* 4, 590, chartaceus saeculi XV, principium deest defuitque iam, cum Melchior ille ei inscripsit titulum 'historie antiquae incipientes ab Abraham'; incipit iam a c. 28 *fiunt itaque*, ultimum folium quamquam et ipsum deest, chronicon integrum mansit exiens c. 1350, ut reliqua similia exemplaria in verba *fecit et prodere* subscripto vocabulo *finis*. Labbaem supra p. 354 vidimus ad oram codicis huius variam lectionem Spirensis deperditi adscripsisse, edidit autem Prosperum a. 1657 ad hunc potissimum et Spirensis.

5. Matritensis univ. F 63, cui subscriptum '*Milo de Carraria scripsit apud urbem anno MCCCCLI*' f. 1—34 (cf. Knust *Archiv* 8, 785; Ewald *neues Archiv* 6, 306), sequuntur Damasi qui dicitur liber pontificalis aliaque, inscriptio eadem atque praecedentium, quibus hic in omni re simillimus est, collatum habui a Kmstio.

Libros supra scriptos cum omnes ex eodem exemplari pendere apertum sit, ut aetate ita bonitate Marcianus reliquis longe praestat, habet adnotationes non paucas quae in aliis desiderantur: habet annos passionis, quos apparet in archetypo per singula decennia adscriptos fuisse, reliquis longe pleniore; denique quae in margine librarii repetere solent uno loco excepto (c. 1142) a Marciano libro absunt, adsunt eadem in Laurentiano forma litterarum aliquatenus distincta ab ipsius auctoris adnotationibus, scilicet perscriptae sunt hae litteris minoribus, illae iisdem quibus in textu utitur librarius et possunt duo genera vel hic aliquatenus secerni, exempli causa in hoc libro c. 203 *Plato nascitur* et in textu legitur ntpote auctoris et ad marginem repetitum a librario, item ad c. 290 *Cicero Arpis nascitur* et ad c. 297 *Lucretius poeta semet interficit* quod adnotatum est, librarii esse inde efficitur, quod eadem redeunt in textu pleniora, verba in Marciano recte tradita librarii recentiores saepe male corruerunt vel breviarunt, exempli causa

c. 33: quam in Aegypto [isdem vocatam] quam in egyptum vocatam A<sup>8</sup>

c. 36: quem Serapim vocant] quem serapim solent appellare A<sup>8</sup>

c. 298: hoc tempore claruit Pomponius A<sup>8</sup>

c. 336 in amicitiam eius interueniente senatu redit *om. A<sup>8</sup>, retinens principium*  
Antonius superatus ab Augusto.

c. 1238 qui mox privatus regno Gothis cohaesit] qui mox priuatur regno gothis  
cessit A<sup>9</sup>, qui mox priuatur regno gothis A<sup>8</sup>

Nihilominus deterioribus non recte carceremus, nam non solum quae in Marciano

perierunt margine resceto, illis libris adhibitis expleantur, sed habent plura in eo omissa, ut e. 10, 811, 818, 955, 1213 aliaque in adnotatione mea indicata; item multis locis illo reperiuntur emendatiora, ut

- e. 416 moguntiacum  $A^u$ , mogontiacum  $A^t$ , magontiacum  $A^s$ , mogontiacom  $A^v$ , maguntia  $A^r$ .
- e. 560 civitates  $A^{st}$  cum reliquis libris, urbes  $A^{rv}$ .
- e. 564 conf(o)ederandam]  $A^s$  et reliqui, confederandum  $A^t$ , conferendum  $A^{rv}$ .
- e. 674 ob nomen dei]  $A^{stuv}$  cum reliquis, ob nomen christi dei  $A^r$ .
- e. 811 mogontiacum reliqui, maguntiam  $A^r$ .
- e. 811 in Thracia] inter achaia  $A^u$ , inter achaiam  $A^t$ , in achaia  $A^v$ , om.  $A^{rs}$ .
- e. 1152 quia (qui  $A^{uv}$ ) superiore anno sarmatae (samarite  $A^{tv}$ ) pannonias uastauerunt (-rant  $C$ ), idem (id est  $A^{uv}$ ) consulatum antesere (e. ant. om.  $C$ )  $A^{uv}$ , in margine omnes, et  $C$ , om.  $A^{rs}$  et reliqui.

Quapropter Marciani libri variam lectionem integram rettuli, Matritensem raro adsumpsi, tres alios ita adhibui ut si quid conferrent ad archetypi communis lectionem stabiliendam id apponerem, ita quibus lectionibus  $A$  litteram apposui, eam scito reperiri in libro Marciano aecedente plerumque uno pluribusve ex reliquis, errores proprios reliquorum suppressi, qui qualis indolis sint, exempla subiecta ostendunt:

- 121 ioed  $A^{rsv}$ , ioaed  $A^t$ , ioded  $A^u$ ,  
anani  $A^{rsuv}$ , ananias  $A^t$ .
- 141 aremulus  $A^{rs}$ , aremolus  $A^t$ , arimulus  $A^v$ , aromulus  $A^u$ .
- 176 iechonias  $A^{tuv}$ , iehonias  $A^s$ .
- 578 alexandriam  $A^{rsv}$ , alexandrinam  $A^u$ .

Libri tres recentissimi  $A^{uv}$  interpolationem sibi propriam subierunt translata ex  $A^u$  in editionem Labbaei. eo pertinent inter alia haec:

- e. 1010 *verba* quae usian . . . substantiae *habent*  $A^{rs}$ , om.  $A^{tuv}$ .
- ad e. 1132 *schisma secundum*  $A^{uv}$ , in margine omnes.
- ad e. 1237 *adnotatur annus ab urbe condita* in  $A^{uv}$ .
- ad e. 1270 *schisma tertium*  $A^{uv}$ , item in margine.

Communi litterae  $A$  ubi adscriptae sunt notae singulares, scilicet  $A^r A^s A^t A^u A^v$ , in reliquis quid sit, ex silentio apparatus ne colligas.

Archetypum commune auctoris nomine destitutum fuisse Marcianus evincit, cum in eo chronica interposita sint inter Augustini libros de mendacio et de haeresibus, id quod sine dubio ad archetypum redit, alii huius ordinis libri eorum auctorem Augustinum fecerunt, minus etiam de haeresibus librum in subscriptionem intrusit, e contrario veram chronicorum inscriptionem in hoc solo librorum ordine superesse supra p. 317 ostendi, pristinam quoque libelli ordinationem hic librorum ordo reliquis accuratius servavit, in textu sane quae reperitur capitum divisio aperte librariorum est (nam Prosper si per commata eum divisit, certe ea non ita disposuisset, ut exempli gratia e. 316, 320—322, 323—327, 329 + 333 quattuor capita efficerent, ut efficiunt in libro Marciano), at quod huius ordinis proprium est, ut ad textum maioribus litteris perscriptum (certe in  $A^{rs}$ ) adnotationes adiciantur maxime in margine exteriori, item in interiori non raro, in universum omnino redit ad auctoris exemplar, quanquam multis locis apographa eum ordinem male perturbatum repraesentant, hoc quoque non a librariis proficisci videtur, quod adnotationes in priore parte abundant, rareseunt in amalibus aetatis imperatoriae, quo proprie singulae pertineant, saepe in dubio positum est, cum praesertim ab ipso Prospero spatii vacantis forte vel non vacantis rationem habitam esse consentaneum sit, in loco earum constituendo unius libri Mar-

eiani ratio habita est ita, ut quo fere loco singulas adnotationes margo eius exhibeat, indicaretur numero cum littera *A* in textum relato: exempli causa adnotatio e. 20 in Marciano libro incipit iuxta versum textus *Heber vero . . . Phalech autem* et sic deinceps.

*Paris.* Parisinus Lat. 4871 saec. XI post excerpta ex libro generationis (vide supra p. 84) f. 106 seq. Prosperi integri principium habet inscriptum ita ut supra p. 346 relatam est. finit e. 516 in verbis *therme trahere et timere* [sic] *senatus*. contuli maiore ex parte neque tamen nisi raro in apparatu libri mentionem feci, cum multa omittat, reliqua fere corumpat. pertinere cum ad familiam eandem, cuius fuit codex *A*, ostendunt praeter inscriptionem quae adlegavi ad e. 361, 381, 388, 426, 458, neque tamen descriptus est ex ipso *A*, cum e. 381 habeat non *minus*, sed *minor*. Cletus e. 498 factus est Analectus interpolatione huic libro propria.

*II* Havniensis codex n. 451 saec. XII, de quo supra p. 266 diximus in chronicis Italicis, ex Prosperi parte antehieronymiana pauca inserit Hieronymianis ea quae loco citato indicavimus, deinde propria Prosperi exhibet ad a. usque 455 insertis quibusdam alienis desumptis ex chronicis Italicis potissimum, quae ut supra composuimus, ita hic in apparatu quoque indicantur. recensiones Prosperi qui hunc librum scripsit duas usurpavit contaminavitque. scilicet multis locis cum familia ea convenit, ad quam pertinent libri plerique, proxime inter eos accedens ad libros *A<sup>uv</sup>*, quibuscum communem habet interpolationem e. 1230: *ab urbe condita MCLXII*; e contrario alia communia habet cum *MY*. de contaminatione hac duarum Prosperi recensionum plenius infra (p. 375 seq.) actum est.

*U* Escorialensis R II 18 olim Ovetensis, scriptus saec. VII litteris uncialibus, partibus quibusdam deperditis expletus saec. fortasse VIII diligenter descriptus est a Paulo Ewald (*neues Archiv* 6, 275) et Gustavo Loewe (Hartel bibl. patr. Lat. Hisp. 1, 132 seq.), ex Prosperi chronicis integris librarius describere voluit tantummodo partem a Prospero ad Hieronymiana adiectam, sed errore coepit a fine Eusebii, legunturque ita post itinerarium Antonini, quod finit f. 46', chronica Prosperi inde a e. 1022 incipientia praescriptione nulla addita verbis his: *igitur Theonimi pr̄sr̄ succedit auctoritas*. mox errore intellecto librarius f. 17' post e. 1018 *ex Caesaribus Augusti appellantur* ab Hieronymianis describendis destitit spatio vacuo relicto, in quo postea manus saec. VIII scripsit excerpta quaedam ex etymologiis Isidori. omissis igitur sequentibus e. 1049—1178 a Prospero ex Hieronymo excerptis rediens ad Prosperum f. 48'—55 scripsit partem extremam chronicorum inde a e. 1179 *Arcadius Theodosii filius* ad finem auctarii eius quod dedimus in app. II, neque praescriptione neque subscriptione ullo loco apposita. subiuncta sunt Prosperianis in spatio, quod librarius primus vacuum reliquit, postea perscripta excerpta ex Isidori historia Gothorum, de quibus suo loco dicetur. librarius commata passim separavit spatiis vacuis relictis, adnotationes in margine exhibuit. librum omnium Prosperianorum antiquissimum nostra causa olim descripsit Aemilius Huebner, contulit apographum cum codice Paulus Ewald.

*R* Reichenaviensis sive Augiae codex hodie deperditus, ibi ubi ex apographorum consensu de lectione constat, nobis dictus *R*, in indice eius bibliothecae a Reginberto († a. 846) ante a. 812 confecto (Neugart episc. Constant. p. 548; inde G. Becker catalogi bibl. ant. p. 20: ipsum frustra quaesivi) enarratur sic: *in tertio libro habentur (1) chronica Eusebii Caesariensis episcopi et Hieronymi presbyteri et (2) Prosperi et (3) chronica Cassiodori Senatoris et (4) chronica Jordanis episcopi et (5) chronica Melliti et (6) chronica Bedae presbyteri et (7) chronica excerpta Isidori episcopi et (8) chronica brevia*. finiunt hic libri historici, sequitur pars altera chronologica: *deinde (10) notarum [rotarum ser.] Plinii Secundi lib. I et (11) notarum [rotarum ser.] Isidori episcopi lib. I et (12) notarum [rotarum ser.] de naturis rerum Bedae presbyteri liber [excidisse videntur talia et (13) de ratione computi*

*eiusdem Bedae presbyteri et (16) computus] excerptus ex diversis lib. I et (18) epistolae Victoris et (19) Dionysii de ratione cycli paschalis et (21) de cyclis decemoralibus cycli XXVIII et (22) cursus diversi de septem diebus et mensibus et XII signis vocabulis et (23) martyrologium per anni circulum et in antea de diversis numeris et figuris.* in eadem bibliotheca codex fuit adhuc incipiente saec. XI, nam excerpta Cassiodorana quae compilerator Alamannus saeculi ut videtur XI incipientis annalibus suis<sup>1)</sup> inseruit, ex volumine Augiensi eum traxisse verisimile est et habuit item haec Prosperiana (v. c. 1182), codicem saec. XVI delatum esse Vindobonam ad Cuspinianum historiographum imperii Austriaci († 1529) colligitur ex iis, quae hic posuit ad finem commentariorum de consulibus Romanorum (Basileae 1553 fol.): *unicam habui Cassiodori excerptum quod mecum Stabius* (professor matheseos Vindobonensis et historiographus imperii Austriaci ante Cuspinianum † 1522) *mibi attulit*; nam Cassiodori chronica eum per hunc solum codicem ad nos pervenerint, Cuspinianum autem constet codice eorum meliorem usum esse quam qui extant ex hoc descripti, archetypam usurpari necesse est. post Cuspinianum non commemoratur. — Prosperi chronica, ut hoc libro continebantur, hodie nota sub nomine Prosperii Augustani, carebant parte Hieronymiana, perveniebant autem consularia continuo ordine ad a. 457 sequente indice regum Wandalorum ad finem regni eorum, exposuimus ad auctarium secundum consularium illorum partem Prosperianam finire in a. 445, reliqua ab eo auctore aliena esse, proficisci hanc Prosperii recensionem ex Africa, Carthagine opinor, appendix declarat. — Ad Prosperii hoc exemplar cum excerpta Cuspiniana neglegenter facta non perveniant, standum est in eo Augiensi libri apographis duobus quae sequuntur.

Mogontiaccensis olim, iam Parisinus Lat. n. 1860 scriptus est excepto quat. XIII<sup>Rv</sup> postea inserto ab eodem librario totus inter a. 939 et 954<sup>2)</sup> iussu Friderici archiepiscopi Mogontiaccensis (937—954), cuius creationis librarius ille ad a. 937 mentionem fecit, obitum autem successor Guilelmus cum aliis notitiis ad a. 954 sua manu adnotavit (MG. SS. 1 p. 69 cf. 2 p. 238). in ipso libro adnotatum est f. 1': *pertinet ecclē S. Stephani in Moguntia* (de qua adnotatione ex parte erasa admonuit me olim Jaffé), item f. 85: *nota quod his temporibus reliquie prothomartiris Stephani sunt invente*, item ad a. 1180 relatio de ludis Mogontiacci factis (edita ed MG. SS. 2. 247). adhibuisse hunc codicem chronicorum scriptores Mogontiaccenses Mariannum Scotum e. a. 1080, scriptorem annalium Disibodenbergensium e. a. 1117 infra exponitur in praefatione ad chronica Cassiodori: item Iohannes Coehleus in dedicatione, quam editioni eorum chronicorum praemisit data III id. Nov. 1528 Mogontiacci, ait codicem reperisse se *hic in bibliotheca divi Stephani*. Mogontiaco codex venit Parisios ad Colbertum, cuius bibliothecae numerus 210 ei inscriptus est, et cum reliquis Colbertinis in publicam Parisinam bibliothecam. — Corpus historiae rerum gestarum (1—8) ad auctorum aetatem recte ordinatum et historiae naturalis et computatorium (10—23), quarum duarum partium separatio et ex forma

1) Epitomen Sangallensem vel, ut iam nuncupatur, chronicon Suebicum universale (SS. 13, 61 seq.) et chronicon id quod composuit Herimannus Contractus mortuus a. 1054 (SS. 5, 67 seq.) Henricus Bresslau demonstravit redire ad compilationem ampliorem hodie deperditam, sed in iisdem partibus tempore non multum remotiore factam adhibito aut ipso eo de quo agimus codice Augiensi aut gemello aliquo monasterii alicuius vicini. addo chronicorum Cassiodori ex scriptoribus mediae aevi copiam fuisse soli auctori compilationis illius, ea autem non solum reperiri apud Hermannum Contractum, sed etiam in epitome Sangallensi: exempli causa legitur in editione Siehadiana (nam Bresslaviiana hanc partem omisit) ad a. 480: *Odoacer in Dalmatis Odlicium vivit et peremit fore* ut apud Hermannum. omnino quotquot auctores videmus apud Hermannum usurpatos esse iudem adsunt item apud Sangallensem. 2) Nihilominus librarius aliquoties usus est a aperta et simili a litterae, ut in vocabulis *BalAus*, quod redit bis, et *Aracthus*, imitans archetypum codicem Augiensem, etiam Cassiodori codex Reginensis descriptus ex eodem libro Augiensi mendis suis, ut est *daillius* pro Duillio, similem archetypi scripturam prodit.

indiciis Reginbertiani supra relata et inde colligitur, quod quaternio XII prioris partis extremus in Parisino libro quattuor tantum foliis constat, compositum aliquando moderate opinor ipso Reginberto Augiae, cum repraesententur hoc apographo, quae eo volumine comprehendantur iam enarrabimus.

- 1 (q. I foll. 7: II, III, IV foll. octonorum: V foll. 9: VI foll. 6 prima, hodie f. 1—16') chronica Hieronymi titulo neque ante praefationes neque post eas perscripto, spatiis tamen ad eum recipiendum vacuis relictis.
- 2 (q. VI foll. 7, S. q. VII f. 1, hodie f. 47—49<sup>a</sup>; quaternionis eius f. 2, 3<sup>r</sup>, hodie f. 49', 50<sup>r</sup> vacant) *incipit ex chronicis Tyronis Prosperi chronicorum Eusebii temporibus praetermissis*.
- 3 (q. VII f. 3—10, q. VIII f. 1, 2<sup>r</sup>, hodie f. 50'—59<sup>r</sup>) chronica Cassiodori, de quibus dicitur loco suo.
- 4 (q. VIII f. 2'—S, q. IX f. S, hodie f. 59', 60—63, 63<sup>b</sup>, 64—72) Iordanis Romana (v. ed. meam p. LIII) cum carmine quod casu ei adhaesit Honorii scholastici (l. c. p. XLVI: Riese anthol. Lat. n. 666).
- 5 (q. X f. 1'—5<sup>r</sup>, hodie f. 73'—77<sup>r</sup>) chronica Isidori sub nomine Melliti, de quibus item infra agetur suo loco.
- 6 (q. X f. 5'—S, q. XI foll. 6, q. XII f. 1, 2, hodie f. 77'—88<sup>r</sup>) chronica Bedae maiora item infra tractanda.
- 7 (q. XII f. 2', 3', hodie f. 88<sup>r</sup>, 89') *chronica de saeculibus mundi* applicata Isidori chronicis minoribus et propterea in catalogo Reginbertiano ei adscripta; perveniunt ad obitum Ludovici Pii a. 810.
- 8 (q. XII f. 1, hodie f. 90) simile breviarium inscriptum *item series brevis de saeculibus mundi*. fuit item in obitu Ludovici Pii a. 810, ad haec quoque suo loco redibitur.
- [9 (q. XIII foll. 4 postea insertus, hodie f. 91<sup>a</sup>, 91<sup>b</sup>, 92, 93<sup>a</sup>) annales scripti in monasterio S. Albani prope Mogontiacum edifi sub titulo annalium Wirzeburgensium MG. SS. 2, 238 seq.: perveniunt ad a. 1101.]
- 10 (q. XIV f. 1—6, hodie f. 93<sup>b</sup>—98<sup>r</sup>) *capitula libri Plinii*, excerpta ex naturae historiae l. II, III, IV, VI (cf. Detlefsen in praef. vol. 1 p. 5).
- 11 (q. XIV f. 6, 7, S, XV f. 1—7, hodie f. 98<sup>r</sup>—107<sup>r</sup>) *liber rotarum sancti Isidori episcopi*, scilicet de natura rerum. accedunt versus *de zonis caeli* incipientes *idcirco terris, limientes clabitar anguis* (Vergilius georg. 1, 231—241) et notum carmen Sisebuti *quomodo terminatur terra oceano* (Riese anthol. Lat. n. 453; Baehrens poetae Lat. min. vol. 5 p. 357).
- 12 (q. XV f. S, XVI f. 1—3, hodie f. 108<sup>r</sup>—111') *liber Bedae presbyteri de natura rerum*.
- 13 (q. XVI f. 1—10, XVII f. 1<sup>r</sup>, hodie f. 112<sup>r</sup>—119<sup>r</sup>) *libellus Bedae presbyteri de ratione compoli cum interrogationibus et responsionibus*.
- 14 (q. XVII f. 1'—S, q. XVIII foll. S, q. XIX f. 1', hodie f. 119'—135') *Rhabani abbatis de computo*, commentarius scriptus e. a. 820 in archetypo Augiensi non adfuit: ipse Rhabanus abbas factus est post a. 820, desiit esse a. 817.
- 15 (q. XIX f. 1', 2, 3<sup>r</sup>, hodie f. 135', 136, 137) *de concordia mensium* (fasti mensurii) — *anni ab Adam iuxta Hieronimum ex auctoritate Hebraica* et *anni ab Adam iuxta LXX interpretum auctoritatem* deducta computatione utraque item ut supra ad a. 840, qui secundum computum priorem anno mundi aequatur MDCXCII — *de aetatibus animalium*.
- 16 (q. XIX f. 3'—S, XX f. 1, 2, 3<sup>r</sup>, hodie f. 137'—145<sup>r</sup>) *computus ex diversis excerptus*, vere inveniuntur computationes relatae ad annos diversos: ita f. 138

*argumentum, quoditer anni ab incarnatione domini nostri Iesu Christi inceniuntur* scriptum sit necesse est inter a. 778 et 792. in alio quod statim sequitur legitur: *anni ab incarnatione domini anno praesenti sunt DCCXCIII.* item f. 439 *anno praesenti dominicae incarnationis DCCXXVIII.* item f. 442' in *argumento ad annum mundi inceniendum* haec leguntur: *si scire cupis annos ab initio mundi, multiplica CCCXVII quindecies: fiant IIIIDCCLV (IIIIDLIV cod.): adde semper regulares IIII: adde et indictionem anni in quo computare volueris, verbi gratia praesentis secundam: fiant simul IIIIDCCCLXXI.* quo secundum computum Hebraicum antea relatam significari videtur a. 809. item f. 443: *item alia argumenta alio modo computata, si vis scire annos ab initio mundi, multiplica quindecies CCCXVIII, fiant IIIIDCCCLXXXV, adde regulares IIII et indictionem anni cuius volueris, ut puta in praesenti Adam, fiant IIIIDCCXCII: isti sunt anni ab initio mundi.* significatur a. 839. pergitur: *si vis scire annos ab incarnatione domini quot fuerint, multiplica LIIII quindecies, fiant DCCXC, adde regulares XII et indictionem cuius volueris anni, verbi gratia praesentis secunda est indictio, adde ad supra dictum numerum, fiant DCCXCXIII. isti sunt anni ab incarnatione domini.* haec igitur scripta sunt annis diversis 778 792. 793. 809. 821. 828. 839.

- 17 (q. XX f. 3'—6<sup>r</sup>, hodie f. 145'—148<sup>r</sup>) Victorii cycli paschales cum epistulis duabus praemissis et prologo.
- 18 (q. XX f. 6'—8', hodie f. 148'—150') Dionysii Exigui epistulae duae de ratione paschali.
- 19 (q. XX f. 8', 9<sup>r</sup>, hodie f. 150', 151<sup>r</sup>) Paschasini epistula ad papam Leonem de paschate.
- 20 (q. XX f. 9<sup>r</sup>—v, hodie f. 151) *argumentum Aegyptiorum*, ex hoc codice editum apud Ducangium in supplemento XXIV ad chronicum paschale.
- 21 (q. XXI f. 1—4', hodie f. 152—155') cycli decennovales complectentes annos 532—1063 adscriptis adnotationibus iis quae editae sunt sub inscriptione annalium Augiensium (MG. SS. 1. 67). earum quae spectant ad a. 709. 710 cum ipsis cyclis descriptae sunt ex archetypo, adiectae reliquae ad a. usque 839 ab eodem librario post tempus, paucae posteriores a manibus diversis.
- 22 (q. XXI f. 5<sup>r</sup>—6<sup>r</sup>, hodie f. 156<sup>r</sup>—157<sup>r</sup>) carmina ad fastos menstruos spectantia *prima dies* (Baehrens vol. 5 p. 353 n. 6) — *primus Romanus* (Ausonius egl. 5. 2 Schenkl) — *dura patet Iuni* (Baehrens vol. 1 p. 205) — *bis sem mensium* (Baehrens vol. 5 p. 352) — *primus adest aries obscuro lumine labens* (Burmam anth. 5. 40) — *respicias Aprilis aries Frijuae kalendae . . . tempora pisces* (Ausonius 5. 9 Schenkl) — *hic Iuni mensis sacra est* (Baehrens anth. vol. 1 p. 206) — *idcirco certis . . . revertit ordo* (vide supra e. 11).
- 23 (q. XXI f. 6'—8. XXII foll. 8. XXIII foll. 2. hodie f. 157'—167. 172. 173. omissis numeris 168—171) varia spectantia ad fastos, praeterea *de iuniarum (iuniarum cod.) figuris et divisionibus*, de ventis, alphabetum numerorum, numeri Graeci.

Ad Prosperum librum adhibuerunt editores operum eius Parisini a. 1711 p. 756.

Augustanus Vindelicorum n. 223 saec. XV. descriptus diligenter a Kruschio (*Actes Rev. Archiv* 7. 278). antea monasterii eiusdem urbis SS. Fdabriei et Afrae Benedictinorum. aut Augiensem se esse profitemur aut certe ex Augiensi descriptum praemittens indici operum quae continet verba *ex monast(crio) Augie.* post chronica Fredegariana et Reginonis haec habet:

1. f. 181—261 chronica Hieronymiana inscripta sic: *chronica Eusebii Hieronimi Caesariensis episcopi ad Vincencium et Galanum incipiens a tempore Abraham protendens se usque ad imperatoris Valentis interitum.*



2. f. 261—263 adhaeret sine indice laterculus consularis ab a. 378, quo Hieronymus finit, ad a. 498, qui quamquam abest a libro Parisino, vix abiit ab archetypo eius Augiensi. editur infra cum similibus laterculis.
3. f. 263—274 Prosperi pars posthieronymiana; inscriptio eadem est atque relata ex libro Parisino. ex hoc libro eam partem edidit Camisius a. 1601 in lectio-  
num antiquarum volumine primo.

c Bruxellensis n. 5469 saec. IX antea fuit Antverpiae apud Iesuitas (signatus ibi + Ms. 12); legitur in fine: 'hic liber commodatus est R. P. Aegidio Bucherio, ab eo mittendus R. P. Petro Francisco Chiffletio ac deinde Antverpiae ad P. Ioannem Bollandum remittendus.' Bucherius eius meminit de doct. temp. (1631) p. 135. 211 citans Prosperi chronicon manuscriptum quod ipse habeat in *Rosweydi schedis repertum, sed mutilum*; etiam Miraeus (a. 1639 ad Gennadium c. 84) ait eum se vidisse inter schedas Heriberti Rosweidi. Duchesnius (v. p. 375) a. 1636 ad eum librum, quem Chiffletianum appellat, partem Prosperi posthieronymianam recensuit, adhibitis item et editionibus antea factis et codice nostro Y, sed hunc potissimum secutus; ita c. 1376, 4 verba corrupta in C non emendavit ex libro Y, sed suppressit. consules inde excerptos edidi ad Cassiodori chronica p. 660. codex foliorum 55 solum Prosperum continet neque unquam plura continuit; ex quaternionibus, qui novem fuerunt, deficiunt tertius (c. 309—459) et octavus (c. 1152—1326); numeros habent quinque eorum in fine adscriptos II, III, V, VI, VII, carent iis et primus et qui septem tantum foliorum est extremus. quaternionibus hodie amissis usus est etiamtum Bucherius citans inde adnotationes de cyclo ad a. p. Chr. 46 et 382, et cum habuerit eisdem Duchesnius et per hunc editio Labbaeana, quae hodie desiderantur c. 1166—1326 aliquatenus ita explentur. prima pagina (c. 1—9) detrita est, sed ut paucis exceptis legatur. archetypi ut videtur folio amisso desiderantur c. 1076—1091; deficiunt item ipso codice integro postrema verba c. 1376, 5—11 archetypo ibi evanido facto, unde etiam in extrema parte quaedam omissa sunt spatiis vacuis relictis. adnotationes a textu Prosperi ita distinguuntur, ut in margine indicavimus: scilicet illae aut in margine libri scriptae sunt, quod non saepe factum est, aut totae minio perscriptae (v. p. 312) sed cum potiora commata, maxime Christiani argumenti, item a miniatis vocabulis incipiant, breviuscula quaedam eorum (primum est 641 *Anthiocie quintus episcopus constituitur Heros*) item tota minio scripta sunt propter argumentum; quae facile discernenda singillatim non distinxi. a miniatis et marginalibus commatibus ut abstrahamus, ordo commatum idem fere esse invenitur quem reliqui libri sequuntur, quo autem ordine commata se excipiant, margo nostra ostendit, contuli ipse Bruxellis a. 1885 post Bethmannum.

Chroniceis Gallicis Hieronymiana continuantibus, quae infra edita inveniuntur, ab a. inde 452, quo finiunt, adiecta est in libris pars extrema Prosperianorum comprehendens annos 453—455, quam ob causam appendici illi Prosperi nomen cum subscribi posset, errore praescriptum est et ita effectum, ut universa sub Prosperi vocabulo laudarentur, re considerata duae partes facile separantur, Gallica enim annos habet imperatorios, Prosper consulares eaque anni designandi differentia tres illos annos et a reliquis distinguit et vero auctori adiudicat. de libris infra dicetur. longe primarius est Londiniensis musei Britannici n. 16971 saec. X idem qui solus servavit chronica Marii, similem librum adhibuit Siebertus, qui cum ipse perierit, exemplaria inde profecta parum bona omnia in Prosperianis, ubi subsidia alia multa praesto sunt, omitti poterunt.

*Isid.* Isidori chronicorum maiorum recensio interpolata in libris plerisque attributa Augustino et Hieronymo ut suo loco postea tractabitur, ita hic monendum est consularatus Prosperianos a Gaio (c. 100) ad Vespasianum (c. 182) in eam receptos esse.

varia lectio in apparatusum relata est librorum duorum Vindobonensis n. 580 (*Isid.*) et Parisini n. 2321 (*Isid.*).

Bruxellensis n. 1791 saec. X post Victorem Vitensem eaque, quae indicabuntur <sup>B</sup> in chronicis Gallieis, ad narrationem ibi editam de imperatoribus domus Valentinianae sine inscriptione ulla adiungit chronicorum Prosperi partem posthieronymianam omissis consulum nominibus; ea incipit c. 1167 *Valente a Gothis*, finit libro mutilo c. 1312 in verbis *recipiente Cartha* . . .

Aleobaciensis deperditus, de quo dicemus ad Victorem Tonnemensem, habuit inter alia Prosperum testibus Vasaco et Pontaco, ille ex eo codice citat c. 1171 *Priscillianus episcopus de Gallatia* (ad a. 382), c. 1257 et c. 1259 *Athaulphus Gothorum rex a quodam . . . invasit* (ad a. 416), c. 1271 *secunda Aquitania* (ad a. 121), c. 1278 *Castinus* (ad a. 121), c. 1335 *secunda potestate* (ad a. 412); postea non adlegatur. Pontacus quae ex eo adfert, rettuli in apparatusum (c. 1221, 1303, 1306, 1320, 1321, 1342, 1352), sed ubi ait in eo legi ad a. 403: *Eudocia . . . cohortatum posita est*, dubium non est eum deceptum esse silentio Schotti; est enim comma ex Marcellino interpolatione recentissima Prosperianis inlatum, confinebantur libro testibus duobus apographis, de quibus statim dicitur, Prosperi chronica posthieronymiana sub praescriptione solita *hucusque Hieronymus . . . curavimus* nomine auctoris non enuntiato, finientia a. 415 in verbis *Valentiniano VI et Nomo consulibus*, et his subiuncta nullo intervallo appendix infra edita prima, scilicet consulatus decem a. 416—455 cum adscriptionibus et computo ad a. 455 deducto. — Ipsum librum multis locis apparet similem fuisse nostris *FP*, qui item non habent nisi partem Prospero propriam: maxime notabilis est locus de Vandalarum regno in Africa constituto c. 1321 auctus in his libris solis ita, ut archetypi communis confirmetur origo ex exemplari Africano, sed ex Aleobaciensi quae descendunt exemplaria non solum hic illic propius ad Mediceum accedunt quam libri *FP* (ut c. 1286 *emittit MZ, mittit FP*), sed habent propria cum c. 1352 tum auctarium de quo modo dixi.

Lemovicensem n. 1 supra p. 357 diximus parte priore exhibere post chronica <sup>X</sup> Hieronymi f. 151—164 auctarium Prosperianum: in principio manus recens adscripsit *chronica Prosperi*, post finem Prosperianorum subscriptum est: *amen, explicit chronica Eusebii Hieronymi presbyteri* (haec tria verba postea inducta sunt) *deo gratias amen*, usus est codice Pontacus, apud quem pars haec prior *Lo* notatur, descriptum eum esse ex Aleobaciensi veri simile est propterea quod proxime accedit ad Matritensem qui sequitur, mihi librum contulit Girard Parisinus.

Alealensis olim, iam Matritensis univ. n. 134 saec. XIII, quo volumine quid contineatur, <sup>Z</sup> plene enarrabimus in praefatione ad Victorem Tonnemensem, in ipso principio f. 1—16' habet chronica Hieronymi cum auctario Prosperi, chronicorum Hieronymianorum, quibus praescribitur: *incipit liber chronicorum a sanctissimo Eusebio Cerasiensi [sic] episcopo Graeco eloquio editus et a beatissimo Hieronimo presbytero de Graeco in Latinum sermonem translatus*, adsunt praefationes duae, abest exordium: ipsorum chronicorum non datur nisi epitome: *chronica ad integrum non curamus, sed pauca ex eis tanquam flosculos protulimus*, subiunguntur his chronica Prosperiana cum auctario sic ut modo diximus, librum totum descriptum esse ex Aleobaciensi praeter alia argumenta infra adlata etiam Prosperiana evincunt: nam quae ad ea ex Aleobaciensi citantur, redeunt fere in Matritensi, Lemovicensi Matritensis posthabendus est (v. c. c. 1217) nec raro hic quaedam corruptit vel etiam adiecit, ut c. 1257 verba *Gothorum rex*, c. 1259 *senioris*. — Codicem mihi contulit Ewald, locos quosdam dubios recognovit J. Bernays.

Leidensis Scaligeri n. 11 saec. IX, nobis *F*, aliquando Marquardi Freheri (ad <sup>F</sup> notatum repperi inter alia in pagina extrema haec: *civitate Perigorensis Stephani sci*

*ops Rodulfus, Petrus Peregr.*) post chronica Hieronymi cum exordio (cuius hiatum p. 11. 31—16. 19 Schoen. hic liber et Lemovicensis supra p. 358 soli explent) habet f. 176—186 quae ad illa Prosper adiecit praescripto eius lemmate: *hucusque Hieronymus . . . nos quae consecrata sint adicere curavimus*, finientia in a. 445 verbis *Valentiniano VI et Nomo cons.* sequuntur f. 187 recapitulatio a fine Hieronymi in hunc locum translata (v. e. 1318) et f. 187—190 carmen, ex quo colligitur archetypum huius libri scriptum esse sub Anastasio a Bonifatio quodam in usum Marciani et Domitiani filiorum Marini praefecti praetorio (cf. Schoene ad Euseb. praef. vol. 2 p. XI). Prosperi nomen in volumine non enuntiatur. — Similem librum ad chronica edita a. 519 adhibuit Cassiodorus: nam non solum quae ex Hieronymo exceperit, in eum solum librum suo loco videbimus quadrare neque cum usum esse parte Prosperi Hieronymiana, sed ipsa excerpta Cassiodori Prosperiana in hunc librum potissimum conveniunt. ita Theodosio II, cuius annos Prosper e. 1283 non posuit, septem et viginti Cassiodorus cum codice *P* tribuit et e. 1280 nomina habet filiorum Placidiae quae Prosper ipse non magis videtur enuntiasse. denique computationem, quae commentarium claudit, Cassiodorum videbimus applicasse ad supra adlegatam libri Freheviani. sed aliis locis (e. 1286. 1321) exemplar Prosperi Cassiodoranum immune fuit ab interpolationibus historicis in codicem illum receptis, et pervenit omnino Prosperi exemplar Cassiodoranum ad a. 155, sicut ipse significat in institutionibus suis (supra p. 346). de simili Prosperi exemplari adhibito a Paulo diacono infra (p. 374) dictum est.

*P* Florentinus Laurentianus plut. 67 n. 15 chronicorum Hieronymi cum auctario Prosperi scriptus a Poggio a. 1408 teste subscriptione: *hunc librum scripsit Poggius Florentiae summo cum studio ac diligentia diebus XII Romano pontifice residente iterum Senis* (moratus est ibi Gregorius XII primum a Sept. 1407 ad Ian. 1408, deinde per eiusdem anni menses Sept. et Oct.) *cum sua curia, valcas qui legis*. Prospero subscriptum est: *hic fuit Prosper post Hieronymum*. selegi hoc exemplar ex turba vulgarium simillimorum eiusdem fere aetatis, quibus cum nihil proficiamus, eos satis habui enumerare. ex iis eos, ad quos auctorem non citavi, ipse evolvi. iis qui habent interpolationes, quales composuimus in auctario sexto, asteriscum adposui.

### **Italia.**

#### *Caesena*

- 1 Bibliothecae Malatestianae plut. sin. XI n. 4, scriptus a. 1454 *pro illustri ac magnifico domino Malatesta Novello de Malatestis per fratrem Franciscum de Figino capellanum eiusdem*. adhibuit librum Roncallius.

#### *Florentiae*

- 2 Laurentianus plut. 67 n. 11 saec. XV, antea Petri de Medicis.
- 3 Laurentianus plut. 67 n. 13 saec. XV.
- \* 4 Laurentianus plut. 67 n. 11 saec. XV.
- 5 Laurentianus plut. 67 n. 16 saec. XV.
- 6 Laurentianus plut. 89 inf. n. 5 scriptus Florentiae a. 1440 per Antonium Marii filium Florentinum civem et notarium. idem scripsit libros n. 9. 16. 59.
- 7 Laurentianus S. Crucis plut. sin. 19 n. 6 saec. XIV exeuntis. variam lectionem dant Zaecaria exe. litt. 1754 p. 229 et Bandini cat. 4, 137—144.
- 8 Laurentianus Faesulanus n. 58 saec. XV.
- 9 Laurentianus S. Marci 362 scriptus a. 1452 per eundem Antonium qui scripsit n. 6.
- 10 Magliabecchianus cl. 22 n. 3, antea Ant. Franc. Marmi, saec. XV.

#### *Mediolani*

- 11 Ambrosianus *C* 290 scriptus a. 1463 per Gerardum Cerasium Florentinum.
- 12 Ambrosianus *C* 291 scriptus a. 1422 per Rogerium Catadum plebanum.

*Neapoli*

- 13 VI. D. 11 saec. XV, antea A. Iani Parrhasii.

*Romae*

- \*14 Vaticanus n. 211 saec. XV.  
 15 Vaticanus n. 212 saec. XV.  
 16 Vaticanus n. 213 scriptus Florentiae a. 1135 per eundem Antonium qui scripsit n. 6.  
 \*17 Vaticanus n. 214 'Iulianus de Vitotio pro se festinanter scripsit' a. 1167.  
 18 Vaticanus n. 215 scriptus a. 1111.  
 19 Vaticanus n. 216 saec. XV.  
 20 Vaticanus n. 5952 saec. XV.  
 21 Vaticanus Palatinus n. 817 saec. XV.  
 22 Vaticanus Palatinus n. 818 saec. XV.  
 23 Vaticanus Palatinus n. 821 saec. XV.  
 24 Vaticanus Palatinus n. 867 saec. XV.  
 25 Vaticanus Urbinas n. 382 (antea 606) saec. XV.  
 26 Vaticanus Urbinas n. 421 saec. XV.  
 27 Vaticanus reginae n. 2034 saec. XV. post Prosperum sequitur *cronica Eusebii Caesariensis Pamphilii martiris contubernalis, capitulum primum de prima aetate, in principio temporis cet. finit: ad cuiusdam villulae casam deportatus est quibus persequentibus accensus in domo communi sepultura caruit. Hieronymi presbyteri. Gothi dicuntur Sueri ubi sunt est Holandia et Schandia insulae, Vandali sunt omnino destructi, sed pars remansit circa Vandalum flucium in Polonia. Huni in Pannonia residerunt, quae ab his nunc Hungaria dicitur. Halaui in Hispaniae montanis qui Vascoli nunc narrati sunt, hucusque Hieronymus presbyter sui temporis digessit historiam.*  
 28 Vaticanus Ottobonianus n. 473 saec. XV.  
 29 Vaticanus Ottobonianus n. 604 saec. XV.  
 \*30 Vaticanus Ottobonianus n. 613 saec. XV.  
 \*31 Vaticanus Ottobonianus n. 743 saec. XV.  
 \*32 Vaticanus Ottobonianus n. 749 saec. XV.  
 33 Romae apud Torquatium Rossi, saec. XV, antea card. Firmiani et coll. Cypranic, vidit Bethmann (*Archiv* 12, 411 et in schedis).  
 34 Romae apud capitulum S. Petri saec. XV, vidit Bethmann (*Archiv* 12, 408).

*Siena*

- 35 Bibl. publ. K. IV, 13 scriptus Romae a. 1171 per A. Campanum.

*Venetis*

- \*36 Marcianus cl. IX n. 1, scriptus Patavii a. 1460, antea Dominicanorum S. Iohannis et Pauli.  
 37 Marcianus cl. IX n. 76, scriptus a. 1468, antea Morellii n. 258.  
 \*38 Marcianus Zanettianus n. 318, antea Bessarionis.

*Veronae*

- 39 Bibl. capit. n. 26 scriptus a. 1449.

**Gallia.***Parisiis*

- 10 Lat. 1865 scriptus a. 1172 a Petro Cennino Bernardi insignis aurilicis filio.  
 11 Lat. 1868 saec. XV.  
 42 Lat. 1869 saec. XV.

*Rheims*

- 13 K 759 (757) saec. XII (?) exeuntis elegantissime scriptus. numerantur anni mundi: finit *LXVII Valentinianno VI et Nono consulibus VDCLXV. ego*

librum non vidi, videtur esse is quem adhibuit servatum eo tempore Parisiis apud Nicolaum Fabrum Pontacum (praef. p. 27), laudans elegantiam eius et annos addens ibi numerari ab orbe condito.

### **Hollandia.**

14 Leidensis publicus n. 97 B saec. XV.

### **Hispania.**

- 15 Escorialensis & H 3 scriptus Florentiae a. 1159. examinavit Ewald.  
 16 Matritensis univ., antea Alcalensis E. 2. 7 scriptus a. 1123 (Knust *Archiv* S, 808).  
 examinavit Ewald.  
 17 Valladolid n. 61 saec. XV. descriptum habui a P. Heine integrum, partem  
 item a Knustio.

### **Britannia.**

#### *Londini*

- \* 48 reg. 11 C III saec. XV.  
 \* 49 Harleianus 3957 saec. XV.  
 50 Harleianus 3962 saec. XV.  
 51 add. 6923 Prosperi chronica ex variis codd. calamo exaratis recensita ab Ioh.  
 Hindley.  
 52 add. 12016 saec. XV.

#### *Oronii*

- 53 Bodleianus Canonicianus script. eccl. n. 98 saec. XV.  
 54 Bodleianus Canonicianus script. eccl. n. 193 saec. XV.  
 55 collegii Magdalenei n. 181 saec. XV.

### **Germania. Austria. Helvetia.**

- 56 Genevensis n. 49 saec. XV.  
 57 Monacensis 12361 (Reitenbach 161) s. XV.XVI. deficiunt extrema.  
 58 Sangallensis Bibliothecae civium Vadianae; inscriptum est: *liber emendatus  
 Ghuiglichmini Francisci Tanaglia civis Floruntini quem ipse mea manu scripsi  
 precepto Hieronymi serrato IIII k. Octobris MCCCXX.*  
 59 Vindobonensis n. 311, antea Hohendorfianus, scriptus a. 1437 per eundem An-  
 tonium qui scripsit n. 6.  
 60 Vindobonensis n. 3100, antea universitatis n. 161, saec. XV. Prosper hic ad-  
 est epitomatus.  
 61 Guelferbytanus Gudianus n. 18 scriptus Papiae a. 1461 per Wilhelmum Saxo-  
 nem presbyterum.  
 62 Guelferbytanus Gudianus n. 152 saec. XV.  
 63 Guelferbytanus nov. 101, 2 folium minus singulare, pertinens ad a. 127—137.

Subiecti indicem librorum quorum notitia certa mihi non suppetit, maxima certe ex parte iis quos modo enumeravi recensendorum, similia multa addi potuerunt, sed cum eiusmodi recensensus parum inveniatur, substiti in paratis.

*San Daniele* n. 10, post Hieronymum, scriptus a. 1152 (Bethmann *Archiv* 12,675 et schedae eius).

Parmae in bibliotheca ducali, post Hieronymum, saec. XV, adhibitus a Vallarsio et visus Bethmanno (*Archiv* 12,689).

Patavii in S. Antonii, post Hieronymum, saec. XV (Bethmann *Archiv* 12,665).

Ibidem in S. Iohannis in Viridario, post Hieronymum (Tomasini bibl. ms. Patav. p. 15).

Veronae apud Saibantios sic descriptus apud Scipionem Maffei *indice de libri di Gius. Saibanti* (Veronae 1731, 8): chronicon ut creditur Prosperi cui titulus: epitoma quod est chronicon omnimodae historiae continens ab exordio mundi per sue-

cessionibus nomina regum gentium multarum seu consulum diversarum provinciarum, producit usque ad Valentinianum iuniorem et Leonem I papam: membr. qu. 'XI saec.' Bibliotheca ea publice venit Mediolani a. 1813.

Valenciae Hispaniae n. 112, post Hieronymum (Knust *Archiv* 8, 822).

Oxonienſis collegii omnium animarum n. 17, post Hieronymum (Coxe cat. 2 p. 15).

Ex horum librorum aliquo expressa est editio princeps Prosperi posthieronymiani curata c. a. 1175 Mediolani a Bonino Mombritio (s. l. et a.: Hain n. 6716) cum Hieronymo et Palmerio. ad eam fere redeunt errores a codicibus meis omnibus alieni, quales adnotavi ad c. 1202. 1217, 7.

Cod. Montpellierensis n. 306 saec. IX inter alia (v. *catol. des mss. des dép.* vol. 4 a. 1819 p. 3) habet fragmentum paucorum versuum incipiens: *Ex chronica Prosperi. Interea Arriani iam non occulte ut antea, sed palam et publice, finiens id est dissimilem substantiam confirmant.* at haec non Prosperi sunt, sed Sulpicii Severi chron. 2, 40<sup>1)</sup>.

Restat ut agamus de Prosperianorum chronicorum epitomatoribus et compilatoribus. et epitomarum libri memorandi sunt duo Vaticanus et Matritensis.

Vaticanus Reginae n. 2077 in membranis delicticiis, quae olim continebant Ciceronis orationes Verrinas, rescriptus est saec. VI extremo septimove incunte litteris uncialibus, sed quae passim spatio deficiente ad cursivam formam declinant (specimen dederunt Zangemeister et Wattenbach exempla codd. Lat. tab. 1), in f. 4 ima pagina prior legitur teste Bethmanno † OPFIOVC manu antiquissima, quaterniones tredecim numero sunt: primi duodecim sunt numerati. saec. XVI videtur extitisse Romae apud Achillem Maffeiū: nam ipsum eum, ut contra Rossium inser. chr. I p. LXV recte statuit Krusch *Studien* p. 79, intellegit sine dubio Panvinius in praefatione fastorum: 'apud me est fastorum consularium sine nomine auctor, qui a consulatu Constantii Augusti VIII et Galli (Caes. III opus aggressus<sup>2)</sup>) illud per consulum collegia ad XII usque imp. Iustini iunioris Augusti postconsulatus annum concinnavit atque singulis annis addidit diem paschatis celebrandum. porro autem ipsum Romae inveni in bibliotheca Achillis Maffei Romani civis . . . is mira vetustate venerabilis erat maiusculis litteris in membranis ante mille annos descriptus'. item in praefatione appendicis commentariorum in fastos eos: 'aliud etiam habui incerti auctoris chronici exemplum, quod a primo Constantini anno<sup>2)</sup> inchoatum usque ad Tiberii Mauricii Augusti imperium per annos consules deductum est. liber litteris quas maiusculas vocant in membranis venerandae vetustatis scriptus est Romae: cuius mihi copiam fecit Achilles Maffeus antiquitatis romae peritissimus, quem in antiqua et vetustorum codicum refertissima avita bibliotheca invenit, quam a maioribus inchoatam vir optimus idemque doctissimus Bernardinus cardinalis mirum in modum locupletaverat, quem tamen hic suggerere nolui, tum quod captum et concise non continuata serie historiam scribat, tum quod eum integrum commentario secundi tertiique fastorum libri incluserim'. item in commentariis p. 409 ad a. 354 Constantio VII et Gallo III cos.: 'ab hoc anno antiquissimus . . . Maffeiurum codex, cuius index est *ratio vel computus paschae*, initium habet, qui ad imperium Heraclii Augusti et annum Christi DCX pertinet'. eadem repetit ad a. 379 p. 415, hic contendens fastos eos perductos esse ad Mauricii imp. consulatum, et p. 427 ad a. 566, quem ait signari p. e. Basili XXV in libro antiquo Maffeiurum et p. 428

1) Varia lectio loci, quem descriptum accepi a Girardo nostro, collati cum editione Hafnii haec est: *non] iam non — ac] et — haeresis] conceptae heresis — quovator — quovator — ut om. — sed om. — et his] etiam — quovator.* 2) Scilicet primus annus in codicem relatus est p. Chr. 354 sic scriptus: *Const. VII et Const. IIII.*

ad a. 580, 584, 592, ubi inde citat consulatus Tiberii Mauricii Phocae, in his relationibus quamquam hic illic erratum est, dubium non est Maffieianum codicem esse ipsum hodie Vaticanum. — Post Maffieium volumen testibus sigillis ei impressis 'bibliotheca S. Andreae Romae' et 'S. Andreae Romae' delatum est in monasterium S. Andreae *della Valle*, ex quo ad reginam Christianam pervenit et cum reginae libris in Vaticanam, liber secunda scriptione quae continet, haec sunt:

1. f. 1—78<sup>r</sup> Hieronymi et Gemadii commentarii de viris illustribus (cf. Reifferscheid bibl. patr. Lat. I p. 366).
2. f. 78<sup>r-v</sup> Tractatus de Henoch et Elia, cum fortasse ineditum in auctarium quartum recepi.
3. f. 79<sup>r</sup>—81<sup>r</sup> *Ratio paschae*, scilicet cycus paschalis a. LXXXIV adscriptis consulatibus a. 354—437 infra editus inter additamenta ad Victorium Aquitanum, remittitur in fine ad laterculum alium incipientem a Felice et Tauro eos. p. Chr. 128: is in codice deficit hodie in fine mutilo.
4. f. 81<sup>r</sup>—96<sup>r</sup> epitome chronicorum Prosperianorum: praescribitur: *in nomine domini inc. cronica*, deinde f. 93<sup>r</sup> parti Hieronymianae subscribitur: *huc usque Hieronimus, ceterum Prosper consecuta subiunxit*, partis ab Hieronymo pendens epitome brevissima est et in aetate imperatoria consulatibus plerisque omissis redigitur fere ad indicem Augustorum: proprie Prosperiana etsi item ad compendium redacta sunt, consules in his locum suum tenuerunt, continuo ordine perveniunt consularia ad a. 166: subscriptio nulla neque ubi Prosper finit neque in fine laterculi, epitomae in hoc solo libro servatae variam lectionem dedit Mansius in amaliu Baronii apparatu (Lucae 1710) f. 223—228: Roncallius in chronicis vol. I (1787) p. 705—720 partem posthieronymianam edidit, nos epitomen descriptam ex libro passim evanido et incredibiliter corruptam apparatusi inseruimus integram, ut pro re modo ad formam variae lectionis redigeretur, modo singulis capitibus in ipso variae lectionis principio subnotaretur, additamenta in textum inserta composuimus infra in auctario quarto ibidemque continuationi a. 455—466 locum dedimus. — Capita 789—879, quatenus adsunt in epitome, repraesentantur tabula supra citata Zangemeisteriana.
5. f. 96<sup>r</sup>—98 sub titulo *incip. epitoma temporum et indiculum pascae* leguntur chronica continuata ad a. 613 edita cum Victorio Aquitano sub titulo paschalis Campani.
6. f. 99 divisio diei: *nox in octo partibus dividitur: vespera, fax, concubia, intempesta, gallicinium, conticinium, crespulum, aurora*, sequitur tabula ventorum, deinde: *a quarta usque XI h(ora) est, ab XI usque XVIII cavendum, ab XVIII usque XXVII h(ora) est, a (X cod.) XXVII usque quarta item (id cod.) cavenda est*.
7. f. 99<sup>r</sup>—100<sup>r</sup> excerpta ex Vegetii libris de re militari, de quibus rettuli in Hermiae vol. I p. 130.
8. f. 101<sup>r</sup> (101<sup>v</sup> vacat) *inc nomina heresum, quarum etiam opiniones subter aduecrae ab Augustino episcopo in hoc volumine congestae sunt. I. Simoniani, finit XC Eutychianistae*, (cf. Augustini vol. 8 in. ed. Vallars.) opiniones non adsunt.

Liber descriptus est ex exemplari scripto notis iis quae in libris iuris frequenter inveniuntur, extra eos fortasse alibi non deprehensae, id ut in Vegetianis l. c. ostendi, ita ad Prosperum quoque pervenire declarant mendae hae: c. 694 *egrio pro e contrario* — 733 *qui pro contra* — 755 *post autem* (PAT) *pro pater* et similes aliae multae.

Alcalensis olim, nunc Matritensis univ. n. 134 saec. XIII praeter Prosperii exemplar, de quo supra p. 367 dictum est, f. 21—29 continet epitomen ex chronicis Hieronymi et Prosperii, quam descriptam habui ab Ewaldo, post titulum *item incipit cronica Eusebii Hieronimi* incipit sic: *ab Adam usque ad diluvium anni MCCXLII, a diluvio*

usque ad nativitatem Abrahe an. DCCCXLII. a nativitate Abrahe usque ad egressu Israel ex Egipto ann. DV. primus omnis Asiae creptis Iudis regnavit Ninus Belli filius ann. LII. huius XIII regni anno nascitur Abraham natione Chaldeus qui vixit annos CLXXV. epitome ut hic illic amplificata. ita exilis est et male facta: explicat primum Iudaica ad excidium usque Hierosolymorum sub Tito: legitur in his *Cicero poeta nascitur*. item *Herodis XXXIII anno, Octavianus vero Augusti XLIII salvator omnium nostrum dei filius deus et dominus noster Iesus Christus in Bethleem Iude ex Maria virgine nascitur secundum carnem VIII kalendas Ianuar. Sabino et Rufino consulibus*. post ea epitomator praefatus: *nunc adiuvante domino per Romanorum tantummodo regum tempora usque ad nativitatem domini nostri Iesu Christi et deinceps temporum seriem digeremus* redit ad Ianum et Saturnum et sic pergit, citans Vergilii locum Aen. 8. 321—323 et sub Augusto de Christo nato supra relata brevius repetens et de morte Iohannis baptistae Christique haec adnotans: *passus est Iohannes baptista duobus Geminis consulibus Rufino et Rebellione*. huius (Tiberii) etiam XVIII anno dominus noster Iesus Christus passus est die VIII kalendas Aprilis Tiberio Augusto et Solo consulibus. sub Constantio insertum est caput de Helena petito ex chronicis Sulpicii Severi 2. 33. 314) et Constantinus dicitur baptizatus non ab Eusebio, ut est apud Hieronymum, sed a *Silvestro episcopo*. post excerpta Hieronymiana quae finiunt sic: *Fortinus episcopus Constantinopolitanus, a quo Fortiniana heresis exorta* (a. Abr. 2392) f. 28' sub praescriptione: *ab hinc Prosper sequuntur Prosperiana incipientia: Gratianus post Valentis patris obitum ann. V. finientia in e. 1304 breviate sic: Augustinus episcopus per omnia excellentissimus doctor post Hieronymum (per iherosolimam cod.) presbyterum anno decimo agens in episcopatum annos XXXV obiit in pace V kalendas Septembres inter impetus obsidencium Wandalarum*. haec excipit breve auctarium quod edidimus inter additamenta loco tertio perveniens a Valentiniano III ad Severi imperium a. p. Chr. 162 scriptum fortasse in Italia. Prosperi igitur exemplum, cui haec adiecta fuerunt, terminavit ante a. 155, fortasse a. 133 vel 115. clausula quae epitomen finit ex parte Isidorianis accommodata est sic concepta: *fiunt ab Adam usque a. XV Tiberii Caesaris idemque etiam XV Herodis anno, in quo dominus noster Iesus Christus predicare orsus est, anni VCCLXII. id est in prima etate seculi ab Adam usque ad dilucium anni HCCXLII* (sequuntur aetates II, III, IV, V), *in sexta, quae nunc agitur a nativitate domini usque ad XV Tiberii ann. XXVIII, et a XV Tiberii anno usque ad novissimum sub Vespasiano exersionem Iherosolime ann. XLII, qui faciunt in unum ann. LXX. a secundo autem Vespasiani anno, in quo Iherosolima subversa est, usque ad extremum huius operis, id est Iudii Maioriani et extremum tempus, ann. CCCLXXXII menses III dies II. fiunt simul ab exordio mundi usque ad extremum huius operis, ut diximus, ann. VDCLXXXII. hoc quod computatum est quantum potuit humana diligentia assequi temporum ordinem scripsit: deus enim consilium ab humano sensu absconsum est (absc. est crasum). de die autem illi est, fere ut Isidorus cum amplificationibus finiens ita: quae pater posuit in sua potestate. fuit.*

Inter compilatores chronicorum Prosperi primum locum obtinet **Victorius Aquitanus**, quem supra p. 315 vidimus paschali edito a. 157. id est biennio post emissam chronicorum editionem postremam, inseruisse laterculum consularem ex iisdem depromptum, ipsum paschale cum infra edituri simus, apparatusi Prosperiano pauca tantum inde inserimus adhibitis codicibus Gothano n. 75 saec. VII. Ambrosiano H 150 inf.

1) p. 87, 18—88, 1 Halm. lectio differt in his: *Helena mater principis Constantii] helena constantii mater — filio om. — cum h. a. concupisset] iherosolimam proficiscens — idola ac t. iudii reperta contrivit — mor usa regni vixibus basilica] et basilica catholice fidei — constituit] instituit — instabant] stabant — caelum] celo — sublatus] s. est — insolens] insolentia — est om. — certant] certant — sciant] sciant — eandem cod. — sui om. — tunc reperta dignoque ambitu consecrata est.*



sacc. IX. Lugdunensi Scal. 28 scripto a. 816. cuius generis codicem Victorius adhibuerit, dictu difficile est: lectiones *Quinto* in consulatu a. 125 et *Apulino* in consulatu a. 162 ei communes sunt cum codice nostro *C*, item numeri et ex parte nomina quoque in consulatibus a. 161, 297, 299.

*Cassiodorus* chronicis scriptis a. 519 quamquam consules ab a. inde 32 p. Chr. inseruit ex paschali Victorii, in parte posthieronymiana rerum gestarum notitiam sumpsit ex chronicis Prosperi, quae quamquam integra novit (v. p. 346), ad sua chronica adhibuit exemplum Hieronymi cum auctario Prosperi simili nostro *F'*, sed eo emendatiore et deducto ad a. 155, ut supra p. 368 demonstravimus, ipsa cum infra habeantur edita, in apparatus ad Prosperum potiora tantum inde recepi, interpolationibus Cassiodoranis hoc loco praetermissis.

*Liberatus* diaconus ecclesiae Africanæ aetate Iustiniana in breviario causae Nestorianorum et Eutychianorum attulit ex chronicis Prosperi sub nomine Laecentii (v. supra p. 343) c. 1296, 1297 (v. adn.).

*Paulus diaconus* ad historiam Romanam compilandam ut antea Hieronymiana, ita ubi ea desinunt Prosperi chronica adhibuit ad a. usque 155 plerumque verbis ipsius retentis, ubi enimque discedunt duae familiae Spirensis (*MYL*<sup>s</sup>) et reliquorum, Paulus facit cum his (v. inter alia c. 1278 *praecclarus*, non *satis clarus*, 1286, 1327), proxime accedens ex nostris ad librum *F'* (c. 1288 *acceperat* ut *FAORII*: c. 1290 *achilas* corruptum ex *are(h)ila(s) FPAONR*: c. 1310, 7 *per* omissum ut *FPZX*: c. 1321 sic ut legitur *FPXZ*). errat Droysenus (praef. ad Eutropium p. XLV) statuens adhibitum esse a Paulo chronica Prosperi nostris integriora, quae nulla unquam fuerunt: sed quod alibi monui in Paulianis ad auctores suos revocandis summa cautela opus esse, cum et plures docte adhibere nec sine arte aliqua commiscere soleat et secutoria et coniectaria et ornativa passim de suo addat, non inutile erit exemplis quibusdam denuo stabilire.

11, 13<sup>1</sup>) cum usque ad id tempus Italia

Arrianae perfidiae morbo langueret,  
post Auxentii seram mortem  
cum Ambrosius ex pagano iudice

subito apud Mediolanium divino nutu  
episcopus a cunctis fuisset electus  
moxque catholico baptismate tinctus

cumque pro fide catholica

libros Gratiano imperatori porrexisset  
ae veneratione qua debuerat susceptus  
esset

universa statim ad rectam fidem Italia  
repedavit

13, 3 Honorius Gallam Placidiam germanam  
suam

*Hier. 2390*: post Auxentii seram mortem,  
*Paulinus vita Ambros. 8*: (Valentinianus)  
summo gaudio accepit, quod index a se  
directus ad sacerdotium peteretur.

*Hieronymus l. c.*: Mediolanii Ambrosio episcopo constituto.

*Paulinus l. c. c. 9*: postulavit non se nisi a  
catholico episcopo baptizari: sollicite enim  
cavebat perfidiam Arrianorum.

*Prosper c. 1173*: Ambrosius episcopus multa  
pro catholica fide sublimiter scribit.

*Ambrosii de spiritu sancto l. III ad Gratianum.*  
—

*Hieronymus l. c.*: omnis ad fidem rectam  
Italia constituitur.

*nomen* Gallae Placidiae *ex chronicis Italicis*  
(v. supra p. 258 n. 1).

1: Droysenus p. XLV ad hoc caput a Paulo indicat adhibitum esse auctorem aliquem deperditum, duorum aliorum locorum, de quibus similiter statuit, alter de Maximo et Martino sumptus est ex Sulpicii Severi vita Martini c. 20, alter de Theodosio imperatore et Ambrosio ex hist. trip. 9, 30.

Constantio suo comiti fide integerrimo et ingenti viro iam dudum promissam magno eunetorum gaudio sociavit,

ex qua Valentinianum filium Constantius genuit, qui postea rei publicae imperium gessit

hoc in tempore foedus firmissimum cum rege Gothorum Wallia Constantius pepigit tribuens ei ad habitandum Aquitaniam Galliae provinciam eiusdemque provinciae quasdam civitates vicinas

cernens itaque Honorius ubique se Constantii virtute et ingenio seu per bella seu pacis moderatione tueri,

eum cunctis admittentibus apud Ravennam in regni consortium adseivit.

qui necdum septem mensibus evolutis ex hac luce subtractus est.

*Prosper c. 1259:* (Placidiae) nuptias Constantius promeretur.

*chr. Gall. ad a. 116:* Placidia soror imperatoris Constantio combio sociatur.

*Prosper c. 1267:* Valentinianus Constantii et Placidiae filius nascitur VI non. Iulias.

*Prosper c. 1271:* Constantius patricius pacem firmat cum Wallia data ei ad inhabitandum secunda Aquitania et quibusdam civitatibus confinium provinciarum.

—

*Prosper c. 1273:* Constantius ab Honorio in consortium regni adsumitur.

*chr. Gall. ad a. 420.1:* Constantio dignitas imperii ab Honorio sponte delata, qua vix octo mensibus usus interit, Valentiniano octo annorum filio derelicto.

Frandis quamquam non recte accusabitur Paulus, non abstinuit ab amplificatione temeraria: ita in narratione modo relata locum creationis de coniectura apposuit, nec magis dubium est simili ratione in narratione de Castino 13, 6 eum adiecessisse extrema: *Castinus vero tanto collega ob suam intemperantiam privatus nihil dignum in Hispaniis gessit*, item mox 13, 7 in narratione de Honorii excessu locum mortis et sepulturae non ex scriptoribus a Paulo adhibitis proficisci, cum praesertim satis constet Honorium non Romae obiisse, sed Ravennae, quod Bonifatium 13, 11 scribit patricium factum esse, posuit opinor propterea quod Marcellinus ad a. 432 eum patricium dicit.

— — — — —

De editionibus post ea quae supra praecepta sunt, pauca sufficient.

Princeps chronicorum Prosperi editio partem posthieronimianam solam continens emissa e. a. 1475 supra p. 371 commemorata est. eandem partem auctam additamentis futtilibus iis, quae composuimus in auctario sexto, ne fallant, repetivit Erhardus Radbolt Augustanus Venetiis a. 1483. hae editiones pendunt a libris nostris *FP*. Camisium deinde supra p. 366 vidimus a. 1601 edidisse Prosperi eandem partem, qualis legitur in libro *B<sup>v</sup>*. hae editiones omnes desinunt in a. 445 ibidemque finit ea quoque, quam vir diligentissimus Arnaldus Pontacus episcopus Vazatensis una cum chronicis Hieronymianis publicavit Burdigalae a. 1604 excussis libris scriptis compluribus: nam quamquam copia ei fuit nostri codicis *Y*, qui pervenit ad a. 455, extrema haec Pontacussatis habuit commemorare (p. 789), trium tamen annorum extremorum 453—455 narratio Prosperiana ad codicem nostrum *D* dudum antea prodierat cum Sigebertianis (vide supra p. 366). totum Prosperum posthieronimianum primus edidit du Chesne inter historiae Francorum scriptores vol. 1 (1636) p. 201 'multo', ut ait 'quam in vulgatis exemplaribus emendatiorem et antiorem ex mss. codicibus Iacobi Simondi (nostro *Y*, vide p. 358) et Petri Francisci Chiffletii soc. Iesu' (nostro *C*, vide p. 366). integra chronica primus edidit Carolus Labbaeus in novae bibliothecae mss. (Parisiis 1657) vol. 1 p. 16 seq., adhibitis, ut supra diximus, praeter editiones priores codicibus duobus, Spirensi deperdito (v. p. 353) et altero hodie servato

Berolini (supra p. 360). ex Labbaei editione descriptus est codex bibliothecae Hanoveranae NH, 704 (cf. Pertz *Archiv* 1, 167. S. 633) eandemque omissis Hieronymianis repetivit Bouquet rer. Gall. script. vol. I p. 621 sq. has editiones quinam praeterea repetierint. philologus recte relinquet bibliographis explicandum.

Postquam libros recensimus, dicemus de eorum nexu et utilitate.

Prosperi duae recensiones ad nos pervenerunt, quarum ad alteram pertinent codices integri operis *A* et Paris. 4871, decurtati *OR*, epitomatus *V*, alteram repraesentant codices *MY* cum Spirensi (*L<sup>s</sup>*) et Frisingensi, integri operis omnes. ex utraque recensione contaminati sunt reliqui integri operis *C* cum mutilis brevialisve *DIIB*, decurtati *FPXZ*. ex his cum ad editionem a. 445 emissam pertineant codices *ORFPXZ*, ad editionem a. 455 *VMY* Spirensis Frisingensis (*B* cuius editionis sit, determinari nequit), apparet ad editionum diversitatem non esse revocandam eam quae inter duas recensiones intercedit: immo editiones verisimile est non tam mutatas produisse quam auctas subinde adiecta continuatione, illarum autem recessionum differentias non ad auctorem redire, sed ad librarios. confirmant id excerpta Cassiodori et Pauli ad codices *FPZX* proxime accedentia. sed pertinentia ad editionem a. 455 — iam de generibus tribus in universum exponemus. quid in quo laudandum sit vel reprehendendum. comparabuntur iam recensiones duae primariae, quarum cum neutra ab altera pendeat et ubi discedunt modo haec modo illa verum servavit, alteram utram sequi licet. agemus item de libris contaminatis ex utraque et de interpolationibus in Prosperiana aliunde inlatis.

Indicem chronicis quem Prosper praescripsit supra p. 347 vidimus servatum esse in recensione priore, scilicet in libris *A*: decurtati epitomatique eo carent. recensio posterior (*M*) uno chronicorum vocabulo se continuit.

Adnotationes a textu distinguunt libri *AOMC*, sed diverse: scilicet tam *A* quam *O* eas habent in margine perscriptas litteris minutis et versuum interstitiis angustioribus, qualiter fere in ipso auctoris archetypo eas perscriptas esse probabile est. at in codice *M* in textum admissae sunt cum, ut supra p. 357 dixi, non raro interruptentes (c. 33. 429. 430 cef.), distinctae tamen ab eo cum litteris minoribus tum versibus a capite reductis. Bruxellensis *C* etiam hoc nomine contaminatus adnotationes raro (ut c. 39) in margine collocat, plerumque eas distinguit litteris miniatis. haec duarum recessionum differentia licet ipsa parum utilis aliquantum facit ad codicum ordines recte distinguendos et operis speciem primitivam aliquatenus restituendam.

Auctoris verba recte fere tradita habemus per duas illas recensiones invicem sese corrigentes et explentes. unicum locum offendi c. 1175 in nostris libris omnibus pariter mutilum omissis verbis *miraculorum signis* quae servavit Prosper compilerator Isidorus, nisi et ipse ea restituit coniectura. plurimis locis duae familiae discedunt in verbis et ita quidem, ut plerumque *M* cum suis *YL<sup>s</sup>* praestet, *A* cum suis *ORV* deterior sit, utramque lectionem contaminati aut coniungant aut inter eas fluctuent. Hieronymum, a quo pleraque Prosper adsumpsit, ubi comparare licet, ibi plerumque illi libri propius ad eum accedunt (c. 64. 67. 149. 440 cef.); sed aliis locis contrarium evenit (c. 114. 115. 178). retractationis vestigia cum alii loci ostendant:

- c. 179 *Massilia condita* ante (Troiae) captivitatis annum VI secundum *M*, anno XXI regni Tarquinii Prisci secundum *AV*: *C* eandem adnotationem bis habet, ante c. 180 ut *M*, ante c. 182 ut *A*: computatio utraque deducta ex Hieronymo.
- c. 1266 concilio ... CCXIII episcoporum *MYL<sup>s</sup>* cum *HBZXFP*, concilio ... ducentorum amplius episcoporum *AOR*.

tum maxime in haeresibus modo *M* (ut c. 689), modo et frequentius *A* (ut c. 634, 635, 636, 686) ad verbum fere convenit cum Augustino, quem Prosper expilavit. melioris ordinis archetypum in his a breviando non abstinuisse et alii loci ostendunt et maxime c. 1010 de Arrianis, aliquando adeo utraque familia ab Augustino ita discedit diverse, ut appareat utrumque archetypum perperam esse diasceuastae retractationem.

<p><i>Augustinus c. 35:</i> Bardesanistae a quodam Bardesane, qui in doctrina Christi prius extitisse perhibetur insignis, sed postea quamvis non per omnia in Valentini haeresim lapsus est.</p> <p><i>Augustinus c. 69:</i> Donatistae . . . in haeresim schisma verterunt</p> <p>Mendae communes prioris familiae libris omnibus, ut c. 312 <i>reputavit</i> pro <i>recensavit</i>, raro offenduntur: passim e contrario in secunda familia tales deprehendimus, quarum quasdam apposimus, maxime ut nexus qui intercedit inter libros <i>AOR</i><sup>1)</sup><i>V</i><sup>2)</sup> et contaminatio librorum <i>C</i><sup>3)</sup><i>DEPXZIB</i> ita patefiat. plerisque locis cum lectionem <i>M</i> veram esse pateat, ibi quoque, ubi per se utraque lectio admitti posset, cognita alterius familiae praestantia utra reiicienda sit dubitari non potest.</p> <p>226 Samnitas <i>ML</i><sup>s</sup><i>C Hier.</i> 243 votiva <i>ML</i><sup>s</sup> <i>Hier.</i> 336 interveniente senatu <i>ML</i><sup>s</sup> <i>Hier.</i> 688, 689 Titianus <i>M</i> 690, 691 Bardesanes . . . secutus <i>M</i> 1031 episcopus ecclesiam tenuit Marcus <i>MY</i> 1149 quae filium patris non consubstantialem dicit esse, sed similem <i>MYL</i><sup>s</sup> 1220 maxima pars <i>MYIB ZXF</i> 1264 Afrorum industria ac maxime Augustini episcopi scientia <i>MYL</i><sup>s</sup></p>	<p><i>Prosper c. 691 M:</i> Bardesanes, a quo Bardesanistae, cum aliquando in fide Christi probabilis fuerit, postea in Valentini transivit errores, quamvis non omnia ipsius sit secutus.</p> <p><i>Prosper c. 1026 MY:</i> in schisma divisi sunt</p> <p>Sarmatas <i>AV</i><sup>r</sup> votiva <i>A</i> interveniente senatus <i>A</i><sup>m</sup>, interventu senatus <i>A</i><sup>r</sup><i>V</i><sup>r</sup> Tatianus <i>AV</i> Bardesanes . . . prolapsus <i>A</i> ordinatur episcopus Marcus <i>AO</i> cuius error est dissimilem adserere patri filium et filio spiritum sanctum <i>AI</i> maxima parte <i>AOR</i> Afrorum vigore ac maxime Augustini episcopi scientia <i>ZXFP et sic, sed industria pro scientia AOR</i></p>	<p><i>Prosper c. 691 A:</i> Bardesanes quoque alterius auctor erroris eodem tempore innotuit, in Valentini haeresim ex parte prolapsus.</p> <p><i>Prosper c. 1026 AO:</i> schisma fecerunt . . . in haeresim transierunt</p> <p>votiva uestita <i>C</i> <i>utrumque C</i> <i>utrumque C</i> ordinatur episcopus Marcus qui ecclesiam tenuit <i>C</i> <i>utrumque C</i> <i>utrumque C</i> Afrorum vigore ac m. A. e. industria et scientia <i>B et sic, sed industriae scientia H</i></p>
--	--	--

1) Paucis locis, ubi *R* a mendis huius familiae recedit, ut 1286, 3, 1342, 7, veram lectionem librarius coniectura videtur restituisse. aliis etiam paucioribus communitio erroris in familia *AORV* non ex archetypo venit, sed casu effecta est, ut c. 1238 *cessit* pro *cohaesit* quamquam habent *AOV*, in *R* est *cohaesit* vel *coesit*; item c. 1294 *ex in Sigisvultum fecerunt insignis vultum ARVO* neque tamen *B*, ceterum *OR* ut instructi sunt eodem auctario, ita etiam errores communes habent sibi proprios, ut c. 1250 *regno pro Rheuo*, c. 1298 *ab Actio comite receptu* pro *Actii comitis armis recepta*. 2) *V* raro contra *AOR* cum melioribus facit, ut evenit c. 1263 *cum triumpho MYHVB, triumpho AOR, triumphans ZXFP*, mo loco c. 67 *computantur* posuit pro *copulantur*, lectionem codicum Hieronymianorum corruptorum (*AP* Schoenii) secutus. 3) Exemplar familiae *A* quod librarius *C* adhibuit, nostris *A*<sup>UV</sup> videtur simile fuisse; certe error c. 797 *ivris conditor* pro

1286	ac recipiendum occi- dentale . . . imperium <i>MYHBZZXFP</i> , item <i>R</i> (cf. p. 377 n. 1)	ad recipiendum orientale . . . imperium <i>AO</i>	
1288	acciverat <i>MYZZP</i>	acciperat <i>A</i> , acceperat <i>AORH</i> , acceverat <i>B</i>	
1291	inlatum <i>MHBYZZXFP</i>	in altum <i>AOR</i>	
1304	libris . . . respondens <i>MHBYZZXFP</i>	libri . . . respondens <i>AOR</i>	
1324	civitatem amnona imple- verit <i>MYCHBZZXFP</i>	civitatem amnona adiuverit <i>AOR</i>	
1329. <sup>3</sup>	cari clarique <i>ML<sup>s</sup> C</i> , clari carique <i>H</i>	clarique <i>AOZZRFPB</i> , clari <i>X</i>	
4	ut dilectiores sibi fa- ceret <i>MYB</i>	ut copulatiores sibi faceret <i>AOXRFP</i>	ut copuladilectiores sibi fa- ceret <i>C</i> , ut copulatores lectorum sibi faceret <i>H</i>
4	in Arrianam perfidiam <i>MYCHB</i>	in Arrianam sectam <i>AOZZRFP</i>	
13	occisus <i>MYCB</i>	interfectus <i>AOZZRFPH</i>	
14	superata saevitia <i>MYCHBZZXFP</i>	superitia <i>A melius omissis</i> , superata peritia <i>OR hiatus</i> <i>expletes interpolatione</i>	
1339	anno . . . quingentesi- mo octogesimo et quin- to <i>MYL<sup>s</sup>CHBZZXFP</i>	anno . . . quingentesimo octo- gesimo quarto <i>AORV</i>	
1342. <sup>7</sup>	infelicissimae mortis <i>MYCHZZXFP</i>	felicissimae mortis <i>AO</i>	
1346	saeva populatione <i>MYCHXFP</i>	saeva depopulatione <i>AORZ(?)</i>	

Capita commatae ea quae per se abesse possunt non inventa in libris Prosperi omnibus, numero non pauca, iam quatenus fieri potest hoc loco exquiremus, quatenam scripta videantur esse ab auctore praetermissa a librariis incuriosis vel breviautibus, quatenam e contrario Prosperianis addiderint interpolatores, nam in recensendo eam viam tenui, ut etiam capita non in omnibus libris inventa, siue gemina mihi viderentur siue insiticia, suis locis relinquerem, utpote re ipsis Prosperianis non inferiora et ad usum ita habiliora, in summa re duae recensiones invicem sese expleant et reperiantur multa capita maxime in parte priore in altera utra familia sola, quae Prosperi esse dubitari non potest, hoc cum margines editionis ostendant, in quibus indicavimus omissa modo in *M*, modo in *A*, exempla addere supervacaneum est, codex Bruxel-  
lensis *C* ex utraque recensione conlatus ad editionis nostrae plenitudinem prope accedit, quamquam hic illic defectus alterius utrius ad eum sese propagaverunt, ut e. 799 omit-  
tunt *MC*, e. 30, 795, 796 *AC*, e contrario solus servavit capita 571, 583, quae cum  
causa nulla sit cur Prospero abiudicemus, casu ex utriusque recensione libris nobis  
notis videntur excidisse, sed tamen lex haec, ut Prosperi sit quod habet aut *M* aut  
*A*, non sine cautela aliqua accipienda est, sane cum in recensione *MY* mutatio tradi-  
torum angustis finibus sese continuerit (p. 380), quae ea familia praecipua habet, ma-  
xime haec:

*inris consultus* et e. 1152 (supra p. 361) a plerisque omissum adsunt et apud *C* et apud *ATHV*, cum absint  
ab *AS*, item omitunt e. 242 *AC*.

- 1191 ab Arbogaste comite *MYHB*, ab Arbogaste *AOZXRFPP*,  
 1278 et malorum sequentium *MYL<sup>s</sup>*, *om.* *AOZXRFPIIB*,  
 1282 coniuente ut putabatur Castino . . . praecerat *MYZZFPPIB*, *om.* *AOR*,  
 1312 - 1318 *computatio adest in solis libris MYH*,  
 1327 quorum Posidius et Novatus et Severianus clariores erant *MYCH*, *om.*  
*AOZXRFPP*,  
 1330 barbari foederatorum desertores *MYCHBZXFP*, *om.* *AOR*,  
 1333 adversum Gothos . . . gesta *MYCHBZXFP*, *om.* *AOR*,  
 1348 ut hac sui cura . . . superaretur *MYCHZZFP*, *om.* *AOR*,  
 1373 cum ergo Heraclius sinistra omnia imperatori de Aetio persuaderet, hoc unum creditum est saluti principis profuturum. si inimici molitionem suo opere praecoccupavisset. unde Aetius imperatoris manu et circumstantium gladiis intra palatii penetralia (i. p. p. *om.* *Y*) crudeliter confectus est *MYH*, dum (cum *C*) ergo Aetius placita instantius repetit et causam filii commotius agit, imperatoris manu et circumstantium gladiis crudeliter confectus est *CD*, cum ergo Heraclius . . . praecoccupavisset dum placita . . . agit, imperatoris manu et circumstantium gladiis crudeliter confectus est *Duchesiuis coniectura omnino, sed probabili utramque recensioem coniungens*

vere Prosperi esse aut certum est aut veri simillimum. — E contrario ubi codice *M* auctior est familia deterior his potissimum locis:

- 1204 Hippone regio *reliqui*. Hippone *MY*.  
 1222 Pollentiae adversum Gothos vehementer utriusque partis clade pugnatum est *reliqui et V*, utr. p. clade *om.* *MY*.  
 1259 Placidiam Theodosii imperatoris filiam, quam Romae Gothi ceperant quamque Athaulfus coniugem habuerat, Wallia pacem Honorii expetens reddit eiusque nuptias Constantius promeretur *reliqui*. Wallia Placidiam reddit, cuius nuptias Constantius promeretur *MY*.  
 1267 Valentinianus Constantii et Placidiae filius nascitur VI non. Iulias *reliqui*. Const. et Pl. filius *om.* *MY*.  
 1278 ad Portum urbis *reliqui*. ad Portum *MY*.  
 1280 Placidia . . . orientem cum Honoria et Valentiniano filiis petit *reliqui*. Hon. et Val. *om.* *MY*.  
 1285 Exuperantius . . . inultum fuit *AO*, *om.* *MYRZZFPPIB*.  
 1286 Theodosius Valentinianum amitae suae filium *AORZZFPPIB*. Th. Valentinianum consobrinum suum *MY*.  
 1288 Castinus autem . . . potuisse praesumere *reliqui*, *om.* *MY*.  
 1289 Valentinianus ab exercitu Augustus appellatur *MYL<sup>s</sup>*. Valentinianus decreto Theodosii Augustus appellatur *AOZXRFPP*. Valentinianus decreto Theodosii ab exercitu Augustus (Aug. ab ex. *B*) appellatur *IIB*.  
 1298 Aetii comitis *reliqui*. Aetii *MY*.  
 1336 Xystus papa diaconi Leonis hortatu *reliqui*, d. L. hort. *om.* *MY*.  
 1337 Vitericus . . . habebatur *AOZXFP*, *om.* *MYCRHIB*.  
 1358 reclamante Hilario diacono ecclesiae Romanae . . . sua delatione promeretur *LCH*, reclamantibus eis . . . compellerentur *MY Fris*.  
 1373 *loco supra citato comma* Aetius . . . commotius agit *habent DC*, *om.* *MYH*, intra palatii penetralia *MI*, *om.* *YLCD*

eorum locorum quosdam, maxime c. 1285, 1288, 1358, 1373 a librario, ad quem prioris familiae exemplaria redeunt, similiter breviatos esse atque quos supra p. 377 tractavimus de haeresibus probabile est propter argumentum, in plerisque autem

Mediceum librum Prosperi textum genuinum reddere crediderim et quae altera familia consentientibus passim ex contaminatis quibusdam plus aliterve habet proficisci ex interpolatione, sed ea aequali, ita enim pleraque comparata sunt, ut facilius addi poterint quam casu consiliove omitti, et quod Valentinianum III. Augustum factum esse prior familia ait ab exercitu, posterior a collega Theodosio, ita sibi refragantur, ut illud gratiosum magis quam verum (Olympiodorus p. 16 Mueller; Socrates hist. eccl. 7, 21) scriptum esse videatur Valentiniano etiamtum vivo, hoc cum iam non expediret de mortuo bene loqui.

Certas interpolationes in libro *M* similibusque non deprehendi praeterquam quod quae adduntur ibi c. 159 verba de senatu Romano *et rem publicam gerebant* vix sunt Prosperi, cum absint et ab altera familia et ab Hieronymo, item duobus locis c. 1366, 1368 in *M* adsunt consules de Oriente, quamquam ex ipsa forma qua referuntur intellegitur post tempus eos adiectos esse et absunt a codicibus *CD*, qui hic soli pristinam formam servarunt, minora, qualia sunt c. 1110 additum *multos* contra Hieronymum et c. 1153 *omnes Italia* mutatum non, ut debuit fieri, in *omnis Italia*, sed in *omnes Itali* fidem libri non infringunt.

Ad interpolationes in secundam familiam a manu ni fallor coeva inlatae accedunt anni episcoporum Romanorum a Prospero adscripti, quatenus pervenit Hieronymus, a Damaso inde ab ipso non additi teste Mediceo libro, expleti autem in familia secunda, denique c. 732 qui id exemplar archetypum scripsit Victoris papae volumina, quae mediocria dicere Prosper non erubuit, pia fraude *non mediocria* perhibere maluit.

Ad reliquos libros quod attinet, *C* ut in contaminandis duabus recensioibus ceteris longius progressus est, ita ipse neque auctarium proprium habet neque sibi proprias interpolationes, id ipsum de libro *B* dicendum est imperfecto et parum utili.

Libri *FP*, item *XZ*, item *OR*, item *V* quatenam addiderint, auctaria in appendice proposita declarant, *H* quae adiecerit, ad consularia Italica supra p. 268, 298 seq. declaratum est.

#### ORTHOGRAPHICA.

Codicum duorum antiquissimorum, Vaticani reginae n. 2077 (*V*) epitomae saec. VI et Escorialensis R II 18 (*O*) saeculi VII orthographia cum habeat aliquam utilitatem, illius variam lectionem etiam orthographicam in apparatus recepimus, alterius libri hoc loco enarrabitur praeter ea quae ex varia lectione peti poterunt.

#### Consonantes.

Geminatio et ponitur et evitatur recte; *triticum* (1324) reperitur similiter in lapide Africano (Eph. epigr. V p. 629).

*b* et *p*: *optinere* constanter, sed *obtrivit* (1322).

*b* et *r* confunduntur raro: *superius* semper

(1278, 1327, 1336) — *conibentia* (1288).

*c* et *g*: *neglectus* (1256).

*c* et *t* non permutantur: semper *Bonifacius* cet.

*d* et *t*: *ad* = *at* (1330) — *adque* semper —

*Adtulus* (1254) — *superassed* (1340);

*e* contrario *aput* (1243, 1342).

*f* pro *ph* passim, ut *Filogonius* (1027).

*h* supprimitur in principio vocabuli interdum: *abitus* (1266), *Elenopolis* (1023),

*Ippone* (1204) et *Spania* pro Hispania semper: plerumque post *c* et *t*: scribi-

tur *Alaricus*, *anocoreta* (1201), *Antiocia*,

*emucus*, *monucus*, *pasea* (1352), *Sim-*

*macus*, *Stilico*, etiam *nicil* (1339); item

*Atanasius Bilinia*, *Gothi* (semel *Gothi*

1240), rarius additur perperam, ut in

*Habundantius* (1199), *hac* = *ac* (1261,

1322, 1342), *apostholicus* (1336, 1350),

*Athela* = *Attila*, *themeritas* (1335),

scribitur *Iheronimus*, *Iherosolima*.

*m* pro *n* in *voluntas* (1026, 1252).

*p* omissa inter *m* et *t*: *interentus* (1292, 1330).

*x*, non *xs*: *erere* (1252), *expectare* (1341),

*extinctus* (1026).

**Vocales.**

*ae* pro *e* in *aecclesia* et *actiam* constanter fere: etiam *nominac* (1187).

*e* pro *ae* et *oe* (*prolians* 1335) passim. *Agustus*, *Agustinus* constanter.

*e* et *i* plerumque recte distinguuntur. ut casu primo semper est *Iohannes*.

*e* pro *i* in *elegentes* (1341), *mirabile* (1302), *obsedere* (1294), *trecentimus* (1034):

*i* pro *e* in *differentis* (1344), *dispolitatio* (1339), *intelligere* (1189, 1335).

*o* et *u*: *consol*, *consolere* cet. semper: e contrario *Theodosius*, *Theodorus*, *Theofilus*. item *diaconus* et *Agricola*, constanter omnia.

*y* si recte numeravi. bis tantum reperitur. semel recte in *tyrannus* (1191). semel perperam in *pyraticus* (1330): praeterea ubivis pro *i*.

*Wandali*, *Wallia* constanter.

Genetivus sing. 2 in nominibus propriis finit in *i*: *Ambrosi* (1201), *Honori* (1259). contra scribitur *ingenii* (1330), *obsequii* (1330) cet.

Adsimilatio praepositionum evitatur non solum in *adfligere* (1350) et *adparere* (1312). sed etiam in *compellere* (1353), *componere* (1339) et in *impietas* (1187), *imprudenter* (1335), *impulsus* (1292).

De orthographia codicis Medicei fusiis solito agam. non propter aetatem. qua eum vincunt et epitome Vaticana et liber Escorialensis et Bruxellensis quoque. sed quod hic liber inter eos quos habui solus aliquam legem regulamque sequitur. eamque puram et bonam certe in Latinis. nam talia quoque retinet. qualia sunt *adulescens*. *intellego*. *temptare*. *Vergilius*. et in summa re. si peregrina vocabula mittis. ab orthographia vere Latina non multum recedit. ea lex utrum sit aetatis vere Romanae licet morientis an Scotticae. non definitio: fieri potest. ut orthographia Prosperi Laurentiani non tam ab ipso auctore incorrupta descendat quam resuscitata sit a librario quodam Bedae orthographiam probe edocto. certe barbarismi ii. qui abundant in litteratura temporis medii inter Romanae aetatis grammaticos et Scottos per saecula a sexto ad octavum. cum in universum absint a libro Laurentiano. eius generis quaedam (c. 661 *apud Lorio CM*; c. 911 *apud Tharso M*; c. 1322 *Gundichario* casu quarto) quae ibi offenduntur magis videntur relicta esse ex exemplari archetypo ab eiusmodi barbarismis minus alieno quam casu introducta. eodem ducunt quae infra adnotabuntur de differentia litterarum *b u* et *e l* ante *i* in universum recte retenta. sed ut indicia non desint eam orthographiam inlatam esse correctura. utut est. magis volumus pendere a duce quamquam fortasse retractato quam a mero arbitrio reliquorum librorum. eum praesertim Vaticanus liber omnium antiquissimus. sed epitomatus pro fundamento usurpari nequeat. itaque ad librum Laurentianum formavi minora et quae adiaphora fere aut sunt aut dicuntur. scilicet quae diversas scripturas pariter admittunt. ut sunt *obtinere optinere*. *apud apud* similia. item vocabula anni et mensis aut integra aut breviate (haec enim in chronicis modo perscribuntur. modo significantur compendiis. quae per quem casum solvas. plerumque arbitrarium est). numeros modo expressos per litteras modo per notas. denique praenominum compendia. quamquam librarius iis ibi quoque usus est. ubi vera orthographia compendia non admittit (ut *G.* per se positum 114). sed ut quae in codice repperi aut vera aut certe tolerabilia admisi omnia. ita ex falsis non reliqui nisi quae constanti usu aetatis eius. qua auctor vixit. satis defenderentur. nam recognitores librorum qui supra auctorem sapiunt ut minime mihi probantur. ita multo magis improbo. qui ne quid ipsi sapere videantur. malunt errare cum nescio quo librario. erroribus quos sustuli quod gravioribus exceptis lectionum varietatem non obscuravi. paucis probabo. sed iis a quibus probari mihi cordi est. quid ita sustulerim. iam in summa re (nam plene talia exponi nec queunt neque opus est) per genera recensebo: id quod si quid video et brevius longe est et utilius quam eiusmodi adnotationibus micrologorum iactantiam imitari.



**Consonantes.**

- geminatio raro negligitur:*  
 appellare 512, 711.  
 Britannia *constanter; retinui*  
 comendare 476; comorari 616.  
 Commodus *aliquoties, plerumque*  
 Commodus.  
 consummare 110, 335, 34, 35.  
 Hypocrates 200.  
 Ypolitus 88.  
 oportunitas 1375, 4.  
 oppreserant 399.  
 Priscilianus 1187 *ect.*  
 Salustius 1067; *plerumque recte.*  
 successus 1348.
- geminatio male admittitur:*  
 Arrianus *semper; recepi.*  
 dissertissimus 493, 741 *semper;*  
*retulerunt ad disserere vocabulum.*  
 Hostillius 164.  
 Numma 162.  
 oppibus 1364.
- b** *et v non confunduntur nisi in nominibus propriis quibusdam minus obviis, ut est Abienus 1360, 1367; quid quod scribitur Damuvius, archetypum ab eo vitio non immune fuisse, sed sublatum id esse a recognitore grammatista corruptela ostendit 1282 cohibente pro conivente.*
- ey mut. in qui:*  
 Quinegius 1190.  
 Quirillus.
- ch pro h in nichil perpetuo.*
- ci et ti raro permutantur; retinentur talia quoque qualia sunt Bonifatius, nuutius; dieio recte plerumque.*  
 Laudatia 232.  
 mendatia 919.  
 Martius *rex Aucus* 169, Martianus 1364, 1363.  
 Seleucia 232.  
 Thratia 430.
- f** *ubi pro ph in codice reperitur, in vocabulis Graecis retinui (nisi quod phylosophi c. 165 ad solitam formam reocari), cum possit defendi (videantur quae exposui in Hermiae col. 11 p. 65 seq.).*
- sustuli Latina ad falsam analogiam formata haec:*  
 conphoederare 564, 919, phederati 1330.  
 prophanitas 271.
- h** *in principio vocabuli male omissa:*  
 Adrianus *et Hadrianus alternant, c. ad c. 574.*  
 aruspex 1335.  
 ebdomadae: *retinui.*  
 Eracl- *et Heracl- alternant.*  
 Ypolitus 88.
- h** *in principio vocabuli male addita:*  
 habendi 1375, 19.  
 Habundantius 1199.  
 haditus 1336 (*corr. m. 2*).  
 h(a)edificare 110, 180, 481, 776, 1315;  
*sed aedifice- est 381, 182, 959.*  
 Harilas = *Arclate* 1290 *ect.*  
 hodor 1125.  
 Hostia 169; *retinui.*  
 heremum 1095; *retinui.*  
 Hirens; *retinui.*  
 Hylum = *Ilium* 71.
- e** *pro ch:*  
 Calcedon- *modo, modo recte* Calchedon-  
 eartha 587.  
 Stilico *et Stilicho alternant.*
- eh** *pro e:*  
 Macharius *plerumque; indicari in uln.*  
 Machedonius *plerumque* (macedonianum 1124).  
 Archadius *modo, modo* Arcadius.  
 Itachius 1193.  
 Trachia: *retinui aut indicari in uln.*
- p** *pro ph:*  
 ampitheatrum (*corr. in amph-*) 496.
- r** *pro rh:*  
 Remus 315, *plerumque* Rhenus.  
 rethor *constanter.*
- t** *pro th passim, exempli causa:*  
 Cartag- 271 *et alibi, non semper;*  
*retinui quod traditur.*  
 Corintus.  
 Gotus 877; *plerumque* Gothus.  
 termac 516.  
 Trax 75 *et similia; retinui aut posui in uln.*

th *pro* t:

Athlans 16.

cartha 587.

Ptholomeus *plerumque* (tholom- 211).

rethor *c. supra*.

Thyri = Tyrii 86.

m *in fine vocabuli neque additur male neque omittitur nisi paucis locis in adnotatione indicatis.*

n *item perraro reperitur male insertum, ut in Athlans 16, conantibus 1336. Numeralia in -ensimus ubi reperiuntur, secunda manus n plerumque expunxit.*

nni *mut. in* mpu:

dampnare, condemnare 356, 604, 686 *et sic semper fere* (damnatio 1358, 13).

s *et x non permutantur nisi in sexcenti, ubi x semper adest, et e contrario in vocabulo Xystus, quod saepe abiit in Sixtus similesce formas in adnotationem relatas omnes.*

t *fin. mut. in* d:

inquit 335, 34.

tt *mut. in* et:

Acticus 55, 1209.

### Vocales.

ae *pro* e *raro*:

Athaenae 55.

caelebrare 1352.

ecclaesia 1336.

Aenticiamus 1358.

Lacaedaemon 92.

e *pro* ae:

*in casuum terminatione passim, maxime in Rome, item luete 52, Argonaute 74, Roboe 117, Samarie 155, que 189, Onie 231, militie 260 ccl.*

— *eus constanter fere ponitur pro — aeus, ut in Hebreus, Idumeus, Iudeus (Iudaeus raro: 67, 217, 306), Manicheus, Ptholomens.*

*item in aliis plurimis, exempli causa:*

Egyptus *et* Aegyptus *alternant.*

emulator 155.

Eneas *semper.*

etas 237.

Cesar *et* Caesar *alternant.*

cesus 221 *ccl.*

Fedra 88.

Grecus *constanter: retinui.*

heresis *fere semper* (haeres- 891): *retinui.*

pre- *pro* prae- *passim.*

querere 472.

seus.

e (ae) *pro* oe:

cepit *pro* coepit 110, 189, 1339, 11.

cetus 561.

comedia 274.

phederatus 1330.

pena 472.

prelium *vel* praelium 470, 931, 1310; *emendate* 1335, 1361.

fragued- *vel* fraguaded- 275, 463.

oe *pro* e, ae *raro*:

coepit *pro* cepit 296, 932.

poenitentia 1164.

e *et* i *recte plerumque usurpantur scribiturque fere* Iohannes *casu primo, antistes et sic deinceps: vitia quae offenduntur perpetua, ut i pro e in Arilatensis, Harilas — Iohannis 1282 — Treviri, item e pro i in Aquetanica — Bonifatius, ex adnotatione cognosci poterunt.*

i *pro* y *passim; inter alia in his:*

Egiptus *aliquoties.*

azima 428, 478.

Babilon 199.

Bythinia *fere.*

Coribantes 56.

Dionisius *constanter.*

Hieronimus *constanter: retinui.*

Hierosolima *vel* Hierosolima *plerumque: -solyma rarum* (178, 620, 887, 953, 996, 1015, 1071 *cet.*): *illam formam recepi.*

Ypolitus 88.

Libia 577.

liricus 308.

Micenae 91.

misterium 618.

Olibrius 1202.

Parisatis 209.

- Policarpus 550 *cet.*  
 Scythae 559.  
 sinagoga 411.  
 Siracusae 215.  
 Zmirneus 550.  
*y* *pro i item passim in vocabulis aut Graecis aut ad Graecum ctymon male relatis, qualia sunt haec:*  
 philosophya 657 (*plerumque in talibus est -ia*).  
 Autysidorensis 1301.  
 Bythinia *ferè.*  
 Dionisius 1091. *plerumque* Dionisius.  
 Hylarius *passim* (*sed* Hilarus).  
 Hyppo 1201.  
 Hypocrates 200.  
 Ypolitus 88.  
 hystoria *passim. non semper.*  
 Ifytus 149.  
 Ilyium = *Ilium* 71.  
 Phyladelfus, Phylippus, Phylometor, Phylopator, phylosophus *ferè constanter* (Philometor 266: Philippus, philosophus *aliquoties*).  
 Pylatus 410.  
 Symon *frequentius quam* Simon.  
 Theophylus 678, *plerumque* -philus.  
 Tyberis, Tyberius *saepius quam* Tiberis.  
*o pro e:*  
 Ptholomeus *vide supra.*  
*o et u non confuaduntur. semper* epistola.

Codicis Bruxellensis (nobis *C*) saec. IX orthographia est librarii, non auctoris. adsunt vestigia aetatis melioris, ut in genetivo sing. et nom. pl. 2. decl. *passim i pro ii (tyri regi)*: eodem poterit referri, quod legitur *adscriptus — computans — apud* constanter, item in Graecis *ph* modo retenta modo *f* substituta. *ae* quoque diphthongus plerumque suum locum tenet vel secundum vitium Romanae aetatis labentis in vocabulis extremis est *pro e* (*usque — quique — Graecae* adv. — *Athenae* c. 55), sed simul abundant barbarismi linguae iam collapsae, ut sunt *i* pro *y* *passim* — *t* pro *c* *passim* — *praetium* — *caepit* pro *coepit*, *coepit* pro *cepit* — aspiratio saepe male aut adiecta (*hictus — hodor — hortus*) aut omissa (*ortatur*), in varia lectione, ut par fuit, haec suppressimus omnia.

Lugdunensis Scal. 14 (nobis *F*) et aetas eadem est, et scripturae proprietates, regnant hic quoque vitia vocalium *i* et *y* commutatarum (*hieronimus, olivarius, praebiter cet. — ysidorus, phylippus, Zosymus*), *e* et *t* consonantium, quamquam rarius (*patritius, pertinacia, provintia — bonifacius, expeditio, pacincia*), *ae* et *oe* (*praetium*), *p* inter *nt* male omissa (*interentus, perentus, tentare*), aspirationis perperam aut adsumptae (*antholius, anthiocus, archadius, athalus, protherius, thimasius, trachia*, rarius in Latinis: *herros*) aut omissae (*ctarcus, symacus, stilico*), geminationis male vel admissae (*affrica*) vel omissae (*symacus*), ea similiter tractavimus.

De reliquis libris quicquam addere supervacuum est.

# PROSPERI TIRONIS

## EPITOMA DE CHRONICON,

QUIBUS ET GENERATIONES AB ADAM USQUE AD ABRAHAM ET A PASSIONE DOMINI OMNES CONSULES ET QUAE CONSECUA SINT POST FINEM VALENTIS USQUE AD CONSULATUM THEODOSII IUNIORIS XVIII ET VALENTINIANI IUNIORIS PLACIDIAE FILII VI AUGUSTORUM [sic ed. a. 415, aliae aliter] ADIECIMUS.

- 1 Adam cum esset annorum CCXXX, genuit Seth.
- 2 Seth cum esset annorum CCV, genuit Enos.
- 3 Enos autem cum esset annorum CXC, genuit Cainan.
- 4 Cainan vero cum esset annorum CLXX, genuit Malalehel.
- 5 Porro Malalehel cum esset annorum CLXV, genuit Iareth.
- 6 Iareth autem cum esset ann CLXII, genuit Enoch.
- 7 At Enoch cum esset ann CLXV, genuit Matusalam.
- 8 Matusalam vero cum esset ann CLXVII, genuit Lamech.
- 9 Lamech quoque cum esset annorum CLXXXVIII, genuit Noe.
- 10 Erat autem Noe ann D, cum genuisset tres filios Sem, Cham et Iafeth.
- 11 Post annos vero centum, quam genuit Sem, factum est diluuium, cum esset Noe annorum sexcentorum.
- 12 Ad probandam temporum fidem hae generationes ab initio retexuntur, quibus annorum adscriptus est numerus: nam Caina fraticidae posteritas non fuit digna cum dei populo computari, sed cum Iafeth serpente peccato maxima pars bonorum conubiis se alienigenarum mulierum miscuisset, crimen illicitae societatis diluuium meruit expiari, solo Noe iusto cum uxore et tribus filiis ac totidem uiribus ad reparationem humani generis reservato.

*om. A*

*M C A L V (sola nomina 1—10).*

*Propter inser. vide p. 346.* 1 cccxxx] tri (reliqua erant) C, triginta A<sup>r</sup> 2 ducentorum quinquaginta C \*enos M 3 autem om. A exc] C<sup>r</sup>8, cxi M, clxx A<sup>r</sup> 4 vero erant in C clxx] lxx A malaleel L<sup>s</sup>, maleleel M A 5 porro autem C malaleel L<sup>s</sup>, maleleel M A clxv\*\* M, centum sexaginta et quinque C (ut sarpe in similibus ante tertium, raro ante secundum numerum copula additur) iared L 6 iared L enoch] enos M 7 enoch] C A L<sup>s</sup> V, enos M clxii] lxi M, clx L<sup>s</sup> 8 matusalam] C, mathusalam A, matusala M I, mathusalem L<sup>s</sup> clxvii] cxxvii L<sup>s</sup> 10, 1 genuisset] C A, genuit M L<sup>s</sup> 2 et om. A iaphet M 11, 1 quam] quando L<sup>s</sup> 2 noe annorum] C, annorum noe A, annorum (om. noe) M L<sup>s</sup> 12, 1 fid. temp. L<sup>s</sup> hae C, haec M 3 eam L<sup>s</sup> 7 et om. M<sup>s</sup>

- 13 Fiunt igitur ab Adam usque ad diluuium generationes decem, anni MCCXLII.
- 14 Post diluuium succedunt hae generationes.
- 15 Sem filius Noe cum esset annorum C, genuit Arfaxath anno post diluuium secundo.
- 16 Arfaxath autem cum esset ann CXXXV, genuit Cainan.
- 17 Et Cainan cum esset ann CXXX, genuit Salam.
- 18 Deinde Salam cum esset annorum CXXX, genuit Heber.
- 19 Heber vero cum esset ann CXXXIII, genuit Phalech.  
[20 A]
- 20 Hoc tempore ad perturbandam superbae turris ex-  
tructionem divisae sunt linguae et per orbem terrae  
gentium est facta dispersio.
- 21 Phalech autem cum esset ann CXXX, gen Ragau.
- 22 Ragau quoque cum esset ann CXXXII, genuit Seruch.
- 23 Seruch vero cum esset ann CXXX, genuit Nachor.
- 24 Porro Nachor cum esset ann LXXVIII, genuit Tharam.
- 25 Thara autem cum esset ann LXX, genuit Abraham.
- 26 Qui cum esset annorum LXXV, divino monetur alloquio, ut *Hier.* 75  
exeat de terra sua et de domo patris sui et transeat in terra  
Chanaan. quo tempore promissio ad Abraham facta est, quod  
futurus esset gentium pater.
- 27 Et inveniuntur ab anno LXXV aetatis Abrahae, in quo est *Hier.* 75  
promissionis exordium, usque ad Moysen et egressum He-  
braeae gentis ex Aegypto anni CCCCLXXX.
- 28 Fiunt itaque a diluio usque ad primum ann promissionis  
anni ICXLVI, ab Adam vero anni MCCCLXXXVIII.
- 29 Abraham nonagenarius ex ancilla Agar generat Ismahel, a quo *Hier.* 88  
Ismahelitae, qui postea Agareni, ad postremum Saraceni dicti.
- 30 In hoc tempore Abraham fide iustificatus, qua credidit in *om. CA*  
semine suo omnes gentes benedicendas, mandatum circum-  
cisionis accepit, quae usque ad nativitatem domini nostri Iesu  
Christi promissionis corporeum fuit signum, quod in spiritale  
sacramentum vera cordis circumcissione transiuit.
- 31 Abraham anno aetatis suae centesimo, repromissionis autem *Hier.* 100  
vicesimo quinto genuit Isaac ex libera.
- 32 [33 A] Isaac cum esset ann LX, genuit geminos, quorum prior *Hier.* 160  
Esau, qui et Edom, a quo Idumaei [33 MC], sequens

*M* (c. 20 in testu) *C* (13r. 14—19. 20r. 21—26. 27. 28r. 29—32) *A* (*A*<sup>u</sup> incipit a c. 28) *I. V*  
(sola nomina 15—25. 26. 32 nomen).

13, 1 fiunt] fuerunt *L*<sup>s</sup> 14 diluio *M*<sup>1</sup> haec *C* 15, 1. 16 arfaxat *MI*, arphaxad *L* autem  
*om.* *A*<sup>r</sup> est *M*<sup>s</sup> (?) 17 caina *M* salem *L*<sup>s</sup> 18 sala *M*, salem *L*<sup>s</sup> 19 vero] quoque *ML*<sup>s</sup>  
exxxiii *A*<sup>r</sup> palech *C*<sup>1</sup>, phalec *L*<sup>s</sup> 20, 1 ad p. s. t. extr. *om.* *A* 3 fact. est gent. *L*<sup>s</sup> 21 phaleg *V*,  
falech *M*<sup>2</sup>, phalec *CL* 22 gen. ser. *om.* *A*<sup>r</sup> 24 lxxxviii *A*<sup>r</sup>, lxxxviii *A*<sup>st</sup> thare *L*<sup>s</sup>, thara *A* 25 thar-  
am *C*, thare *L*<sup>s</sup> autem *om.* *A* cum esset *om.* *L*<sup>s</sup> lxx] lxxx *A* abraham *C*<sup>1</sup> 26, 1 LXXV anno  
aetatis suae accepit repromissionem *V* septuaginta et quinque *C* (cf. ad c. 5) monitur *C* 2 et tr.] ut  
tr. *L*<sup>s</sup> terra *MC*, terram *ML*<sup>s</sup> 3 habraham *C* 27, 1 aetatis] *C. 1, om.* *ML*<sup>s</sup> habrahae *C*, abraham *ML*<sup>s</sup>  
2 promissionis] *CA*, repromissionis *ML*<sup>s</sup> moisen *C* ebrahae *M* 3 aeginto *C*<sup>1</sup> 28, 1 prom. ann] *M*,  
prom. (*om.* ann] *rel.* 1 (vel m) exhi] *CM*<sup>1</sup>, melxui *A* (eelxui *A*<sup>u</sup>) *L*, mceclxui *M*<sup>2</sup> iicccexviii *C* 29, 1 ge-  
nerat] *CA*<sup>r</sup>, genuit *ML*<sup>s</sup>, generat *A*<sup>st</sup>*L* 2 smahelitae *M*<sup>1</sup> saraceni] *M*<sup>1</sup>*C*<sup>2</sup>, sarraceni *M*<sup>2</sup>, *FL*, sara-  
cheni *C*<sup>1</sup>, *A*<sup>u</sup> 30, 1 spirituale *L*<sup>s</sup> 5 nerae c. circumcissionis *L*<sup>s</sup> 32, 2 sequentis *A*<sup>r</sup>

- Iacob, qui postea Israel, a quo Israelitae, qui nunc Iudaei, erat autem ann re promissionis LXXXV.
- 33 Hoc tempore apud Argos regnabat Inachus, cuius filia Io, quam Aegyptii Isidem vocitatum divino honore coluerunt. *Hier.* 161
- 34 A primo vero anno Iacob usque ad principatum Ioseph in Aegypto sunt anni CXXI.
- 35 [36 A] Cuius temporis ann XV, qui est promissionis centesimus [36 M. 36 C], moritur Abraham annorum CLXXV. *Hier.* 175
- 36 Inter haec tempora Niobe, ut Graeci perhibent, mixtus est Iuppiter exque illo concubitu natus est Apis, quem Serapim vocant. *Hier.* 225
- 37 [39 C] Igitur Abraham, Isaac et Iacob patriarchae antiquiores Serapide. *om. A*
- 38 Iacob autem agens annum LXXVIII descendit in Mesopotamiam et servivit apud Laban annis VII. *Hier.* 238
- 39 Hoc tempore Messana, quae et Mamertina, condita. *Hier.* 260 *om. A*
- 40 [42 A<sup>4</sup>] Iacob cum ageret ann XCII [37 C], generat Ioseph, qui cum esset annorum XVII, venditus est a fratribus ann patris sui Iacob centesimo nono. *Hier.* 252  
*Hier.* 268
- 41 Isaac vero moritur ann aetatis suae centesimo octuagesimo, relinquens filium Iacob habentem ann CXX. *Hier.* 281
- 42 Hoc tempore Memphis ab Api in Aegypto condita. *Hier.* 282 *om. A*
- 43 [44 A] Ioseph dux Aegypti ann LXXX, quorum cum ageretur vicesimus sextus, Iacob obiit ann aetatis suae CXLVII prophetans de Christo et vocatione gentium [42 C]. *Hier.* 307
- 44 Anno principatus Ioseph nono, qui erat famis ann secundo, ingressus est Iacob in Aegypto cum filiis suis. *Hier.* 290
- 45 Ipse autem Ioseph moritur ann aetatis suae centesimo decimo [50—56 C]. Hebraeorum in Aegypto servitutis ann CXLVIII
- 46 Huius servitutis anno vicesimo Atlans astrologus insignis habebatur frater Promethei. *Hier.* 380 *om. A*

*M* (c. 35, 36 in testu) *C* (33 r. 34, 35 princ. 36 r. 35 fin. 38, 40 princ. 37 r. 39 m. 40 fin. 41, 43, 44 m. 45 princ. 42 m. 50—56, 49 m. 45 fin. 41 r. 47, 48 m. 57 princ. 46 r.) *A* *L* (33—37, 39, 38, 40—46) *V* (40 nomen, 43, 45.).

32, 4 promissionis *M* lxxxvii *CL*s 33, 2 vocitatum *C* 34, 2 sunt] fuit *L*s 36, 1 inter] in *A*<sup>4</sup>*L* (*def.* *A*<sup>4</sup>) niobe ut gr. p.] *L*s, niobe (*sic* *A*<sup>4</sup>, in ... *A*<sup>4</sup>, imone *A*<sup>8</sup>) ut graeci (gragi *A*<sup>4</sup>) p. *A*, ioue ut gr. p. *C*, ut gr. p. niobe *M* 2 exque] ex quem *A*<sup>4</sup>, et ex *A*<sup>8</sup>, ex quo *C* concubi *C* 2 serapim *M* 37, 1 habraham isaach *C* patriarchae] *C*, *om.* *ML*s 38, 1 agen *C*<sup>1</sup> lxxxviii ann. *A*<sup>4</sup>, lxxxviii (*om.* ann.) *A*<sup>8</sup> 2 annos xliii *C* 39 hoc t. *om.* *C* mamertino *C* cond.] cond. est *ML*s 40, 1 ageret annos nonaginta duo *C*, ageret ann xcii *M*, esset ann. xcii *AL* generatio *C*, genuerat *L* (*contra* *A*<sup>4</sup>) 41, 1 isaach *C* 2 habens *A*<sup>8</sup>, habente *A*<sup>4</sup> 42 hoc temp.] *M*<sup>4</sup>*L*s, *om.* *C*<sup>1</sup>*A*<sup>4</sup> memphis ab api] memphis ab apii apio *A*<sup>4</sup> *A*<sup>4</sup>, memphy sarapim *C* 43, 1 Ioseph dux aegypti annis lxxx servitutis ann. CXLVIII huius aetatis anno lxx qui est promissionis ann. l. anns nascitur *V* 2 xxii uicesimus sextus *C* 44, 1 nono] *ML*s, nū secundus *A*<sup>4</sup>, nū c<sup>1</sup>: *A*<sup>4</sup> anno secundo] annus secundus *L*s, ann (*om.* secundus in fine pag.) *M*; in apographo *S. Cruc.* 22 est annis (*corr.* in annis) ii 2 aegypto] *C*<sup>1</sup>, aegyptum *ML*s 45, 2 servitutis anno cxliiii ad principium c. 45 adducit *V* servitutis] servitutus *M*<sup>2</sup> anno] *ML*s, anni *C*, *om.* *AL* cxliiii] *CM*, cxliiii *AL* 46, 1 atlans *CM*, atlas *L*s 2 promethei *C*

- 17 Huius aetatis anno sexagesimo quinto, qui est repromissionis ann trecentesimus quinquagesimus. Anram genuit Moysen. cum esset ann LXX. *Hier.* 425
- 18 Hoc tempore Epidaurus condita *Hier.* 429 *om. A*
- 19 et templum Apollinis Delfici ab Ersichone conditum. *Hier.* 506 *om. A*
- 50 Anno servitutis Hebraeorum LXXVII primus in Thessalia regnavit Aemon. *Hier.* 439 *om. A*
- 51 Anno vero LXXX Phorbas Rhodum obtinuit. *Hier.* 441 *om. A*
- 52 Ann LXXXII Hercules Antaeum luctae certamine superat. *Hier.* 443 *om. A*
- 53 Ann LXXXVII primus Trachylus quadrigam iunxisse perhibetur. *Hier.* 449 *om. A*
- 54 Anno XC Xanthus Triopa Lesbum condidit. *Hier.* 451 *om. A*
- 55 Ann centesimo Cecrops regnabat in Attica. sub quo in arce oliva orta est et ex Minervae nomine, quae Graecae Athene dicitur. Attici Athenae vocati. *Hier.* 460 *om. A*  
*Hier.* 468
- 56 Ann CXIII Curetes et Corybautes Gnoson condiderunt. qui modulatum et inter se convenientem in armis saltationem reppererunt. *Hier.* 474 *om. A*
- 57 Moyses octogesimum agens aetatis suae annum [46 C] impletis ab initio promissionis annis CCCXXX dux itineris ab Aegypto Hebraeorum gentis efficitur, legem eis in heremo tradens per annos quadraginta. *Hier.* 505
- 58 Hoc tempore Corinthus condita, quae prius Ephyra dicta. *Hier.* 503
- 59 Cuius temporis anno quinto primus apud Hebraeos pontifex constituitur Aaron frater Moysi. *Hier.* 510
- 60 Hoc tempore Apollinis Delii templum ab Erithone fabricatum. *Hier.* 528 *om. CA*
- 61 Huc usque quinque libri Moysi continent gesta annorum IIIICXXX secundum septuaginta interpretes. *Hier.* 544 *om. A*
- 62 [63 A] Mortuo Moysse dux constituitur Hiesus, qui principatum tenuit ann XXVII et terram Palaestinorum Iudeis sorte distribuit. *Hier.* 545

*M C* (50—56. 49 *m* 45 *fn*. 44 *r*. 47. 48 *m*. 57 *princ*. 46 *r*. 57 *fn*. 58 *r*. 59. 61 *r*. 62) *A L V* (47 [*eide c.* 43] 55. 57. 62).

47, 1 h. a. anno lx qui est promissionis aem. l. mus nascitur (*sic omnia, vet. om.*) *V* aetatis] servitutis *L* (*scilicet antiquum conferens Spircensem cum suo libro observaret deficere in hoc c. 46, ad aetatis in eo adscripsit servitutis idque errore in editionem transiit*) 2 annos ecel *C*<sup>1</sup> anram] amaram *C*, aram *A*<sup>1</sup>*L*, aram *A*<sup>80</sup> 48 hoc temp. *om. C* 49 et *om. C* ab ersichone] *M*, auersichone *C*, ab erisichthone *L*<sup>8</sup>; Erysichthone *Hieronymus* conditum *om. C* apud *Hieronymum male editur* apollinis delii templum, cum scripsisset cum delfici (dellei *cod. Amandinus*) et epitomatores ostendant Prosper et Isidorus et versio Armenia Euschi et adnotatio ad a. 528 certe pertinet ad Apollinem Delium 50, 1 tessallia *C* 2 aemon] *C* cum *Hier.*, eman *M*, haemon *L*<sup>8</sup> 51 rhodum] ehodum *M* 52 luptae *C*<sup>1</sup> 53 trachylus] *M*, trachobus *C*, trochilus *L*<sup>8</sup> cum *Hier.* 54 xanthus] anchus *C* triopa] *C* cum *Hier.*, tropa *M*, triopas *L*<sup>8</sup> lesbon *L* 55, 1 cecrops (*sic*) *r*. in a. (*vet. om.*) *V* cecrops *MC* regnavit *L*<sup>8</sup> actica *M* 2 orta] nata *L* graegae *C* athenae *C*, athena *L*<sup>8</sup> 3 athenei *C*, athanae *M* 56, 1 corestes *C* coribantes *M*, corebantes *C* enosson *L*<sup>8</sup> 2 modulatum *M* saltationem *C* 3 reppererunt (*sic*) *M*, repererunt *L*<sup>8</sup> 57, 1 moyses qui lxxx aetatis suae anno dux factus legem dat (*vet. om.*) *V* 2 annis *om. AL* 58, 1 corutus *M*<sup>8</sup> conditur *L*<sup>8</sup> 2 dieta] d. est *L*<sup>8</sup> 59, 1 prius *C* 2 constituitur] *MC*<sup>1</sup>, constitutus *L* (*contra A*<sup>9</sup>) aaron fr. m. *MC*, fr. moysi (moysis *L*) a. *A*<sup>80</sup>*L*, fr. eius aaron *A*<sup>1</sup> 60, 1 delfici *L*<sup>8</sup> erisichthone *L*<sup>8</sup> 61, 1 hoc *C* moysis *L*<sup>8</sup> 2 iii] milium *C* xxx *om. L*<sup>8</sup> interpretes *om. C*<sup>8</sup> 62, 1 ihs nane princeps ann. xxvii (*vet. om.*) *V* constituetur *C* hiesus] *MA*<sup>8</sup>, ihesus *C*<sup>1</sup>, isne *A*<sup>10</sup>*L*.

63	Hoc tempore apud Hebraeos pontificatum suscepit Eleazar.	<i>Hier.</i> 546 <i>om. M</i>
64	[65 A] Post mortem Hiesu subiectos tenuerunt Hebraeos alienigenae annis VIII. qui iunguntur temporibus Gothonihei secundum Iudeorum traditionem.	<i>Hier.</i> 573
65	Hac aetate apud Hebraeos pontifex erat Finces.	<i>Hier.</i> 580
66	Supputantur itaque omnes anni Gothonihei XL: fuit autem ipse ex tribu Iuda.	<i>Hier.</i> 573
67	Post Gothonihei Hebraeos habuere subiectos alienigenae anni XVIII. qui copulantur temporibus Aod secundum Iudaeorum traditionem.	<i>Hier.</i> 613
68	Supputantur itaque omnes anni Aod iudicis ex tribu Efrein anni LXXX.	<i>Hier.</i> 613
69	In fine huius aetatis Amphion Thebis regnabat.	<i>Hier.</i> 694
70	[69 A] Debbora cum Barae anni XL. ex quibus sunt anni XXX. quibus post obitum Aod Hebraeos alienigenae habuere subiectos. fuit autem [69 A] Debbora ex tribu Efrein. Barae vero ex tribu Neptalim.	<i>Hier.</i> 693
71	Huius aetatis anno XVII Ilium ab Ilo conditum.	<i>Hier.</i> 709
72	[75 A] Gedeon ex tribu Manasse annis XL. in quibus sunt anni VII. per quos alienigenae Hebraeos habuere subiectos iuxta Iudeorum traditiones.	<i>Hier.</i> 733
73	Hoc tempore Tyros condita.	<i>Hier.</i> 735 <i>om. A</i>
74	Argonautae his temporibus fuere.	<i>Hier.</i> 748 <i>om. A</i>
75	Cyzicus hoc tempore condita.	<i>Hier.</i> 748
76	Orfeus Trax clarus habebatur.	<i>Hier.</i> 754
77	Abimelee filius Gedeonis annis tribus. [62. 76. 78 A]	<i>Hier.</i> 773
78	Haec Herculis tempora.	<i>Hier.</i> 773

*M C* (63 r. 64. 65 m. 66–70. 71 r. 72. 75 r. 73 r. 74 r. 76 m. 78 m. 77). *A* (e. 69 ex parte in textu, eo parte in marg.). *L V* (64. 66. 67. 68. 70. 75 in marg. 72. 69. 77. 78).

63, 1 suscipit helcazar *C* 64, 1 morte *V* i(h)esu] *MCL* s. 1<sup>o</sup>, iosue *A<sup>o</sup>L* subi. tenuerunt hebr. al. annis iiii] *M* similiterque *I* s (scilicet abscripsit ad lectionem *A<sup>o</sup>* subiectos tenuerunt) *om* *Hier.*, seruiunt alienigis [sic] ann. iiii *V*, hebr. al. ann. octo subi. habent *L* (ed) (contra *A<sup>o</sup>*), hebraeos alienigenae annis (quatuor litt. *crasar C*) octo habuere subiectos *C A* 2 nuncuntur *C* gotonihei *V*, gothoniel *C* sec. ind. tr. *om. V* 65 apud h. pont. erat] *C L* s. 2, pont. apud ebreos (hebr. *M* 2) erat *M*, apud h. pontificatum suscepit (suscepit *A* s 1 *A* finces] *M A* *om* *Hier.*, phynes *C*, phinees *L* (finces *A<sup>o</sup>*) 66, 1 ex iuda cuius sunt omnes anni xl (rel. *om.*) *V* supputantur *om. M* gothoniel *C* fuit a. i. ex tr. iuda *om. C* 67, 1 lxxx ante post *C* post] et *V* hebraeos habuere subiectos alienigenae] *M* eandemque lectionem indicat *I* s (scilicet superscribens licet loco non suo os ad hebraei) *om* *Hier.*, hebraei alienigenis (-geni *C* 1) subiecti fuere *C A L*, seruiunt alienigenis *V* annos *C* 2 copulabantur *M*, computantur *V* (*om* *Hier. cold. AP*) aoth *V* 68, 1 ex efraim cuius sunt omnes anni lxxx (rel. *om.*) *V* 2 annis *C* 69 in fine huius aet. *om. V*, in fine huius in textu post octoginta, huius (sic) — regnabat ad marginem *A* amphion] *M C*, antion *V* tusebis *V* 70, 1 debbora ex efrein cum barae ex neptalim annis xl (rel. *om.*) *V* barach *C A L* annos *C* 3 ex tribu] *C A L*, tribus *M* efrein *C 2 A* barach *C A* 4 ex tribu] *C A L*, tribus *M* neptalim *C* 71 octavo decimo *C L* hylum *M* ilo] *M L* (illo *A<sup>o</sup>*), ilio *C A* 72, 1 xl ante gedeon *add. C* tribu *om. V* sunt anni] annis *V* 2 per quos] quibus *C A L V* alienigenae (alienigenae *M*) hebr. (hebr. al. *C A L*) habuere (-runt *A<sup>o</sup>*) subi.] alienigenis seruiunt *V* 3 iudeorum] hebraeorum *A L* traditionem *L* (contra *A<sup>o</sup>*) 73 tyros *M L* s 74 et arg. *C* 75 et 73 sic habet *C*: hoc tempore cyzicus condita et tyrus 75 e. hoc tempore condita (conditur *M*) hoc t. cyzicus factus est *V* (marg.) 76 trax] trachi *A*, ita *C* habetur *C* 77 abimelee (abimelech *C A V*) f. g. annis (annis *om. C A*) tribus] *C A L V*, ab. annis tr. f. g. *M* 78 haec] *M C L* s haec et *A L*, hominis *V* tempora *om. V*



79	Thola [de Isacar] annis XXVI.	<i>Hier.</i> 776 [V]
80	Huic aetati adscribitur bellum Lapitharum et Centaurorum.	<i>Hier.</i> 776
81	Priamus post Laomedontem regnans.	<i>Hier.</i> 781
82	Medea Colehis.	<i>Hier.</i> 781
83	mors Androgei	<i>Hier.</i> 785
84	et Minotauri fabula.	<i>Hier.</i> 787
85	Iair ex tribu Manasse annis XXII. [80. 92 A]	<i>Hier.</i> 798
86	Horum amorum sexto Carthaginem Tyrii condiderunt.	<i>Hier.</i> 803
87	Hae aetas habuit Atreum Argis regnantem.	<i>Hier.</i> 815
88	Eadem Faedram et Hippolytum.	<i>Hier.</i> 817
89	Iephte [Galadites] annis VI. [90 A]	<i>Hier.</i> 820 [V]
90	Esebon annis VII.	<i>Hier.</i> 826
91	Hoc tempore fuit raptus Helenae bellumque Troianum.	<i>Hier.</i> 827
92	Hae aetate Agamemnon Mycenis, Menelaus regnabat Lacedaemone.	<i>Hier.</i> 820. 849
93	Labdon ann VIII.	<i>Hier.</i> 833
94	Cuius principatus anno tertio Troia capta est.	<i>Hier.</i> 835
95	Eiusdemque Labdon ann octavo Latinis regnavit Aeneas ann III.	<i>Hier.</i> 838
96	Ascanius regnat Latinis ann XXXVIII.	<i>Hier.</i> 842
97	Samson ann XX.	<i>Hier.</i> 844
98	Cuius anno tertio Ascanius Aeneae filius Albam urbem condidit [96 C].	<i>Hier.</i> 845
99	Post Ascanium Silvius Aeneae postumus filius ann XXVIII. a quo Albanorum reges Silvii appellati.	<i>Hier.</i> 879. 877

*M* (79—84. 85. 82—84. 87—90. 86. 92—95. 91. 97. 98. 96. 99). *C* (79. 80<sub>r</sub>. 81—88. 92<sub>r</sub>. 89. 90. 91<sub>m</sub>. 93—95. 97. 98. 96<sub>r</sub>. 99<sub>r</sub>. 100. 101. 96<sub>r</sub>. 99<sub>r</sub>). *A* (79. 80. 81—84 *in t.* 85. 86—88 *in t.* 89—93. 94 *in t.* 95. 97. 98. 96 *in t.* 99 *in t.*). *L* (79—85. 92. 86—91. 93—95. 97. 98. 96. 99). *F* (79. 85—88. 91. 89. 90. 93—99).

Manasses reg. super Iudam an. LV. is traditur Ysaiam secuisse: set in canonicis libris non habetur, in apocalipsis invenitur, ubi et catavaticum est ipsius Isaie, ubi et Manasse canticum invenitur, set quia dat omni paenitenti (petenti *C*) compunctionem et nichil habet contra fidem, ab omnibus ecclesiis et monasteriis cantatur.

[Artaxerses ... Memnon ... sub hoc rege historia, quae Hester libro continetur expleta (expletura *C*): ipse quippe est qui ab Hebraeis Assuerus vocatur (*haetenus ex Hieronymo a. Abr. 1612*)]: nam si superioris Artaxersis, ut alii putant, gestum fuisset tempore, nunquam de tali causa Esdras tantus scriba siluisset.

post Hieronymi de versione septuaginta interpretum adiutationem a. Abr. 1736: hic

(*Ptolemæus Philadelphus*) erat unius veri et vivi dei cultorum et quia needum trinitatis sacramenta elaruerant, ne in aliquo regis animus offenderetur, ali-quanta de filio dei et de spirito sancto LXX interpretes subtraxerunt, quæ (qui *C*) ab Hieronimo in autentica Hebraea inveniuntur.

*post Hieronymiana de tribus solibus simul exortis a. Abr. 1973*: trinitatis in uno splendore luminis mundo iam cognitionem futuram significaverunt.

*passione Christi memorata disputat de novo testamento*: non dubium quod (pro *C*) Græca lingua fuerit editum præter evangelium Mathei, quod Hieronimus in bibliotheca Cesariensi litteris et verbis Hebraicis diligencia Eusebii custoditum esse dixit, in Græcam linguam Latinamque transtulit. hic Mattheus unus ex duodecim in Iudea (iudeam *C*) predicans que vidit narravit, Marcus (mar-chus *C*) vero Petri discipulus que a magistro audivit scripsit, Lucas (lucas *C*) similiter evangelium Pauli edidit, que utraque euangelia a magistris Petro, que vidit, et Paulo, que Christo sibi revelante cognovit et cum prioribus apo-stolis, ut ipse commemorat, contulit, accepta (a propheta *C*) et eorum iussu edita sunt, Iohannes vero omnium posterior iam claris mundo omnium que supra diximus euangelis, dum Cerinthi (cherinti *C*) et Ebionitarum consurgeret dogma, qui asserebant Christum ante Mariam non fuisse, rogatus ab Asianis episcopis divinam Christi non solum nativitatem expressit, sed etiam quæ (quo *C*) a Christo ante quam Iohannes Bap-tista decollaretur gesta sunt et a tribus supe-rioribus pretermissa commemorat.

Telesphorus septimus Romane (rome *C*) episcopus ecclesie insigne martirium duxit: hoc historia [*Rufini* 5, 6], nam chronica [*Hier. a. Abr. 2144*] siluit.

*sub Alexandro*: hoc tempore sancta Cæcilia passa est.

*sub Maximino*: sexta persecutio facta: ab isto oculi effossi dextri et poplite sinistro diversis confessoribus inciso, ex quibus fuerunt usque ad Constantinum.

Gordianus ut fertur civis Tusdritanus. Cf. *Victor. 26*: *vita Maximini 14*.

*de Fabiano episcopo Romæ*: huic præsentem (presenti *C*) populo columba super caput sedit.

*de persecutione sub Decio add.*: qua Laurentius Romæ diaconus coronatus est, septima igitur persecutio exerevit.

Babillas . . . Antiochenæ ecclesie episcopus coronatur et Fabianus subrogatur (*ex Hieronymo a. Abr. 2268*), cuius passionis gesta ad nos usque pervenit.

*de Fabiani martyrio adnotatur*: hoc in cronicis (*Hieronymus a. Abr. 2269*), historia siluit. XXIII regni Constantini anno etiam Donatus, a quo Donatiani (donationi *C*), in Africa apparuit (*ex Hieronymo a. Abr. 2344*), non impar Arrio: cuius heresis ortum et excessus Optatus (obtatus *C*) opere septem voluminum comprehendit.

Posterioris partis, scilicet ab initio Prosperi, subiunxi elenchum ita formatum, ut quæ consentiunt cum vulgaribus vel ab iis non dissentiunt nisi omissionibus et corruptelis, simpliciter indicarentur, quæ discedunt vel reperiri non potuerunt, ederentur, insunt in his Carthagine, ut dixi, compositis quedam ad Prosperum adiecta et cum Prospe-riani veris componenda.

Ab ultimo igitur anno Valentis usque ad ingressum regis Carta-ginis Geiserici ann. LX.

Gratianus hoc modo cum fratre Valentiniano parvulo filio (filii *C*) PR. 1167

Valentiniani reg. ann. VI.

Gratianus — Orientis PR. 1170

et cum multa religiose ac fortiter gesserit, a Maximo tyranno per RIF. II. 11  
comitem quandam interemptus est.

- Iustina — ad discordiam populos RVF. 11, 15  
 qui utriusque (utrumque *C'*) partium populi fide differente (diffi-  
 dente *C'*) in unum conveniebant.
- Ambrosius autem — prima sortitur (fortitur *C'*) RVF. 11, 16  
 adfuit tamen Theodosius — restituit RVF. 11, 17  
 igitur ad Orientem — conlapsus est RVF. 11, 19  
 tunc ille Antichristus (atichristo *C'*) generis humani inimicus, qui corda regum mox  
 fidei rudimenta suscepta nove quaestionis callida inventione subvertit (sub-  
 uertat *C'*), qui nihil aliter (?alide *C'*) gessit nisi ut Christi ecclesias everteret  
 (?eūet *C'*), sacerdotes regna populos (populo *C'*) ad fidei discordiam provocaret,  
 homicidia adulteria et multa nefanda, que leges Romanae puniunt, regum  
 fulti presidio sacerdotes in ecclesia publice comiterent, agnitus atque pro-  
 stratus in regno Romano ulterius locum non inueniens in barbaras se transfudit  
 nationes, apostolicum quasi testimonium proferens (proferes *C'*): ad Romanos  
 (-nus *C'*) missi eramus, sed quia indignos se verbo dei iudicaverant, conversi  
 sumus ad gentes, vos enim digni eratis veram fidem suscipere, et omnia que  
 de vocatione gentium scripture sancte plene sunt ad eorum personam trans-  
 ferentes barbarorum animas occuparunt, consueto illo inimicus auxilio, ut et  
 populum Christianum barbarae ditioni (dictioni *C'*) subiectum ad ipsum (?adiam *C'*)  
 quasi convertens a Christo separet, et ut omnino sibi barbaros devinxissent,  
 predicant apud se esse tantum unum deum, unam fidem, unum baptisma,  
 ceterorum, qui ab eis foris sint (sibi *C'*), debere baptismum iterari (-re *C'*),  
 quod per tanta discidia in regno Romano usque ad Theodosium, a quo de  
 cunctis ecclesiis pulsati sunt, non sunt ausi committere, quo futura (futurum *C'*)  
 ista perficit inimicus hodie (hodies *C'*): testes sunt ecclesiae, ubi non gladio  
 corpora, sed aqua anime ingulantur.
- Apud Laodociam — fuisse perhibebat, merito huius heretici volui RVF. 11, 20  
 facere mentionem, quia sunt quidam Arrianorum, qui etiam  
 Apollinaris (appollinaris *C'*) septam et mutabilantem (*sic*) et per-  
 turbationem tribuant, qui propria sunt animae, quam se domi-  
 nus habere testatur.
- Theodosius — tribus PR. 1198  
 Theodosius — perimit PR. 1203  
 hoc tempore Augustinus — ordinatur PR. 1204  
 Theodosius — moritur PR. 1206  
 Archadius — XIII PR. 1207  
 Wandali — Ianuarii PR. 1230  
 Constantinus — transit PR. 1232  
 Honorius — XV PR. 1235  
 Wandali tribus annis in Gallias exemptis Hispaniam occupaverunt PR. 1237  
 Constantinus — orsum PR. 1243  
 Constantius sub Honorio magister (ĩgřo *C'*) milicie et consul qui PR. 1247,  
 et patricius Placidie Theodosii imperatoris filie, quam Ataulfus 1253, 1256,  
 coniugem habuerat, nuptias promeretur, ex quibus Valentinianus 1259, 1267.  
 Constanti et Placidie filius nascitur.
- Constantius — adsumitur PR. 1273  
 eodem tempore — moritur PR. 1274  
 quo tempore post moritur: XIII scilicet anno Honorii (*in marg. m. 1*). PR. 1276  
 Theodosius Archadii filius mortuo Honorio patruo suo Romanum  
 obtinet imperium.

- Theodosius Valentinianum ante sue filium Cesarem facit — *PR.* 1286  
 factus est
- atque a Placidia — recipiunt *PR.* 1288
- Valentinianus (-no *C'*) regno potitur Occidentis et decreto Theodosii *PR.* 1289  
 Augustus appellatur.
- gens — transit *PR.* 1295
- Augustinus episcopus moritur VIII anno ante ingressum Carthaginiis. *PR.* 1304
- Pax (par *C'*) cum Wandalis facta data eis ad habitandum per *PR.* 1321  
 Trigerium Hippone regio (ipponie regie *C'*).
- Rex Geisericus — civitatibus pelleret (polleret *C'*) *PR.* 1327
- Valentinianus — accipit *PR.* 1328
- per idem tempus III Hispaniae viri Archadius Probus Paschasius *PR.* 1329  
 et Euticius — damnatus est
- Geisericus (gersericus *C'*) tribus annis Hippone (ypone *C'*) regio *PR.* 1339  
 exemptis Cartaginem occupat sub die XIII kalendas Novembris  
 omnesque — bellum intulisset
- Eo tempore archidiaconus urbis Rome Leo nomine gaudenti patria *PR.* 1344  
 Romane ecclesie episcopus ordinatur.
- Cum Geiserico autem Valentiniano Augusto (-tus *C'*) pax confir- *PR.* 1347  
 mata — divisa est
- Colliguntur a principio mundi usque ad novissimum annum Trasmundi anni  
 VDCCVIII hoc modo:
- ab Adam usque ad Abraham HICLXXXIII
- a nativitate Abrahe usque ad vocationem anni LXXXV
- a prefato anno promissionis (-nes *C'*) Abrahae usque ad exitum Israhel de Egipto  
 anni CCCCXXX
- Moyses in heremo fuit ann. XL
- Iosue in terra promissionis ann. XXVII
- sub iudicibus anni sunt CCLXXXVIII
- sub Hely sacerdote anni XL
- in regno Saul anni XL
- a David usque ad transmigrationem Babilonis anni sunt CCCCLXXXV
- a transmigratione Babilonis usque ad nativitatem domini nostri Iesu Christi anni  
 DLXXXVII
- dominus Iesus Christus hic in corpore positus annis XXXIII
- a passione domini usque ingressum Wandalorum Cartagine ann. CCCCXIII.
- sequitur laterculus regum Wandalorum cum similibus editus.*

## VI. INTERPOLATIONES PROSPERI CHRONICIS INSERTAE SAEC. XV.

Post renatas litteras Prosperi chronica Hieronymianis addita (ea enim pars sola tum vulgo nota erat) bis interpolata sunt, primum in libris scriptis non paucis saeculi XV omnibus, quos supra p. 368 in recensu eorum distinxī asterisco, item in editione principe s. l. et a. facta Mediolani c. a. 1175. ex Marcellino, cuius epitome in eius

generis libris quibusdam chronico Prosperiano subiungitur; deinde in editione altera quae prodiit Venetiis a. 1483 adhibitis pluribus auctoribus, quos tabula subiecta indicat, nobis cum futilibus his additamentis apparatus onerare displiceret, utile visum est hoc loco ea componere auctoritate adscripta, ne fallerent deinceps, ut adhuc saepe fefellerunt.

- |   |   |   |
|---|---|---|
| a. 379 Ausonio et Olybrio cos.          | Theodosius summa felicitate multis atque ingentibus proeliis Gothos superat et e Thracia pellit.<br>Longobardi ab extremis Germaniae finibus Oceanique protinus litore Scandiaeque insula magna multitudine ingressi et novarum sedium avidi Iborea et Aione ducebus Vandalos primum vicerunt.<br>Sempronius vir apprimè eruditus agnoscitur. | Jordanes Get. 27, 140.<br>Paulus hist. Lang. 1, 2, 7 adhibito Jordane Get. 3, 16.<br>Hieronymus vir. ill. 134, <i>ubi est</i> Sophronius. |
| a. 380 Gratiano V et Theodosio cos.     | Theodosius cum Thessalonicae aegrotaret, ab Ascholio eiusdem civitatis episcopo baptismum suscepit.<br>Procurante Gratiano, eo quod Theodosius aegrotaret, pax firmatur cum Gothis.<br>Synodus Patrum CL apud Constantinopolim celebrata est contra Macedonium spiritum sanctum deum esse negantem.   | Cassiodorus hist. trip. 9, 6.<br>Jordanes Get. 27, 141.<br>Cassiodorus hist. trip. 9, 12.   |
| a. 381 Suagrion et Eucherio cos.        | Gregorius Nazianzenus vir sua aetate eloquentissimus et Hieronymi praeceptor obiit.   | Hieronymus vir. ill. 117.   |
| a. 383 Merobande II et Saturnino cos.   | Petronius Bononiensis episcopus vir studiis et sanctitate clarus moritur.   | Gennadius vir. ill. 41.   |
| a. 389 Timasio et Promoto cos.          | Langobardi eorum ducebus defunctis primum sibi regem creaverunt Algelmundum Aionis filium, qui regnavit annis XXXIII.   | Paulus hist. Lang. 1, 14.   |
| a. 390 Valentiniano IV et Neoterio cos. | Signum in caelo quasi columna pendens ardensque per dies XXX apparuit.<br>Theodosius venerabile Iohannis Baptistae caput ex vicio Coslai Constantinopolim deportans septimo ab urbe lapide in basilica, quam magno sumptu in eius honorem crexerat, recondit.   | Marcellinus ad h. a.<br>Cassiodorus hist. trip. 9, 43.  |
| a. 391 Tatiano et Symmacho cos.         | Eugenius favore Arbogastis confisus imperium sibi met usurpavit.  | Marcellinus ad h. a.  |
| a. 393 Theodosio III et Abundantio cos. | Honorium pater suus Theodosius in eodem loco, quo fratrem eius Arcadium Caesarem fecerat, principem constituit, XVII ab urbe miliario, cum hora tertia tenebrae factae sunt.  | Marcellinus ad h. a.  |
| a. 396 Arcadio IV et Honorio III cos.   | Terraemotus per dies plurimos fuit caelumque ardere visum est.<br>Orosius Hispanus presbyter vir eloquens et historiarum cognitor claret.   | Marcellinus ad h. a.<br>Gennadius vir. ill. 39.   |

a. 397	Caesario et Attico eos.	Flaccilla nata est Arcadio filia. Euagrius incredibilis abstinentiae monachus et in sacris litteris eruditus apud Aegyptos habetur insignis.	Marcellinus ad h. a. Gennadius vir. ill. 11.
a. 403	Theodosio Augusto et Rumorido eos.	Eudoxiae Arcadii uxoris statua super porphyricam columnam posita est.	Marcellinus ad h. a.
a. 404	Honorio VI et Aristaeneto eos.	Eudoxia uxor Arcadii diem clausit.	Marcellinus ad h. a.
a. 407	Honorio VII et Theodosio II eos.	[Constantinus] ex infima militia ob solam speciem nominis.	Orosius 7, 10, 1.
a. 423	Mariniano et Aselepiodoto eos.	Langobardorum II. regnavit Lamissus meretricis filius annis III.	Paulus hist. Lang. 1. 15. 17. <i>quot annos requirit Lamissio, nec Paulus refert nec alius quisquam.</i>
a. 433	Theodosio XIV et Maximo eos.	Maxima urbis regiae pars septentrionalis per dies tres continuos incensa collapsaque est mense Augusto. Iohannes monachus cognomento Cassianus Massiliae insignis et facundus scriptor habetur.	Marcellinus ad h. a. Gennadius vir. ill. 61.



# LIBER PASCHALIS

## CODICIS CIZENSIS

A. CCCXLVII.





Inter libros scriptos impressosque, quos episcopus Iulius Pflugk († a. 1561) gymnasium oppidi Zeitz legavit, scripto hodie numerato fol. 19, quo continetur commentarius in decretalia Bonifatii VIII, adglutinata fuerunt a bibliopega folia quaedam visa volumini etiamtum adhaerentia a. 1816 Augusto Guilelmo Cramer<sup>1)</sup>, qui paginas tum prostantes (infra f. 1r, f. 2v, f. 3v, f. 1r.) edidit in narratione 'de fragmentis nonnullis vetustarum membranarum' (Kiliae 1826. 4. pp. 59; cf. eundem *Hauschronik* 1822 p. 121), post aliquot annos ex compage soluta sunt et sic descripta a Gustavo Haenel omnia, is ea edidit ita, ut paginas Cramero visas emendaret, reliquas adiceret, in annalibus Richterianis (*kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft* ann. 1 sive 1837 vol. 2 p. 756—760), anno c. 1862 folia translata sunt in bibliothecam Berolinensem, ubi prostant sub n. quart. 298, edidi ea ego in actis maioribus academiae Berolinensis anni 1862 p. 539—566, continentur iis fragmenta libri praeterea ignoti, scripti ab auctore cuius nomen latet anno p. Chr. 147, hodie noti sub nomine quod retinimus paschalis Cizensis, egerunt de eo praeter editores Rossius inser. Chr. 1 (1861) p. XCI—XCII (cf. p. LIX, LX) et Kruschius *Studien* (1880) p. 116 seq.; *neues Archiv* 9 (1884) p. 275.

Litteratura uncialis est et plane egregia, cuius specimen ego addidi editioni illi f. 1 rectam et f. 2 versam, Zangemeister et Wattenbach inter exempla codicum Latinorum litteris maiusculis scriptorum (1876) tab. 23 f. 1 rectam: huic editioni adiectae sunt in tabulis I. II folii 2 versa et folii 3 versa, scriptura saeculo, quo tractatus conscriptus est, digna compendia praeter legitima nulla exhibet, nisi semel p. 1. 11 DNS, capita separantur solito more versibus primis eminentibus, extremis non perscriptis: punctis commata separantur semel p. 1. S post *desit*, verba ubi dies memorantur 1. 19 III·IDVS·APRIL· et 1. 20 ·VI·KAL·APRIL· pagina in praefatione versus habet 25, in laterculo, ubi consules solos recenser, consulatus 24, ubi addit epactam et mensem paschalem, consulatus tantummodo 12, quamquam hi quoque singulos versus tantummodo occupant maioribus nimirum spatiis separati, litterae per se evidentissimae multis locis obscuratae sunt vel plane evanuerunt cum quod folia ex tegumentis detracta sunt nulla cura tum quod venena iis adhibita sunt nociva et vitiosa, adiuvit me in legendi negotio difficili laffé quondam noster ut amicissimus ita peritissimus, errores priorum, quos redarguunt membranae, in apparatu non adnotentur,

<sup>1)</sup> Cramer sic narrat: '(libros originem trahentes ex hereditate Iulii Pflugkii . . . dum pereuro, in unum incido horribilis magnitudinis librum, cui sustinendo vires vix sufficiebant . . . continebat liber commentar. in decretalia Bonifatii VIII librum sextum tituloque carebat, incipiebat autem a verbis *quia glos. s. sine recitatione legitur* . . . cuius claustra dum resero et tegumentum adversum evolveo, ecce obtutum figit ipsi adglutinata intus membranae plagula et in aversa tabula altera itidem plagula ex eodem utraque transsumpta libello.' haec omnia conveniunt in codicem fol. 19, quod Pertzius *Archiv* 11 (1858) p. 733 euanrens codices gymnasii Cizensis ad folia illa quattuor adnotat: *noch übrig Zeilen von derselben Schrift finden sich in n. 19 und n. 33, inspectis voluminibus missis Berolinum deprehendi non ita se habere, cerantur in utroque volumine vestigia foliorum aliquando adglutinatorum teguminibus, iam vero detractorum: alteri volumini n. 33, quod incipit *Gregorius hoc profanum*, quatenam folia adglutinata fuerint, ignoro.*

Cum foliorum quae supersunt primum contineat praefationis finem et inscriptionem cycli primi occupantem paginam fere dimidiam, secundum cycli primi annorum LXXXIV annos primos quattuor et viginti cum epactis et mensibus paschalibus, tertium consules a. 159—191 cycli secundi et post inscriptionem cycli tertii annos eius 192—198 non additis epactis et paschalibus mensibus, quartum annos cycli quarti 365—388 additis rursus iisdem, intellegitur codicem integrum ita fere fuisse dispositum:

	—[f. 1 praefatio]
	—[f. 2 .. ]
	—[f. 3 .. ]
q. I	—f. 4 praefationis finis. Inscriptio cycli primi
	—f. 5 consules a. XXIV (a. 29—52)
	—[f. 6 .. .. XXIV (a. 53—76)]
	—[f. 7 .. .. XXIV (a. 77—100)]
	—[f. 8 .. .. XII (a. 101—112). Inscriptio cycli secundi]
	—[f. 9 .. .. XLVIII (a. 113—158)]
	f. 10 .. .. XXXIV (a. 159—191). Inscriptio cycli tertii. Cos. a. VII (a. 192—198)
	—[f. 11 .. .. XLVIII (a. 199—248)]
q. II	—[f. 12 .. .. XXXII (a. 249—e. 280). Inscriptio cycli quarti]
	—[f. 13 .. .. XLVIII (e. 281—330)]
	—[f. 14 .. .. XXXIV (e. 331—364). Inscriptio cycli quinti]
	f. 15 .. .. XXIV (e. 365—388)
	—[f. 16 .. .. XXIV (a. 389—412)]
q. III	[f. 17 .. .. XXIV (a. 413—436)]
	[f. 18 .. .. XII (a. 437—448). Inscriptio cycli sexti?]
	(indices paparum et imperatorum)

superesse igitur foliorum paria duo cohaerentia ambo, scilicet f. 4, 5 quaternionis primi et f. 10, 15 secundi, a bibliotheca ita adglutinata, ut ex binis foliis antiquis singula efficeret formae maioris.

De quaestionibus paschalibus exponere et quem locum in iis hic commentarius obtineat determinare chronicorum editori non licet, quamquam non magis licuit ei ipsum commentarium omittere, qui si plenus esset, etiam imperatorum et episcoporum Romanorum ordinem nobis traderet, nunc certe fastorum consularium reliquias proponit a reliquis eius generis monumentis non separandas, nihilominus ut ad nostras res quae spectant satis intellegantur, pauca addam de libelli argumento.

1. Cyclum antea determinatum ratione astronomica, ut inciperet a kalendis Ianuariis anni solaris incidentibus et in primum diem mensis lunaris et in Saturni hebdomadis Iudaicae primum, auctor cum iis rationibus suos calculos satisfacere non posse intellegeret, historica ratione orsus est ab anno passionis (vide p. 353).

2. Epactam Latinorum perturbatam propterea, quod cyclus LXXXIV annorum aequatione nititur tot annorum Iulianorum (= dierum 30684) cum mensibus lunaribus 1039 (= dierum 30682 $\frac{1}{4}$ ) parum accurata, huius paschalis auctor ita correxit, ut resurrectionem Christi adsignans diei Mart. 27 a. 29, lunaris mensis decimo septimo et inde procedens huius uno die vel biduo retraheret, sed retento ipso illo cyclo a futura aberratione minime caveret.

3. Reliquas leges computationis paschalis adhuc Romae observatas videtur retinuisse non mutatas: neque enim aliter explicari potest, quod in laterculum non rettulit nisi epactam huiusque k. Ian. et primum mensis paschalis diem<sup>1)</sup>, quippe ad quos solos

1) Non recte Kruschius (p. 117) posuit paschatis diem in versibus extremis perisse marginibus recisis, cum paginae duae praefationem habentes luculenter ostendant marginem ita immittum esse,

mutatio ab auctore proposita perveniret. tantum autem astitit, ut certam et definitam legem paschatis celebrandi in futurum stabiliret, ut teste ipso in praefatione ad paschata secundum illas leges computata ratione Latina in adnotatione poneret ubi differrent paschata Alexandrina. in unica quae in reliquiis superest geminatione, scilicet ad a. cycli 23 (quam adscripsit ad cyclum primum a. 51 pertinentem similiter ad a. 387), ad mensem paschalem VIII id. Mart. = Mart. 8 respondentem paschati Mart. 28 adnotans eius anni pascha secundum Theophilum celebrandum esse XIII k. Mai. = Apr. 18 idque posse admitti, male apud Latinos celebrari XII k. Apr. = Mart. 21, graviter erravit, nam Alexandrinos constat ei anno pascha adsignavisse a. d. VII k. Mai. = Apr. 25, sive quod ex elementis Theophili diem Apr. 18 deduxit evitato Theophiliano vero utpote apud Latinos non admittendo propterea quod is dies fines eorum paschales egreditur, sive dissensum in paschali ab ipso adhibito sine nomine adnotatum errore ad auctorem Graecum rettulit<sup>1</sup>).

Emendationem cycli eo tempore a Romana ecclesia usurpari neque ingeniosam neque solidam auctor direxit, ut ex praefatione apparet, ad eius tum antistitem Leonem I (a. 440 – 461), potestque admitti eius in paschatis annorum sequentium<sup>2</sup>) determinandis aliquam rationem habitam esse, quamquam eiusmodi usus argumenta certa nulla suppetunt<sup>3</sup>), sed neque scripsit commentarium iussu pontificis, id quod nescio quo modo Kruschius p. 117 inde collegit, quod de geminationibus laterculi auctor electionem pontificis esse ait, neque de Victoriano laterculo quae traduntur, cum laterculi huius a. 447 publicati receptione legitima, quam idem Kruschius factam esse iudicat, nullo modo conciliabuntur, eum si recepisset ecclesia Romana, eius archidiaconus Hilarus non hortatus esset post paucos annos calculatorem Gallicum insignem, ut discrepantias inter auctores partis utriusque agitatae ex professo retractaret, multo minus ipse Victorius in epistula c. 8 haec scripsisset: *plerumque sane partis utriusque sententia in unum quidem sollemnitatis huiusce diem concurrit, sed in huius dinumeratione variatur, cumque cum Aegyptii XVI in die paschae verbi gratia numerarent, nostri eandem XVII vel etiam XVIII calculantur*: nam ipsam eam discrepantiam inter computationem Romanam et Alexandrinam tollit commentarius is de quo agitur<sup>4</sup>), denique ut mittamus eum vere ne pro paschali quidem perhiberi posse, cum ipsa paschata ab eo absint, episcopos Romanos saeculi quinti tenendum est neque hunc neque alium ullum paschatum canonem tanquam legitimum admisisse, nam cum secundum decretum concilii Nicaeni constaret uno eodemque die per univer-

ut in folio recto nullae litterae perierint, in folio verso binae ad summum vel ternae, itaque tot litteras, quot requirit Kruschius, nullo modo addi posse.

1) Illam opinionem ego exposui p. 560, hanc praefert Kruschius p. 111.

2) Pascha a. 444 celebratum die Mart. 26 ego in editione supra citata p. 561 dixi, cum huius paschalis regulis conveniat, abhorrere ab antiquioribus; contra Kruschius p. 110 contendit etiam secundum eas per exceptionem tolerari potuisse, recte puto, itaque non opus erit ut sumamus etiam ante a. 447 alium aliquem calculatorem similia proposuisse.

3) Credit Kruschius p. 128 ad hunc commentarium respicere Leonem in ep. 137 ad Marcianum Augustum d. 29 Mai. 451 directa dubitantem de paschate a. 455 Alexandrinorum, *cum a passione domini in omnibus austeris annualibus XI kal. Mai. dies legatur adscriptus*, eum quo loco conferendus est alter ep. 127 scripta a. 454 Ian. 9: *in nostris annualibus XI kal. Mai. dies apertissime a patribus nostris constitutus legitur et celebratus*, annualibus significari paschale Cizense, quippe quod ordiatur a passione et habeat praeter paschata etiam imperatorum et episcoporum ordines, hoc si verum esset, ne inde quidem sequeretur paschalem commentarium illum pro lege Romae observatum esse, sed non est verum.

nam neque aditis laterculis illis ex paschali libro efficitur annalis neque omnino de certo aliquo laterculo loquitur Leo, sed de computationibus monumentisque historicis omnibus, quarum sibi copia sit, eamque ipsam ob eandem vocabulo annualium utitur generali neque ad laterculos solos restringendo hoc igitur dicit ex quo pascha celebratum sit Romae in eiusmodi annis eum diem constanter observatum esse, ut ne hoc quidem ex his locis recte colligas eum adhibuisse laterculum aliquem incipientem a passione, sed tantummodo in documentis sedis Romanae nullum diem huiusce paschatis repertum esse nisi XV k. Mai.

4) Hoc eum ipse Kruschius optime perspexisset, p. 126 coniectura audacior quam felice comma hoc statuit a Victorio ex exordio paschalis Cizensis in suum translatum esse, futo sane non minus impudenti quam inepto.

sum orbem a Christianis resurrectionem salvatoris celebrandam esse, secundum interpretationem autem eo tempore et receptam in Occidente et aliquatenus in Oriente quoque agnitam definitionem diei, ubi de eo dubitaretur, spectare ad pontificem ecclesiae Romanae, hoc primatus sui insigni privilegio tantum aberat ut episcopi sese privarent proposito laterculo aliquo in futurum valituro, ut e contrario statuerent paschatis diem legitime definiti quotannis per litteras pontificis Romani reliquis ecclesiis transmissas, laterculis paschalibus ad rei instructionem ita adhibitis, ut nullo eorum ipsi legitime constringerentur, eapropter tam hic canon quam Victorianus geminationes nequaquam sustulerunt, sed data opera enuntiant simul profitente utroque auctore electionem pendere a decretis annis pontificis Romani.

Superest, ut agamus de huiusce commentarii consularibus, spatio annorum  $81 \times 5 = 420$ , quod laterculus se ait complecti, cum conveniant tam primi consules a. p. Chr. 29 Gemini duo, ad quos secundum receptam opinionem Christi passionem refert, quam paenultimi in exordio nominati Calepius et Artaburis a. p. Chr. 447, expectes cyclos quoque recte auctorem ordinavisse sic 29—112, 113—196, 197—280, 281—364, 365—448, sed secus est: nam quamquam cyclos auctori proximus recte se habet (vix enim dubium est f. 4r. inchoavisse ab eius anno primo), secundi ultimi et tertii primi consules non sunt annorum 196 et 197, sed annorum 191 et 192, praeterea antiquissimum fastorum vitium, quod supra p. 200 iam deprehendimus in fastis Constantinopolitanis, scilicet consulatus duorum Augustorum a. 161 sub diversa significatione bis numeratus, in hanc quoque tabulam irrepsit, itaque qui eam composuit fastis usus est per annos illos CCCXX ita vitiosis, ut ficticii inessent quinque, abessent veri totidem caeque mendae ita sese compensarent, ut ad quintum cyculum non pervenirent, errorum illorum cum unum solum deprehendamus in reliquiis nostris, de reliquis quamquam spatiis dinumeratis, ut supra proposuimus, aliquatenus coniecturae proponi possunt, cae neque certae sunt neque eorum exquisitio utilitatem haberet, hoc apparet non laterculo eo auctorem usum esse quem in consularibus Italicis et Prosperianis deprehendimus (supra p. 254), sed aliquantum praestantiore: maxime consulatus a. 29—52 in illis admodum vitiosi in his nostris recte decurrunt, nomina quoque melius formata sunt et minus corrupta quam in illis habentur, ignorantiam scriptoris producit numeri iterationum: ita Gaium a. 11 consulem facit III pro III non numerato consulatu primo non ordinario: similiter Claudii consulatus a. 42 et 43 uno minuit, cum recte numerentur sequentes, consules duos Vitellium patrem II a. 13, III a. 17 et filium consulem a. 18 pro uno habens hoc anno scribit *Vitellio III*, qui error et ipse redit in fastis Constantinopolitanis (supra p. 220): simili ratione duos Pudentes consules a. 165, 166 et duos Orfitos a. 165, 172 et duos Rufos a. 178, 181 male confudit, imperatoris Commodi consulatus septem a. 177, [179, 181,] 183, 186, 190, 192 hic numerantur III—VIII, scilicet communeratis consulatibus duobus Commodi eius qui postea dictus est L. Verus a. 151, 161, quamquam hic in fastis his non appellatur *L. Aelius Aurelius Commodus*, sed brevius *Aurelius Caesar*: unde intellegitur hanc certe mendam redire ad consularium horum archetypum, similiter a. 376 consulatum primum Valentiniani iunioris male fecit senioris quintum.

Imperatorum recensum alterumque pontificum Romanorum, quos commentario se addidisse auctor ait, reliquiae nostrae non servarunt, paparum indices duo apud Prosperum interpolati alter in libris *AO* (supra p. 380), alter in libris *FPXZ* (supra p. 486) ad hunc tractatum non pertinent, quamquam aliter censet Duchesnius lib. pont. I p. XIV, nihilo minus recte fortasse coniecit egregius harum quaestionum index, quem litteris ereptum ante tempus hgemus, episcopus Durhamensis I. B. Lightfoot (*the apostolic fathers* Londinii 1890 vol. I p. 311) Romanorum episcoporum catalogos quos habemus superstructos esse indici Liberiano, continuatos deinde ad papam Leonem descendere ex hoc nostro tractatu paschali.

(*desunt plura*)

ut dixi accidit, quia et in regulis festi et in cursu luna[e] pars utraque non consonat.

*l. 1*

Unde cum ex iudicio venerabilium patrum Aegyptiae ad haec scientiae emerit auctoritas, ita paschalis revolutionis ordinem credidimus digerendum, ut, ubi duplicem demutationem opinionum diversitas facit, subnotatio nostra non desit et quid electatione tua, ad quam cuncta respiciunt, dignius videatur, ostendat.

Initium autem totius decursionis ab illo pascha duximus inchoandum, quod sua passione dominus consecravit, cuius octogessimus et quartus annus ita omnes lunares cursus in sua mutabilitate concludit, ut in id unde coeperat redeat adque ad eundem finem pari lege decurrat, quae renovatio quinquens octogenos quaternos annos peragens quadringentos et viginti eo anno completura est, qui Calepii et Artaburis consulatum sequetur, ut post illud pascha, quod III idus April. celebrandum est, sexti cycli exordium faciat resurrectio salvatoris, cuius dies est VI kal. April.

*p. C. 447*

Huic autem collectioni paschalium dierum non solum seriem consulum coneximus, sed etiam annos apostolicae sedis antistitum et aetates regni principum Romanorum diligentissima adnotatione subdidimus, ut quum

(*deficiunt litt. c. 11*) [te]mporibus et in lunae recur[su] con[son]et, per te[stimonium] quodammodo per [nos] constitu[tum] nullo de paschali successio[n]e d[ub]itetur modo].

*f. 1*

30 [incipit]  
cyclus  
[primus]

*Codicis folia, scilicet quae estant, numerata sunt et versuum divisio in editione retenta. capita ut in editione distincta sunt, ita in codice separantur eminenti in singulis versu primo. A in ita cum prioribus editores versum finiant, in loco hodie vacando Jaffens, sed dubitans ipse, videre sibi risus est nos. s. elec-  
tione malim. 11 dñs cod. e. 12 annus hodie eod. 23 quum codice nire: supra v. 3 est eum. 26 mporibus ego.  
i. r. idus Harnel creare post recur in v. extremo hiatum adnotat Harnel errore. 27. . . s. ?) o? n)?  
... testimonium ego, consona. ca. testimonium Harnel per palus quam fer ego, feri Harnel. 28. a. con-  
sti(2.1?)n(?)... nullo ego, ie constitutae sunt quod Harnel. 29. d... raente versu extremo ego,  
ne dubitatur ... is sep. spatia vacua Harnel. 31 cyclus reperit Jaffi: ante et post id litterarum restepi.*

f. 2	a. 29 . . . . .	. . . . .	. . . . .
	30 <i>Vinifrio et Longino</i> . . . . .	. . . . .	. . . . .
	31 . . . . .	. . . . .	III k Ap
	32 . . . . .	. . . . .	an . . . . .
	33 . . . . .	kal·lan·d·V·lu . . . . .	. . . . .
	34 [ <i>Persico et</i> ] <i>Vi[tellio]</i> . . . . .	. . . . .	lun·X . . . . .
	35 . . . . .	. . . . .	lun·XXVI . . . . .
	36 . . . . .	. . . . .	lun . . . . .
	37 . . . . .	kal·lan·II·lun . . . . .	. . . . .
	38 . . . . .	. . . . .	III lun XXX . mn k . .
	39 <i>G·Caes[are et Apronia]</i>	kal . . . . I lun XI . . . .	mn·IX·k·A[pr.]
	40 <i>G·Caesa[re II]</i>	. an . . . . lu . . . . .	. . . . .
f. 2	41 <i>G·Caesare III et Saturnino</i>	kal·lan·d·I·lun·III·	mn·III·k·Apr·
	42 <i>Tib·Claudio et Largo</i>	kal·lan·d·II·lun·XV·	mn·XVI·k·Apr·
	43 <i>Tib·Claudio II et Vitellio II</i>	kal·lan·d·III·lun·XXVI·	meni non·Apr·
	44 <i>Prispo et Tauro</i>	kal·lan·d·III·lun·VII·	men·VIII·k·Apr·
	45 <i>Vinicio II et Corvino</i>	kal·lan·d·VI·lun·XVIII·	mn II id·Mart·
	46 <i>Asiatico II et Silano</i>	kal·lan·d·VII·lun·XXVIII·	mn·k·Apr·
	47 <i>Tib·Claudio III et Vitellio</i>	kal·lan·d·I·lun·X·	mn·XI·k·Apr·
	48 <i>Vitellio III et Publicola</i>	kal·lan·d·II·lun·XXI·	mn·V·id·Mart·
	49 <i>Q·Veranio et Gallo</i>	kal·lan·d·III·lun II·	mn III k·Apr·
	50 <i>Vetere et Nerviliano</i>	kal·lan·d·V·lun·XIII·	mn·XIII·k·Apr·
	51 <i>Tib·Claudio V et Orphito</i>	kal·lan·d·VI·lun·XXIII·	mn·VIII·id·Mart·
	52 <i>Sylla et Othone</i>	Theophilus pasc·in XIII kal·Mai·pro· muntiavit, quod forte sit melius, tan· tum ut XII kal· Apriles, quod Latini elege· rant, refu· tetur.	kal·lan·d·VII·lun·VII . mn VI k·April·

*(desunt folia quattuor)*

f. 3	a. 159 <i>Quintillo</i>	et <i>Prisco</i>
	160 <i>Bradua</i>	et <i>Varo</i>
	161 <i>Antonino III</i>	et <i>Aurelio Caesare</i>
	duobus	<i>Agostis</i>

*f. 2 pagina recta tota fere erant. Haencl, qui cum vidit minus corruptam, in ea legit haec.*

a. 34 . . . . .	lun . XI . mn . . . . .
35 . . . . .	lun . XXV . mn . . . . .
36 . . . . .	Mart . d . VII . lun . XVI . mn . . . . .
37 . . . . .	kal . . . . .
38 . . . . .	kal . . . . . lun . XXX . mn . k . .
39 . . . . .	x, ca . . . kal . . . . lun . XI . mn . XII . ka . .
40 . . . . .	G . Caesa . . . . . XXIII . mn . VI .

43 *meni cod., non mens, ut legit Haencl* II *scr. Crispo* 50 *nerviiano Cramer, superest nervili /*  
 52 *sylla et othone Cramer, superest syll* lun niii *inmo lun u, cf. a. 388* 160 *scr. Vero* 161 *b ago-*  
*stis Haencl, iam vere erant*

162 Rustico	et Aquilino
163 Laeliano	et Pastore
164 Macrino	et Celso
165 Orphito	et Pudente
166 Pudente II	et Polione
167 Varo III	et Quadrato
168 Aproniano	et Paulo
169 Priseo	et Apollonari
170 Cethego	et Claro
171 Severo	et Heremiano
172 Orphito II	et Maximo
173 Severo II	et Pompeiano
174 Gallo	et Flacco
175 Pisone	et Iuliano
176 Polione	et Apro
177 Commodo III	et Quintillo
178 Orphito III	et Rufo
179 Commodo	et Vero
180 Praesente	et Cordiano
181 Comm	et Rufo II
182 Mamertino	et Rufo
183 Commodo VI	et Victorino
184 Marullo	et Aeliano
185 Materno	et Bradua
186 Commodo VII	et Glabrione
187 Crispino	et Aelano
188 Fusciano	et Silano
189 duobus	Silanis
190 Commodo VIII	et Septimiano
191 Aproniano	et Bradua

f. 3

*Acta consulum ab anno 180 usque ad 191*

Incipiunt consules cycli tertii

192 Commodo VIII	et Pertinace
193 Falcione	et Claro
194 Severo	et Albino
195 Tertullo	et Clemente
196 Dextro	et Prisco
197 Laterano	et Rufino
198 Saturnino	et Gallo

*(desunt folia quattuor.)*

162 et] E<sup>I</sup> cod.    167 ante Varo) ser. Vero) in margine |—|    179 ser. Commodo IIII    180 ser.  
Cordiano    181 COM    cod.; Commodo Haenel dubitans; ser. Commodo V    187 ser. Aeliano.



365	Valentiniano et Valente cons	kal Ian d		
366	Gratiano et Dagalaifo	kal Ian d I	lun II	
367	Lupicino et Iovino	kal Ian d II	lun XI	
368	Valentiniano II et Valente II	kal Ian d III	lun XX	
369	Valentiniano np et Victore	kal Ian d V	lun V	
370	Valentiniano III et Valente	kal Ian d VI	lun X	
371	Gratiano II et Probo	kal Ian d VII	lun X	
372	Modesto et Arintheo	kal Ian d I	lun VII	
373	Valentiniano III et Valente III	kal Ian d III	lun X	
374	Gratiano III et Equitio	kal Ian d III	lun XX	
375	post cons Gratiani III et Equitii	kal Ian d V	lun XI	
376	Valente V et Valentiniano V	kal Ian d VI	lun XX	
377	Gratiano III et Merobaude	kal Ian d I	lun III	mn III k Apr
378	Valente VI et Valentiniano II	kal Ian d II	lun XV	m̄ XVI kal Apr
379	Ausonio et Olybrio	kal Ian d III	lun XXVI	m̄ II non Apr
380	Gratiano V et Theodosio	kal Ian d III	lun VII	m̄ VIII kal Apr
381	Syagrio et Eucario	kal Ian d VI	lun XVIII	mn II id Mar
382	Antonino et Syagrio	kal Ian d VII	lun XXVIII	mn k Apr
383	Merobaude II et Saturnino	kal Ian d I	lun X	mn k Apr
384	Ricomere et Clearcho	kal Ian d II	lun XXI	mn V id Mar
385	Areadio et Bantone	kal Ian d III	lun II	m̄ k Apr
386	Honorio np et Euodio	kal Ian d V	lun XIII	m̄ XIII k Apr
387	Valentiniano III et Eutropio	kal Ian d VI	lun XXIII	m̄ VIII id Mar
388	Theodosio II et Cynegio	kal Ian d VII	lun VI	mn VI k Apr

DA  
 366 GALAIFO *codex*      J  
 372 ARANTHEO *codex*      377 MEROBANDE *Haenel*, [MEROBAN  
 hodie      378 VALENTINIANO II KAL IAN D II LVN *Haenel*, VALENTINIANO KAL IAN D III UN  
 cernitur      383 LVN XI *codex*, LUN XI *Haenel*      K APR] *requiritur* XI K APR      385 K APR] *re-*  
 E  
*quiritur* III K APR      388 CYNIGIO *codex*      LVN UI] *requiritur* LVN U, *cf. a. 52*      in fine signum —

# POLEMII SILVII

## LATERCVLVS

ANNI CCCCXLIX.

ACCEDUNT

- I. NOTITIA GALLIARUM.
- II. DE NOMINIBVS GALLICIS.

# LIBRI ADHIBITI

## IN TOTO LATERCULO

*P* = Bruxellensis n. 10615—10729 saec. XII

## IN LATERCULO PROVINCIAE

<i>B</i> = Bambergensis E. III. 14 saec. XI	68 = Parisinus n. 2123 saec. IX
<i>O</i> = Oxoniensis coll. Magd. n. 14 saec. XIV	72 = Monacensis Palatinus n. 10291 saec. XVI
<i>V</i> = Vaticanus n. 341 saec. X	73 = Oxoniensis Canonie. misc. n. 378 saec. XV
9 = Albigensis n. 29 saec. VIII	74 = Parisinus n. 9661 saec. XV
10 = Parisinus n. 4808 saec. X	75 = Vindobonensis n. 3103 saec. XV
18 = Monacensis Frisingensis n. 6243 saec. VIII	79 = Caroloruhensis n. CIII saec. IX

} descripti  
ex deperdito  
Spirensi  
saec. IX.

## IN NOTITIA GALLIARVM

1 Coloniensis n. 212 saec. VI	35A Chartres n. 193 saec. XI	68 Parisinus n. 2123 saec. IX
2 Caroloruhensis n. CIII saec. IX	36 Einsiedlensis n. 357 saec. XII	69 Parisinus n. 4280 A saec. X
3 Berolinensis Phillipps. n. 1745 saec. VII	37 Leidensis Scal. n. 70 saec. XI	70 Parisinus n. 4280 B ex. II saec. X
4 Parisinus n. 1452 saec. X	38 Londiniensis Cott. Claud. C. VI saec. X	71 Monacensis n. 794 saec. XV
5 Parisinus n. 12097 saec. VI (cum Paris. 11479)	39 Mediolanensis Ambros. A 46 inf. saec. X	72 Monacensis n. 10291 saec. XVI
6 Veronensis n. 52 saec. VIII	40 Montispeulanus n. 280 saec. XIII	73 Oxoniensis Canon. misc. n. 378 saec. XV
7 Coloniensis n. 186 saec. IX	41 Parisinus n. 12445 saec. X (cum Par. 11889)	74 Parisinus n. 9661 saec. XV
8 Sangallensis n. 397 saec. IX	42 Vaticanus Palat. n. 1357 saec. XIII	75 Vindobonensis n. 3103 saec. XV
9 Albigensis n. 29 saec. VIII	43 Vaticanus reginae n. 1896 saec. XI	76 Bruxellensis n. 495—505 saec. X
10 Parisinus n. 4808 saec. X	44 Florentinus Laur. n. 30, 21 saec. XIV	77 Einsiedlensis n. 191 saec. X
11 Parisinus n. 1451 saec. X	45 Leidensis Voss. quart. n. 124 saec. XV	78 Eporediensis n. 74 saec. X
12 Bernensis n. 26 A saec. VIII	46 Mediolanensis Ambrosianus Gro- novii (quatenus editio recedit a Schottiana n. 66)	79 Caroloruhensis n. CIII manus se- cunda, saec. IX
13 Bernensis n. 645 saec. VIII	47 Parisinus n. 4800 saec. XV	80 Coloniensis n. 106 saec. IX
14 Berolinensis Phillipps. n. 1743 saec. VIII	48 Vaticanus n. 4496 saec. XV	81 Monacensis n. 3860 A saec. X
15 Berolinensis Phillipps. n. 1749 saec. X	49 Bernensis n. 208 saec. XIII	82 Novariensis n. 30 saec. X
16 Florentinus Laurent. Libr. n. 1814 saec. X XI	50 Montispeulanus n. 3 saec. XII	83 Parisinus n. 3843 saec. X
17 Lugdunensis Voss. fol. n. 12 saec. X	51 Parisinus n. 1458 ex. II saec. XII XIII	84 Parisinus n. 3852 saec. X
18 Monacensis Frisingensis n. 6243 saec. VIII	52 Parisinus n. 6186 saec. XIV	85 Vaticanus n. 1338 saec. XI
19 Parisinus n. 1454 saec. X	53 Romanus Casanatensis B. III. I saec. XIII	86 Vaticanus Palatinus n. 578 saec. IX X
20 Parisinus n. 1458 ex. I saec. IX	54 Vaticanus reginae n. 905 saec. XIV	87 Sangallensis n. 671 saec. IX (cum apogr. Baluzii)
21 Parisinus n. 3842 A saec. X (non collatus plene)	55 Londiniensis Cott. Fanst. A VIII saec. XIII	88 Vindobonensis n. 11857 saec. XVI
22 Parisinus n. 4280 B ex. I saec. X	56 Parisinus n. 4909 saec. XV	89 Turicensis Simleri
23 Parisinus n. 5001 saec. XI	57 Parisinus n. 1458 ex. III saec. XII XIII	89A Guelferbytanus Weissenburgensis n. 3 saec. X
24 Parisinus n. 9631 saec. XII	58 Parisinus n. 3839 A saec. X	90 Burdigalensis Duchesii
25 Parisinus n. 13657 saec. XI	59 Parisinus n. 4375 saec. XII	91 Friiburgensis n. 8 saec. X
26 Parisinus nuper empt. n. 1460 saec. X	60 Parisinus n. 4955 saec. XIV	92 Parisinus n. 2449 saec. X
27 Vaticanus reginae n. 982 saec. X	61 Boulogne n. 115 saec. XII	93 Parisinus n. 3838 saec. X
28 Bernensis n. 151 saec. X	62 Parisinus n. 14314 saec. XII	94 Parisinus n. 16252 saec. XIV
29 Parisinus n. 11743 saec. XIV (cum Lugd. Voss. oct. n. 24)	63 Vaticanus n. 631 saec. XIII	95 Parisinus n. 16897 saec. XII
30 Parisinus n. 15009 saec. XII	64 editio Aldi n. 1518	96 Parisinus nuper empt. n. 2253 saec. X
31 Vaticanus reginae n. 728 saec. XIV	65 Sangallensis Tschudianns n. 663	97 Vaticanus reginae n. 1127 saec. X
32 Bruxellensis n. 6439—6451 saec. X	66 editio Schotti n. 1600	98 Florentinus Laur. Libr. n. 1554 saec. XII
33 Parisinus n. 3837 saec. IX	67 Monacensis n. 396 saec. X	99 Vaticanus n. 630 saec. XI
34 Parisinus n. 13103 saec. IX		100 Leidensis Voss. fol. n. 96 saec. X
35 St. Omer n. 697 saec. X		101 Laon n. 403 saec. XII

Silvius is qui, ut chronica Gallica ad a. 435 referunt, *turbatae admodum mentis post militiae in palatio exactae munera aliqua de religione conscribit* quique ab Hilarii Arelatensis defuncti a. 449 vitae scriptore inter eius amicos itemque inter eius temporis claros auctores nominatur<sup>1</sup>), fuit, ut vidit Tillemontius (*mém. pour l'hist. eccl.* 15. 134), Silvius Polemius (sic enim omnino scribendus pro *poltmius* quod est in codice) qui scripsit eum quem edimus laterculum, direxit eum post alia scripta ante transmissa, ut in praefatione significatur, ad Eucherium, scilicet ad eius nominis episcopum Lugdunensem aequalem Hilarii et Silvii virum non ignotum inter scriptores rerum sacrarum, quem locum Silvius tenuerit post civilia officia deposita, ignoramus, quamquam probabile est ad statum ecclesiasticum eum se dedisse<sup>2</sup>), non magis de loco ubi scripserit constat, nisi quod ex iis quae praecedunt apparet eum quoque vixisse in Gallia, rerum Gallicarum cura etiam in chronicis hic illic elucet, ut Probum adnotat Gallis vineas habere permisisse, Magnentium et Decentium natione fuisse Francos, scripsisse se Postumiano et Zenone consulibus, id est a. p. Chr. 448, auctor in fine laterculi principum adnotavit, sed addit in extremo opere completis ab urbis exordio mille ducentis annis iis consulibus tamquam primum annum incipere Asturio consule, significans ita postremus omnium saecularia urbis, scilicet vera duodecima, edidit igitur libellum incipiente anno 449 consule de Oriente, qui fuit Protogenes, nondum in Galliis publice nuntiato, imperantibus Theodosio II in Oriente, in Occidente Valentiniano III, quorum natales in fastis posuit, tum cum Galliae Romanae praesidebat Aetius, temporibus Attilanis, biennio ante proclium Catalaunense.

Ad exemplum chronographiae a. 354 supra editae, quam ipsam similemve necesse est habuerit, Silvius sibi proposuit fastos menstruos demum edere adiectis ad singulos dies adnotationibus fastisque adiungere quae ad communem usum pertinere viderentur: id quod ita perfecit, ut mutationem temporum et ingruentem rerum publicarum et privatarum ruinam hic libellus Christiano status antiqui odio et ipsa sua exilitate luculenter repraesentet, sustulit auctor ex fastis litteras diebus praescriptas tam mundinales quam hebdomadarias et lunares relictis solis dierum vocabulis vulgo usurpatis, id quod potissimum significat in exordio scribens delevisse se laterculi antiquioris indicia supplicatori difficilia et minus doctis obscura: praeterea in tabulis quoque compendia nulla posuit, natales non significans prima littera, sed vocabulum perscribens, delevit item vestigia religionum paganarum, divi vocabulum, ferias nuncupatas a numinibus abolitis

1. Vita Hilarii (inter opera Leonis ed. Ballerín, vol. 2 p. 317 seq. c. 11: *ubi instructus supercunire cedisset (Hilarius) . . . se ipso celsior apparebat, ut eiusdem praecleari auctores temporis, qui suis scriptis merito claruerunt, Silvius Eusebius Damulus* (cf. Sidonius ed. Lactjohann p. 124: *admiratione succensi in haec verba proruperunt non doctrinam, non eloquentiam, sed nescio quid super homines consecutum.* 2) Is ad quem Eucherius Lugdunensis narrationem misit de passione Agathensium martyrum (Ruinart acta mart. p. 274; Migne vol. 50 p. 827) episcopus qui videtur fuisse Octodurensis, in libris scriptis aliis Silvius dicitur, in aliis Salvius, neque scimus, utra lectio vera sit.

Neptunalia, Saturnalia, Volcanalia similiaque retentis iis quae originem suam minus distincte praese ferrent, ut sunt lavatio, cara cognatio, parentatio, regifugium, quinquatria, Pelusia, Lupercalia, etiam Carmentalia, Quirinalia, Terminalia, substituitque pro illis aliquot ex feriae Christianorum, manserunt accesseruntque dies Iudorum; item ad senatum qui pertinent dies sessionum legitimarum et magistratuum creandorum; mensium nomina Attica Macedonica Aegyptiaca Iudaica vel, ut ait in praefatione, *vocabula mensium quibus apud diversas gentes dicuntur*; origines vocabulorum quae fastis propria sunt; de die captae urbis et de feriis ancillarum tum institutis adnotationes fabulosae admodum sumptae ex nescio quo auctore deperdito<sup>1)</sup>; denique quae abest a menologio antiquiore indicatio ventorum pluviarumque per anni tempora sumpta ex tabula anni rustici, qualem habet Columella l. II c. 2, nos cum in hac sylloge menologio Polemiano non magis locum dederimus quam Philocaliano (cf. supra p. 48), editis scilicet cum fastis reliquis aetatis melioris in primo volumine corporis inscriptionum Latinarum, de eo quae diximus sufficiunt. hoc loco res nobis est cum additamentis ad exemplum laterculi antiquioris a Silvio quoque ad summum adiectis.

In praefatione Silvius ipse declarat, quid omiserit ex additamentis veteris laterculi et pro his quid substituerit, imagines mensium, quas ibi vidimus laterculis eorum in foliis versis interpositas fuisse, significat hic abesse, ubi dicit *in alternis* inter menses *foliis* commentariis suis locum se dedisse, omisit item imagines planetarum (supra p. 42), *dierum formas depingere* se negans et in vocabulis dierum pro nominibus *stulte* apud *gentiles* usurpatis flagitans numerationem feriarum ad septenarium numerum utpote magis Christianam, omisit item planetarum imaginibus adiunctam indicationem dierum horarumque noxiarum communium bonarum (supra p. 42), nimirum quia *nulla hora mala erat aestimanda, quoniam deus universe bona constituit*, signa quoque zodiaci (supra p. 47) suppressit, utpote *vana veterum profanorum arte confecta*, reliquas quoque imagines, quas splendidus ille laterculus aevi Constantiniani proponit, auctor Gallicus saeculi quinti omnes abiecit, simplicibus scribens et pauperibus, additamenta ab ipso ad laterculum adiuncta in praefatione quae enumerat, eorum pars perit; quid fuerit in libello et quid inde hodie supersit, index subiectus declarat.

I enumeratio principum cum tyrannis.	Nomina omnium principum Romanorum (inter Ian. et Febr.).
II enumeratio provinciarum Romanorum.	Nomina provinciarum (inter Febr. et Mart.).
III enumeratio spirantium: quadrupedum, volatilium, natantium.	Nomina eunetorum spirantium: quadrupedum, voluerum, eorum quae non moventur, colubrarum (inter Mart. et Apr.) insectorum sive reptantium, natantium (inter Apr. et Mai.).
IV ratio quaerendae lunae festique paschalis.	(deficiunt inter Mai. et Iun.).
V enarratio fabricarum urbis Romae.	Quae sint Romae (inter Iun. et Iul.).
VI poeticae fabulae.	(deficiunt inter Iul. et Aug.).
VII series Romanae historiae breviter conclusa.	Breviarium temporum (inter Aug. et Sept.).
VIII stridores animantium.	Voces variae animantium (in archetypo fortasse inter Sept. et Oct., iam inter Nov. et Dec.).

1) Narratio de nonarum Caprotinarum origine similiter traditur et apud Plutarchum *Cam.* 33 (cf. *Rom.* 29; *Polyaenium* 8, 30) et apud Macrobius *sat.* I, 11, 37 seq., dies captae urbis praeterea apud solum Plutarchum *Cam.* 30. Graecum auctorem cum Silvius adhibere non potuerit, Latium secutus sit necesse est deperditum.

IX pondera sive mensurae.

Nomina ponderum vel mensurarum (in archetypo fortasse inter Oct. et Nov., iam post Dec.).

X pedes metrorum omnium.

deficiunt (fuerunt fortasse inter Nov. et Dec.).

XI sectae philosophicae.

deficiunt (fuerunt fortasse post Dec.).

Non continuit igitur se Silvius in additamentis cum menologio re coniunctis et usum eius adinvantibus, id quod vidimus fecisse chronographum anni 351; immo eruditionis tenuitatem aequat multiplicitas, secutus in utraque re eius aetatis consuetudinem, similiter is ipse, ad quem Silvius menologium misit, Eucherius secundum librum instructionum ad filium Salonium digessit, *opus variaturus*, ut ait, *singula quaeque per species suas dividens ac titulis suis subdens*, agens ita quindecim titulis *de Hebraeorum nominum interpretatione — de variis vocabulis — de expositione diversarum rerum — de gentibus — de locis — de fluminibus vel aquis — de mensibus — de sollempnitatibus — de idolis — de vestibus — de avibus vel volantibus — de bestiis vel reptilibus — de ponderibus — de mensuris — de Graecis nominibus*, neque supervacaneum erit, cum praesertim per eiusmodi tamquam corpora commentarii quidam minores non inutiles ad nos pervenerint et maxime ad provinciarum laterculos, de quibus infra agendum est, eorum notitiam iuvenit paravisse, hoc loco componere quae parata habemus de huiusmodi collectaneis in codicibus nostris aut servatis aut certe indicatis, eius generis videtur fuisse sylloge codicis Vindobonensis n. 151 saec. VIII inscripta sic: *in nomine dei summi incipit cosmographium feliciter cum itinerariis suis et portibus et ex fastibus Romanorum et consolium nominibus et diversis, sine quo nemo prudentium esse potest*, quamquam in volumine hodie mutilato post cosmographiam et itinerarium Antonini quid fuerit ignoratur, pleniorum eius generis syllogen olim continuit codex Parisinus 4859 saec. X proponens in principio laterculum hunc<sup>1)</sup>,

- (1) cronica Eusebii et Hieronimi<sup>2)</sup>.
- (2) consolaris.
- (3) ermineumata illustrium auctorum.
- (4) pars quaedam de expositione veteris testamenti.
- (5) opusculum Euceri de nominibus et sermonibus.
- (6) de locis.
- (7) de fluminibus.
- (8) de mensibus.
- (9) de sollempnitatibus.
- (10) de idolis.
- (11) de vestibus.
- (12) de avibus vel volantibus.
- (13) de bestiis.
- (14) de ponderibus.
- (15) de mensuris.
- (16) de Graecis nominibus.
- (17) de variis vocabulis.
- (18) de expositione diversarum rerum.
- (19) de nominibus quae subsecuntur.
- (20) de gentibus.
- (21) itinerarium a Burdigala usque Hierosolimam.

= Eucherii instructionum  
l. II (Migne vol. 50  
p. 511 seq.).

1) Numeros a librario adscriptos post chronica I—XXXI omisi, quoniam is versus magis numeravit quam opuscula.

2) Post Hieronymiana sequitur l. 192 *ordo plenarius succedentium sibi temporum ab Abraham usque in consulatum Valentis VI et Valentiniani II per annos MCCCXCV* incipiens sic: *Abraham cum esset annorum C genuit Isaac*, finiens: *Valentinianus an. XIII m. V. continet itaque omnis canon*

- (22) de gentibus Sampso de opus (opusculis *m. 2*) domini Ieronimi.
- (23) de fluminibus.
- (24) de mensibus.
- (25) de Hierosolyma relatio cuiusdam simplici sermone composita.
- (26) situs provinciarum.
- (27) de verbis Gallicis.
- (28) de provinciis Italiae.
- (29) de provinciis Galliae.
- (30) de sanctis Hierosolimorum locis.

quorum hodie praeter chronica non superest nisi libellus primus fastos consulares continens.— Eiusdem corporis aperte formati in Gallia (c. 21. 27. 29) fortasse in Aquitania Burdigalae (c. 21) partem posteriorem habet codex Parisinus 4808 saec. IX<sup>1)</sup>, scilicet opuseula haec:

- 1 (= 21). Itinerarium Hierosolymitanum.
- 2 (= 22). *de gentibus*. incipit *Gomer in genesi*. finit *de Sem prosperitate* [sic] *procedunt*. Eucherii instructionum l. 2 c. 4 (vol. 50 p. 816 Migne).
- 3 (= 23). *de fluminibus*. incipit *Geon fluvius*. finit *sacerdotes lavabant*. eiusdem libelli c. 6 (Migne l. c. p. 818).
- 4 (= 24). *de mensibus*. incipit *Nisan in libro Hester*. finit *Maresuan octavus*. eiusdem libelli c. 7 (Migne l. c.).
- 5 (= 25). tractatus incipiens *civitas Hierusalem habet portas XII<sup>2)</sup>*, scilicet Theodosii libellus de terra sancta (ed. Gildemeister Bonnæ a. 1882).
- 6 (= 29). notitia Galliarum.
- 7 (= 27). *de verbis Gallicis* (vide infra app. II).
- 8 (= 28). laterculus provinciarum.

Eius corporis vestigia alibi quoque offenduntur. itinerarium Hierosolymitanum (c. 21) qui praeter codicem Parisinum modo laudatum solus<sup>3)</sup> exhibet Veronensis 58 saec. VIII. et ipse laterculum alterum Gallicarum habet nec dubitari potest libellum illum per hoc corpus nobis servatum esse. id ipsum obtinet de tractatu de verbis Gallicis edito in auctario secundo in libris excepto uno Vindobonensi tradito nobis una cum laterculis duobus. — Affinium collectaneorum denique, quae reperiuntur in codice Vindobonensi 89 saec. IX, olim Salisburgensi (cf. Endlicher cat. n. CCCII: gramm. Lat. ed. Keil vol. 5 p. 567) indicem subieci.

*incipit interpretatio diversorum vocabulorum. Mammona . . . incendentes.* excerpta ex Eucherii supra citato libello c. 2 *de variis vocabulis*.

*item expositio diversarum rerum. Mandragorae . . . } excerpta ex Eucherii l.*  
*stadium octava pars mille passuum. } e. c. 3 de expositione*  
*de his quae translata de Graeco non sunt. Sferotes . . . } diversarum rerum.*  
*genotafia simulacra. }*

*de gentibus } Eucheriana supra relata ex Parisino 4808 abbreviata.*  
*de fluminibus } }*  
*de nominibus mensuum } }*

an. MCCCXCV secundum Ieronimum. Incipit secundum Severum. sequuntur quae sub eodem titulo leguntur apud Schoenium vol. I app. p. 36 ad Sedeciam usque; reliqua desunt. 1) Quae praecedunt cosmographia et itinerarium scripta saec. XII et Iulius Honorius saec. VI ad hanc syllogem non pertinent. in textu quae enumerantur omnia eadem manu saec. fere IX scripta esse auctor mihi est Henricus Omont. 2) Edidit eum ex eo libro Anatolius de Barthélemy *revue archéologique* vol. 10 (1864) pp. 108—112. in Parisino eo quod adscriptum est: *sic r(etus) c(odex) s de Hierosolima relatio cuiusdam simplici sermone composita*, remittit ad similem indicem supra relatum ex Parisino 4859 c. 25. 3) Excerpta inde extant praeterea in cod. Sangallensi 732 saec. IX (v. Gildemeister l. c. p. 7).

*de Iudaicis sollennitatibus, annus iubeus . . . silvestres homines.* ex Eucherii l. c. e. 8 *de sollennitatibus* et e. 9 *de idolis*.

*de Grecis nominibus, theos deus . . . parabola similitudo* ex Eucherii l. c. e. 15 similiter titulato.

*de mensuris.* sequuntur tabulae duae infra p. 549, 550 editae.

*item de mensuris, anfora mod. III . . . scriptarius in liquidis.* ex Eucherii libelli citati e. 14 similiter inscripto.

*item de ponderibus.* sequitur tabula infra p. 550 edita, deinde excerpta ex Eucherii e. 13 similiter inscripto: *talentum . . . dicimus aureus quattuor*.

*de mensuris terrarum.* sequitur laterculus infra p. 550 editus.

*de nominibus Gallicis.* tractatus is quem codices supra memorati habent similiter inscriptum, sed breviorum: editus est infra in auctario II.

Silvius ad eius generis corpus quod elaboravit nun similia antiquiora sola adhibuerit an praeterea meliores auctores adierit, determinari non potest, in breviario temporum adhibita sunt Eutropii breviarium et chronica Hieronymi: alia autem descendunt ex scriptore, cuius nobis copia non est<sup>1)</sup>. in laterculo imperatorum quae narrantur quamquam passim prope accedunt ad Victoris Caesares et quae sub eodem nomine ferunt epitomen, neutrum librum ipsum auctor videtur usurpavisse, nos Silviana hoc loco edimus omnia omisso, ut supra dictum est, menologio cui adhaerent.

Superest ut exponamus de codice qui unus Silvium ad nos propagavit et de editionibus.

Scriptus liber, a quo pendemus, saeculi XII, ex bibliotheca cardinalis Nicolai Cusani (1401—1464), quam is legavit hospitali in vico Cues prope Berncastel a se fundato, ante a. 1643 inter alia multa congesta ad acta sanctorum edenda pervenit in collegium Iesuitarum Antverpiense, unde translatus in regiam Bruxellensem ibi prostat signatus n. 10615—10729, inter miscellanea quae continet multa et varia<sup>2)</sup> libellus legitur n. 10691—10695 f. 93, 95<sup>3)</sup> non servata laterculi forma continuo scriptus litteris minutis et quibusdam locis evanidis et dubiis, inde praefationem aliaque pauca in actorum sanctorum vol. 1 (lan. 1 praef. gen. p. XLIII) a. 1643 edidit Bollandus, deinde a. 1717 (act. sanct. Im. VII p. 176—184) menologium adiunctis quibusdam excerptis Henschenus, ego postea ad apographum non optimum Bruxellis mihi missum menologium inserui volumini I (1863) corporis inscriptionum Latinarum, reliqua edidi in actorum maiorum societatis Saxonicae vol. 2 (1857) p. 231—277 adiecta, postquam codicem ipse inspexi, in eorundem actorum vol. 3 (1861) p. 694—696 textus antea editi castigatione, iam denuo prodeunt miscellanea Silviana corpori chronicorum inserta codice secundis curis a me recognito Bruxellis.

Orthographia codicis solita est saeculi duodecimi: *ae* et *oe* diphthongi constanter fere abierunt in *e*, *y* saepe, in *tyrannus* constanter, in *i*, *ti* ante vocalem in *ci*, erratur in geminatis consonantibus, ut *Salustius*, *Affrica* et sic deinceps, talia ut omisi, ita alia multa non utiliora in apparatus retuli, cum codex quo utimur unicus sit.

1) Ohnesorge *über den Auonymus Valesianus* Kiliae 1885 p. 78) quod probatum ivit Silvium pendere ab origine Constantini (supra p. 1 seq.), certis argumentis nullis defenditur; inter utrumque scriptorem quae conveniunt, sunt inter communia omnium. 2) Ut Silvii laterculum, ita etiam codex hic unus servavit P. Amii Flori commentarium 'Vergilius orator an poeta', quem inde in lucem protulit Theodorus Oehler mus. Rheu. vol. I (1842) p. 302. de Ciri Vergilianis catalectisque eiusdem libri dixerunt Aenilius Grosse in annalibus Fleckeisenianis a. 1869 p. 275 et Aem. Bachrens poet. Lat. min. 2 p. 13; de Manilio Ellis in nocturno Manilianum praefatione p. X; de Sidonius Luetjohann in praef. p. XXI; de scriptis gramaticis Hertz et Blume in editione gramaticorum vol. 2 p. 47; hic haec ait descripta esse ex codice olim Fuldensi, iam Vatic. Palat. 1564, plenum indicem, quem hoc loco proponere supervacuum est, sistit catalogus editus p. 263. 3) Folium interpositum 91 apographum est praecedentis recens et erroribus plenum, apographum menologii manu Harduini servat Bibliotheca Parisina n. 14478 f. 44.



## POLEMII SILVII LATERCVLVS.

DOMINO BEATISSIMO EVCNERIO EPISCOPO SILVIVS.

Laterculum quem priores fecerunt cum difficilibus supputatoribus indicis notatum  
 5 legissem, ne minus doctis esset obscurior absolute, positarum in eo rerum signi-  
 ficationem mutavi et apud te potissimum, a quo mea omnia pro eo qui inter nos est  
 amoris studio comprobantur, digestum direxi. lactificabor iudicio tuo, si cum tibi  
 placuisse cognovero.

Quae in eo sunt.

10 Menses singuli cum vocabulis suis, quibus apud diversas gentes dicuntur, et in  
 alternis inter eos foliis enumeratio principum cum tyrannis: provinciarum etiam Roma-  
 narum: spirantiumque quadrupedum volatilium natantium: ratio quaerendae lunae festi-  
 vique paschalis: nec non urbis Romae fabricarum enarratio: poeticae fabulae: Romanae  
 historiae breviter conclusa series: cum stridoribus animantium: ponderibus sive mensuris;  
 15 vel metrorum omnium pedibus: ac sectis filosoficis continentur.

De diebus.

Dierum necessum non fuit formas depingi, quia sibi omnes qualitate consimiles  
 sunt, neque ut stulte gentiles locuntur nomina designari, quoniam nullius rei nisi sep-  
 tenarii propter revolubiles ebdomadas numeri, sicut scriptura caelestis edocuit, appel-  
 20 latione censentur. in quibus non ita modus certus horarum est, ut valeat a quocumque  
 monstrari, quia quod nequit dividi, non possumus computare. quarum, etiamsi oculis  
 subiacerent, nulla mala erat aestimanda, quoniam deus universa bona constituit. quod  
 qui esse credit aliter, in eo a quo cuncta sunt non credit.

De signis.

25 De signis nihil est quod dicatur, quia non sunt, etiamsi dicantur, quis enim  
 facies terrestrium singulorum aliquando inter astra conspexit? quorum, quoniam longe  
 post mundi ortum vana veterum profanorum arte conficta sunt, mentio relinquenda est.

De anno.

Annus primum decem mensum fuit, qui trecentos et quattuor dies habebat, licet,  
 30 ut auctores plurimi prodiderunt, apud Aegyptios quattuor, apud Arcades tribus, apud

*Codez* 1 poltmei      2 laterculus      4 prioris      difficilibus supputatoribus: *malim* supputatori *re*  
 supputationi      6 *scr.* ad te      eo] tuis      11 folis      12 nabaeium      *scr.* festique      13 paschalis  
 14 stridoribus] triumphatoribus      15 ac] ae      continentur      17 furnas      19 revolubelis      20 cin-  
 sentur      21 nequid      23 esse non credit      26 terrestrium      27 confecta      sunt *add.* P<sup>b</sup>  
 30 prodiderunt      archades

Aeuanes VI mensibus computatus fuisse referatur. post a Numa rege Romanorum secundo inter Decembrem et Martium Ianuarius et Februarius fertur adiectus, ut trecentis quinquaginta quattuor diebus atque duodecies luna renovata, quae vicinis novenis et semis vicibus cursum suum efficit, impletur. postremo additi sunt decem dies, atque ob quadrantem, quod per quadriennium dies unus iunctus crescit, quarto anno, quem bisextum vocamus, inseritur. cuius initium cum Aegyptiis qui nonas idusque nonorunt mense Septembri, cum Graecis Novembri, Martio cum Iudaeis habetur. nos calendarum rationem secuti a Ianuario, cuius ante dies octo et sol ad celsiorem tramitem surgens recurrit et quod est amplius dominus et deus noster dei filius Iesus Christus corporaliter natus est, ordiemur.

10

*Codex* 1 aeuanes; *cf. Solinus* 1, 31, 36 *et Macrobius sat.* 1, 12, 2, 3 post annum a rege Romanorum secundum 2 Ianuarius 3 quinquaginta et quattuor atque] quos renouat aq̄ vicinis novenis et semis 4 efficit et impletur dies] diebus 5 ob om. quadriennium 7 cum] et cum *Graeci menologiū cum sicut proprie Syri more solito (cf. Ideler chronol.* 1 p. 131), auctor erravit: nam Asiaei quidem annum incipiunt a mense Dio sive Novembri, Syri autem ab Hyperbeteo, id est ab Octobri 8 calendarum 9 recurrit ihesus

## I.

## NOMINA OMNIUM PRINCIPUM ROMANORUM.

- 1 Anno septingentesimo et decimo ab urbe condita primus Gaius Iulius Caesar socer Pompei ex dictatore imperatorem ipse se fecit.
- 2 Quo occiso in curia post quadriennium Lepidus, Antonius et Octavianus, sororis supradicti Caesaris de filia nepos, triumviri constituti sunt. de quibus Lepido mortuo, cum Antonium Cleopatrae reginae maritum navali proelio devicisset, Octavianus praedictus primum dictus Augustus quinquaginta et VI annis imperium solus obtinuit.
- 3 Sub quo Gaius et Lucius Caesares varia mortis sorte perierunt.
- 4 Huic successit Tiberius eius privignus ex Livia, quam praegnantem superstite viro eius Domitio idem Augustus coniugio suo iunxerat.
- 5 Gaius Caligula Germanici filius occisus a Chaerea.
- 6 Claudius Gai patruus paterque Britannici.
- 7 Sub quo Camillus tyrannus primum factus in Syria est.
- 8 Nero Agrippinae et Agrippinae filius, qui quinto decimo anno ipse se ferro, cum ob scelera sua et dedecora, quibus genus humanum omne superavit, a Romano populo ad poenam quaeritur, occidit.
- 9 Sub quo Vindex et Clodius tyranni fuerunt.
- 10 Galba cum Pisone occisus.
- 11 Vespasianus.
- 12 Titus filius Iudaeae gentis subactor.
- 13 Domitianus frater eius, qui primus Flavius nominatus dominum se dici iussit, occisus a Stephano.
- 11 Sub quo tyrannus Antonius fuit.
- 15 Nerva ex praefecto.
- 16 Traianus Ulpianus.
- 17 Hadrianus Aelius.
- 18 Antoninus Pius.
- 19 Sub quo in Oriente tyrannus Cassius fuit.
- 20 Verus.
- 21 Marcus Aurelius.
- 22 Commodus filius occisus.
- 23 Pertinax occisus.
- 24 Iulianus occisus.
- 25 Severus Afer.
- 26 Sub quo Pescennius et Albinus ex Caesare tyranni fuerunt.
- 27 Geta filius Severi occisus a fratre.

1, 1 orbe *P* 2 imperatore *P* 2, 1 in curia *intra cersum finicem in ex dictato in margini suppl. P*  
 octavianus *P* sorore *P* 2 nepos *P* 4 octavianus *P* quinginta *P* 4, 1 theberius quam prige-  
 ante superstitit *P* 5 gais galicola caligula *P* occisus caecia *P* 6 paterquem *P* 7 siria *P*;  
*fortasse ser. Myricio cel. quod proposuit Gutschmid mus. Rhon. 17, 326, Isteria* 8, 1 agrippinae *P* 2  
 humanum omnes 3 *cf. Eutropius 7, 15: cum quaeretur ad poenam* 10 bisone *P* 12 inde *P*  
 13, 1 dominus *P*; *cf. Eutropius 7, 23: dominum se et demum primum appellari iussit* 17 helius *P* 18 an-  
 tonius *P* 19 sub quo] *inno sub Marco* cassius *P* 21 aurilius *P* 22 filius occisos *P* 26 pes-  
 cennius *P* 27 zeta *P*

- 28 Antoninus Caracalla frater praedicti,  
 29 Macrinus cum Diadumeno filio occisi.  
 30 Antoninus Heliogabalus occisus.  
 31 Sub quo Marcellus Caesar et Sallustius, Uranius, Seleucus atque Taurinus tyranni fuerunt.  
 32 Alexander.  
 33 Maximinus cum filio occisi.  
 34 Sub quo duo Gordiani in Africa tyranni fuerunt.  
 35 Balbinus, Pupienus occisi.  
 36 Gordianus occisus.  
 37 Philippus cum Philippo qui primus factus est Christianus.  
 38 Sub quo Iotabianus tyrannus in Cappadocia fuit.  
 39 Decius cum Herennio filio occisus in pugna Gothorum.  
 40 Sub quo Priscus in Macedonia et Valens Romae tyranni fuerunt.  
 41 Hostilianus cum Volusiano Caesare.  
 42 Aemilianus.  
 43 Valerianus captus a Persis apud eodem defecit.  
 44 Gallienus praedicti filius cum Salonino et Licinio filiis occisi.  
 45 Sub quo Ingenuus Sirmii et Regalianus ibidem; Viennae Postumus, Laelianus et Marius ex fabro; Macrinus quoque, Quietus et Odaenathus in Oriente, vel Aureolus in Italia tyranni fuerunt.  
 46 Claudius in bello Gothico occisus.  
 47 Quintillus occisus.  
 48 Aurelianus occisus.  
 49 Sub quo Victorinus, Vabalathus et mater eius Zenobia, vel Antiochus, Romae

28 antoninus *P*    29 diadumeno *P*    30 antoninus *P*    31,1 macellus *P*; cf. *Victor epit.* 23: hic Marcellum, qui post Alexander est dictus, consobrinum suum Caesarem fecit — salustius *P*; tyrannū hī cum pertinent non ad Elagabali imperium, sed ad Alexandri, intellegi videtur socer Alexandri, pater igitur uxoris eius Sallustiae Barbarae Orbianae Macrinus ab ipso Caesar factus, deinde insidiis detectis interemptus teste *Decrippo apud biographum c.* 49 — Uranius: cf. *Zosimus* 1, 12 sub Alexandro: οἱ σιραιώται περιγεγορῶν Ἀντωνίων εἰς βασιλείαν· ἐπεὶ δὲ . . . γεγῆ κατέστησαν ἐκτόν ἐφ'αυτῆ καὶ θύγατριος δὲ τις ἐκ δουλείου γένους ἐρεγγυθεὶς ἐστ.; *Sprell*, p. 674 *Bonn.* 1: θύγατριος δὲ τις ἐν Ἑλλάδι τῆς Ὀροπορίας ἀποχρήσιμος ἐρεγγυθηὶς καὶ κατὰ Ἀλέξανδρον ἐπαρρησίως διαγένηται ἐπ' αὐτοῦ, ἡρῆσε καὶ Πέσας . . . Ἀλέξανδρος ἐξώθησεν, p. 675: μετὰ τῆν ἐρείψασαν θύγατριον τοῦ ἐπαρρῶν, diuersus ab hoc, fortasse filius eius videtur esse is cuius orant nommā aurū inscripti C. Iul. Aur. Sulp. Ura. Antoninus (*Froehner numismatique* 10 a. 1886 p. 189; in his aureis inscriptus saeculares Augg. pariter atque Philipporum cusus n. p. C. 218 et coloniae Emisae annua habentes Seleucidarum 565 = p. Chr. 253 l. ad eum fortasse pertinet *Zosimi* locus 1, 38 sub Gallieno: ἐπικρατήτων αὐτοῦ (Gallicio) . . . Ἀγαθῶν καὶ Ἀντωνίων — Seleucus; praeterea ignotus Taurinus: cf. *Victor ep.* 21 sub Alexandro: Taurinus Augustus effectus ob timorem se Euphrate fluvio abiicit — 34 gordiani] gorgianus *P*    35 babienus pupienus *P*    36 gorgianus *P*    38 iotabian *P*; cf. *nummi (Cohen m'd. des emp.* 5<sup>2</sup> p. 185): M. F. Ru. Iotapianus; *Zosimus* 1, 20, 21; *Victor Caes.* 29  
 39 herimoo (?) *P*    pugna gothorum] pugnatorum *P*    40 Priscus: cf. *Victor Caes.* 29 *ect.* — Valens: cf. *Victor l. c. ect.*    41 post Hostilianus in ed. pr. inserui Gallus, inscribitur Trebonianus *Gutschmid l. c.*; sed videtur auctor errasse cum *Entropio* 9, 5; mox imperatores creati sunt Gallus Hostilianus et Galli filius Volusianus, confundens Hostilianum *Derū filium et Trebonianum Gallum patrem Volusiani*  
 41 nolustiano *P*    42, 43 emilianus cum nal. *P*    44 gallienus praedicasti filius *P* — cum Salonino (salonio *P*) et Licinio filiis: varie admodum nomina efferuntur etiam in nummis titulisque (cf. *C. I. L.* VIII p. 1051; III 8, n. 6956, 6956 *ect.*)    45,1 ingenuos *P* — laelianus] laebanus *P* — 2 ex fabro] *Gutschmid l. c.*; et fabro *P*; cf. *edita trip. tyr.* 8: Marius ex fabro ut dicitur ferrario — macrinus] immo Maerianus *testibus nummis, nisi ipse auctor errarit* — odinatus *P* — aureolus *P*    47 quintilius *P*    48 aemilianus *P*    49,1 vabalathus] bala *P*; pro bala et commendat babalat *Gutschmid l. c.* — antiochore *ect.* — me ilissimus esse in *P* post meam iteratam et Aemiliū Grosū quoque loci inspectionem iam satis constat: quid subsit, intellexit *Gutschmid l. c.*; scilicet decedeta Zenobia Palmyrae imperium accipit Antiochus

Felicissimus, duo Tetrici pater et filius, qui se eidem dederunt et post purpuram indices provinciarum facti sunt, sive Faustinus Treveris tyranni fuerunt.

- 50 Tacitus.
- 51 Florianus frater eius occisus.
- 52 Probus, qui Gallis vineas habere permisit.
- 53 Sub quo Saturninus, Proculus et Bonosus tyranni fuerunt.
- 54 Carus in Perside fulminatus.
- 55 Carinus filius occisus.
- 56 Numerianus frater praedicti.
- 57 Sub quo Iulianus tyrannus fuit.
- 58 Diocletianus et Maximianus, sub quibus primum Romanum imperium divisum est: hi primi sponte regnum deposuerunt.
- 59 Sub quibus Achilleus in Aegypto, Carausius et Allectus in Britannia tyranni fuerunt.
- 60 Constantius et Galerius.
- 61 Sub quibus Maximinus et Severus Caesares fuerunt.
- 62 Constantinus Constantii filius, a quo Crispus Caesar ex eo natus occisus est, et Maxentius uxoris suae frater, sub quo Alexander fuit tyrannus, socerque ipsius Maximianus cum imperium resumpsisset, et Licinius sororis suae maritus, qui Martinianum et Valentem Caesares sibi fecerat, cum Licinio filio Thessalonicae pariter  
5 extincti sunt. ab hoc imperatores Christiani esse coeperunt.
- 63 Vel Calocaerus Cypro tyrannus fuit, sive Dalmatius, frater illius de matre alia, de quo nati sunt Gallus et Iulianus qui imperavit, factus est *Caesar, Hanniballianus frater praedicti factus est rex regum gentium Ponticarum.*
- 64 Constantinus filius Constantii occisus.
- 65 Constans frater praedicti vitae infamissimae occisus.
- 66 Constantius frater praedictorum.
- 67 Sub quo Magnentius et Decentius ex natione Francorum, Nepotianus etiam Romae, sive Silvanus in Gallia tyranni fuerunt, et Gallus consobrinus suus Caesar, quem ipse iussit occidi.
- 68 Iulianus.
- 69 Iovianus.
- 70 Valentinianus.
- 71 Valens frater eius incensus a Gothis.
- 72 Sub quo Procopius Antiochiae tyrannus fuit.
- 73 Gratianus Valentiniani filius, sub quo Maximus et Victor eius tyranni filius tyranni fuerunt. Lugduni occisus est.
- 74 Valentinianus praedicti frater Viennae laqueo vitam finivit.

*testibus Zosimo 1, 60. 61 et titulo Palmyreno C. I. L. III S. 6727, Achilleus appellatus in vita Aureliani c. 31; Felicissimum procuratorem monetiae inter tyrannos reliqui auctores non referunt* 3 iudicis P. Eumathus P; cf. Victor Caes. 35: Tetricus, cum Faustini praesidis dolo corruptis militibus plerumque peteretur, Aureliani per litteras praesidium imploraverat 52 que P. haberi P. 53 bonosus P<sup>1</sup>. 58, 1 dioclesianus P<sup>b</sup>, dioclisidius P<sup>a</sup>. primum om. P<sup>a</sup>. 2 hii sponte] exponte P. 59 achilleus P. britania P<sup>a</sup>. 60 constantinus et gallerius P. 61 sub om. P. maximus P. 62, 1 constancii P<sup>b</sup>, constantini P<sup>a</sup>. 3 eum] cui P, qui Gutschmid et] ea P. martinianum P. 4 caesares fuerunt sibi fecerunt P. licinio P. thessalonice P. 63, 1 calocelus sipro P. frater illius] immo fratris illius filius, nisi auctor ipse erravit de quo] non de Dalmatio fratre Constantini Magni, sed de tertio fratre Constantio nati sunt Gallus et Iulianus; erravit auctor 2 caesar h. fr. pr. factus est om. P; cf. origo Constantini c. 35 (supra p. 11): Annibadianum regem regum et Ponticarum gentium constituit 64 filius constancii P<sup>b</sup>, filius constantini filius P<sup>a</sup>. 67, 1 decentius P. romae] pro me P. 2 suos 69 ienianus P<sup>a</sup>, iovinianus P<sup>b</sup>. 72 procopius antiochie P. 73, 1 valentiniani] valentinianus P. tyr. filius] tyr. filii P. 2 lugduni P.

- 75 Theodosius a Gratiano factus Augustus.  
 76 Sub quo tyrannus Eugenius fuit.  
 77 Arcadius filius Theodosii.  
 78 Honorius frater praedicti.  
 79 Sub quo Gratianus et Constantinus, bisque Attalus, Constans, Maximus atque Servatus, Marcus, Magnus et Maximus, Iovinus, Sebastianus ac Victor tyranni fuerunt.  
 80 Constantius.  
 81 d. n. Theodosius praesens Augustus.  
 82 d. n. Placidus Valentinianus.  
 83 Sub quibus Iohannes tyrannus extinctus est et a quibus cum d. d. matre Placidia, uxore Eudoxia Augustis nunc imperium possidetur.  
 84 Quod Postumiano et Zenone viris clarissimis consulibus adnotavi.

75 theodosius *P*      76 fuit *om. P<sup>a</sup>*      77 arcadius *P*      79, 1 Gratianus: *cf. Zosimus 6, 2*  
 Constantinus: *cf. Zosimus 1, c. cct.*    athalus *P*: *et a. 409 et a. 411*    Constans: *cf. Zosimus 6, 4 cct.*    Maxi-  
 mus: *cf. Orosius 7, 42, 4 cct.*    Servatus: *ignotus*    2 Marcus: *cf. Zosimus 6, 2*    Magnus: *Magus Maximus*  
*et Flavius Victor cum sub Theodosio I non recensentur, errore huc videntur esse translati*    Maximus alter:  
*cf. Marcellinus ad a. 122 al.*    Iovinus: *cf. Hydatius ad a. 439 cct.*    Sebastianus] sebastianus *P*: *cf. Hyda-*  
*tius 1, c.*    Victor: *vide supra*    81 d. n.] dni n. *P*    82 d. n.] dn. n. *P*    83, 1 iohannis *P<sup>b</sup>*, et (?)  
 iohannis *P<sup>a</sup>*

## II.

## NOMINA PROVINCiarVM.

Laterculum provinciarum imperii Romani CXXII, quot numerabantur anno p. Chr. 449, menologium Polemii Silvii nobis servavit, neque tamen in eo pendemus ab unico eius menologii quod hodie superest exemplari scripto saeculo XII, sed inventum in antiquiore postquam vir doctus nescio qui saeculi septimi opinor laterculum cum copulavit cum altero episcopiorum Gallicanorum, gemini eius laterculi exemplaria plurima facta sunt, quorum in additamento I. quod Gallicanum laterculum exhibet ad codices recensitum, index reperitur, hoc loco ea tantum adferentur, quae ad provinciarum laterculum proprie pertinent, scilicet primum indicabuntur codices ex coniunctis cum Gallicano optimi: deinde agetur de huius laterculi forma interpolata, quae per gradus crevit, extat enim recensio interpolata et ipsa, a qua pendent rursus interpolatione aucta formae duae, altera aut profecta a Paulo diacono aut certe ab eo usurpata, altera quae continetur corpore Spirensi formato saeculo nono.

Inter codices, qui provinciarum laterculum exhibent coniunctum cum Gallicano, 9 plenum et purum illum sistunt duo Albigensis n. 29 saec. VIII et simillimus Parisinus 10 n. 4808 saec. X. ex decurtatis corruptisque, quorum ingens copia est, utilitas autem 79 nulla, ne notitia eorum aliqua deesset, selegi tres Carolingensem n. CIII olim Augien- 18 sem, ad quem laterculus hic adiectus est manu saec. IX, et Monacensem olim Frisingen- sem n. 6213 saec. VIII, quo cum primum Polemium edidi uti potui beneficio Halmii 68 quondam mei, et tertium Parisinum 2123 saec. IX, de omnibus infra ad laterculum Gallicanum exponetur.

Recensionis interpolatae formae primitivae unum exemplum mihi innotuit admodum 1 corruptum id et mutilum quoque codicis Vaticani n. 341 saec. X<sup>1</sup>). laterculus titulatus ibi *de diversis provinciis* habet interpolationes communes tam formae Paulinae quam formae Spirensis, cum utriusque propriae ab eo absint.

Formarum duarum ex modo dicta derivatarum exempla extant plura, videamus 0 primum de Paulina, codices duo Oxoniensis collegii Magd. n. 14 saec. XIV (ex- 18 B posuit de eo Pauli *news Archiv* I, 161 seq.) et Bambergensis E. III, 14 saec. XI (egit

1) Continentur eo libro Hieronymi liber locorum et nominum Hebraeorum — alphabeti Hebraei interpretatio (Hieronymus vol. 3 p. 729 Vall.) — *de ponderibus sancti Ieronimi* (vide infra p. 551) — *item de mensuris* (vide ibidem) — *de decem nominibus quibus apud Hebraeos vocatur deus* (Hieronymus l. c.) — synonyma varia — *de nomine provinciae* cum definitionibus tribus Ambrosii Hieronymi Augustini — laterculus de quo agimus inscriptus *de diversis provinciis* deficiens folio evulso in verba: *provinciae ponti sunt VIII pontus palinaechus* — post hiatum excerpta quaedam Isidoriana, quibus interponuntur laterculi duo alter imperatorum finiens in Iustino I (passim in libris inventus edetur infra), alter paparum finiens in Hadriano II (867—872) et Iohanne VIII (872—882), definitiones illae tres provinciae vocabuli sunt haec: *De nomine provinciae. Ambrosius ait: provincia hoc est in tribus: in una lege, in una lingua, in uno dominatu. Hieronymus ait: provincia est ubi unus modus (vulgo cod.) regit et unus dominatus. Augustinus (nomen a manu prima in litura) in libris de urbe dicit: certa provincia est quae habet X civitates et unum regem et tres minores potestates sub se et unum episcopum aliosque minores indices X, ad quorum iudicium omnes causae civitatum referantur et si causae difficiles oriuntur (corr. ex oriuntur), ad omnium vel ad trium iudicium iudicium referendae, similia leguntur in epistula pseudoisidoriana, quae data esse fingitur a Pelagio II († 590) ad synodum Constantinopolitanam Mansi 9, 504; Hirschius Pseudo-Isidorus p. 724: *scilicet certam provinciam esse, quae habet decem vel undecim civitates et unum regem et totidem minores potestates sub se et unum episcopum aliosque suffragatores decem vel undecim episcopos indices, ad quorum iudicium omnes causae episcoporum et reliquorum sacerdotum ac civitatum causae referantur, ut ab his omnibus iuste consona voce discernantur, nisi ad maiorem auctoritatem fuerit ab his qui iudicandi sunt appellatum*, de his, quae videntur ficticia omnia esse, iudicium esto apud eos qui in Isidorum subditivum inquirunt.*

de eo diligentissime Waitz *Archiv* 9, 673—704), libellum provinciarum inseruerunt compilationi historicae complexae ea quae sequuntur opera ita, ut omissis multis, aliis additis transferantur omnia tamquam in linguam diversam genio saeculi accommodatam.

1. Pauli diaconi epistula ad Adalpergam historiae eius Romanae praemissa.

2. Victori quae tribui solet epitome historiae Romanae ab initio ad Gratianum, in Bambergensi titulo caret. Oxoniensis praescribit: *historia de imperio et gestis Romanorum secundum Eutropium*.

3. Laterculus provinciarum, praescribitur in Oxoniensi: *incipit prologus de divisione mundi terrarum et provinciarum*, in Bambergensi: *in nomine domini Ihesu Christi incipit breviarium de singulis causis quae in hoc codice continentur, in primis de partibus mundi, id est de Asia Europa et Affrica et de nominibus terrarum et de provinciis earum cum iis quae infra afferentur: utraque praescriptio librarii est qui codicem scripsit, contra auctoris compilationis sunt quae sequuntur in utroque libro a me descripta ex Oxoniensi: *Maiores nostri, id est antiqui sapientes, dividerunt totum mundum in tres partes et easdem partes nominaverunt Asyam, Europam et Affricam, deinde partes dividerunt in provincias, sicuti est una provincia a Roma usque in Sylerem fluvium<sup>1)</sup>, provincias dividerunt in regiones: regio est unum regnum: deinde regiones in villas, hoc est quod una quaeque [sic] terra habet diversas villas, villas dividerunt in territoria, territoria dicimus quae pertinent ad fundos unius cuiusque hominis, deinde territoria in agros, id est campos, campos dividerunt in centurias, centuria autem est campus ducentorum iugerum, iuger dicitur spacium campi, quantum unam par boum in die arare potest, et habet in longitudine pedes ducentos quadraginta et in latitudine pedes centum viginti, iugera dividerunt in climata, climata quoque sunt, quae ex omni parte sexaginta pedes habent, deinde climata in actus, actus quadratus est qui ex omni parte pedes centum viginti habent, et actus minimus est qui habet in latitudine pedes quattuor, in longitudine pedes centum et quinquaginta, actus dividerunt in perticas, pertica autem dicta est a portando quasi portica, et omnes mensurae sunt in corpore hominis, ut palmus, pes et passus, sola pertica portatur et habet duos passus, hoc est pedes X, perticas dividerunt in passus, passus habet pedes quinque, deinde passus in gradus, gradus enim habet cubita duo, gradus dividerunt in cubita et cubita in palmos, palmus est qui fit ex quattuor digitis extensis, palmos dividerunt in digitos et in uncas, haec sunt fere Isidoriana etym. 15, 15: ex adsumptis aliunde verba *regio est unum regnum* redeunt ad praescripta p. 524 adn. † relata modo dicti codicis Vaticani, ipse qui sequitur provinciarum libellus inscriptus est in Oxoniensi *nominia provinciarum*, in Bambergensi titulo caret.**

3. Exordia Scythica infra edita in auctario historiarum Isidori adhaerente narratione de excidio Troiae et condito ab Aenea Lavinio, cuius ibi prima postremaque reperiuntur edita, inscriptio, quae ad totum opusculum pertineat, in neutro codice reperitur: argumentum aliquatenus indicavit Bambergensis librarius post supra relata sic pergens: *secundo de regno Assyriorum et quis primus apud eos regnum tenuit, tercio de gente Scitharum quae fuerat de genere Magog et ipse Magog fuit filius Iafet, quarto de Amazonibus qui fuerant de predicta gente Scitharum*.

4. Pauli historia Romana a principio ad finem (16, 23) ita epitomata, ut praecedentibus de Aenea continuetur, quapropter Bambergensis librarius in argumento indicando eius non meminit, adest ubi Eutropiana finiunt subnotatio Pauli (cf. Droysen in praef. ad Eutropium p. XXXII, 379 seq.).

1) Cf. Paulus hist. Lang. 2, 17 quaeque dixi ego *uenes Archiv* 5, 92.



5. Gesta Francorum similiter epitomata, indicata in argumento Bambergensi post supra relata sic: *quinto de exordio Francorum et imperio eorum* (cf. Krusch ser. Meroving. 2 p. 232).

6. Jordanis libelli duo rerum Romanarum principio mutilus et Geticarum (v. ed. meae praef. p. LI. LII). ad illum videntur pertinere quae in argumento Bambergensi post supra relata sequuntur sub eodem numero quinto: *de exordio Romanorum et imperio eorum*.

7. Pauli historia Langobardorum indicata in argumento illo sic: *sexto de exordio Longobardorum et regnorum eorum* (cf. script. rer. Lang. p. 41).

Qui sequuntur libri in Oxoniensi Einhardi et monachi Sangallensis, in Bambergensi de Alexandro magno varii et Bedae historia ecclesiastica cum et differant neque in argumentum Bambergense admissi sint, a compilatione de qua agimus videntur aliena esse, sed ut rem absolvam, iungendi sunt duobus illis, quatenus ad hanc chronicorum syllogen pervenimus, libri duo alii, Vaticanus n. 1984 saec. XI<sup>1)</sup> et Vaticanus Urbinas n. 961 saec. XIV<sup>2)</sup>, qui cum reliqua supra enumerata non habeant, partes tertiam et quartam et septimam eadem ratione immutatas<sup>3)</sup> proponunt, id quod demonstrabunt exordia Scytharum infra ad Bambergensem librum et duos Romanos edita et pervenit item in universum ad libros Paulinos, quamquam eorum epitomae in Vaticanis codicibus similes magis sunt quam eadem<sup>4)</sup>, compilationem eam Waitz in egregia illa Bambergensis libri enarratione ostendit conscriptam esse c. a. 944 in Italia inferiore, fortasse Neapoli, nec recte Droysenus l. c. opposuit nomen Landolfi sagacis, qui scripsit c. a. 1000, in Vaticano 1984 praescriptum esse Paulinis: nam etsi inde efficitur Vaticani librarium Landolfi opus novisse, ad ipsam compilationem Landolfiana non adhibuit neque librorum a Landolfo adiectorum epitome apud eum reperitur, et quomodoenique de auctore statuas, usus est is Pauli diaconi non solum libris editis, sed etiam collectaneis habentibus complura in libros illos non recepta<sup>5)</sup>, puta historiarum a Paulo scriptarum periculis autographis servatis fortasse aliquamdiu Casini in monasterii bibliotheca redeuntque ita quodammodo haec ad saeculum octavum extremum, nam primum copia compilatori fuit dedicationis Paulinae ad Adalpergam scriptae, quam praeter ipsum, qui interpolavit, forma genuina non habent nisi codices pauci iique duodecimo saeculo recentiores omnes; adhibuit igitur historiae codicem nostris omnibus plenior et melior, deinde, ut alibi ostendi<sup>6)</sup>, ut apud Paulum ipsum in historia Langobardorum inveniuntur excerpta quaedam licet rara ex Festi vocabulario ab ipso breviato, ita similia quaedam adsunt in additamentis propriis eius operis recensione Bambergensi, quae et ipsa proficisci non possunt nisi ab eodem

1) Dixerunt de libro Papencordt *Geschichte der Vandalen* p. 400 seq. et H. Droysen praef. Eutropii p. XXXIII. folia 1—6 principium historiae Romanae Pauli ad 2,27 *civitatem Siciliae* continentia a glutinatore adiecta sunt, notitia urbis Romae quae sequitur (*Jordan röm. Topographie* 2 p. 3) et catalogus quidam imperatorum Romanorum cum adiunctis alienis ad compilationem de qua agimus non magis pertinent, post hiatum, in quo finis catalogi eius et principium exordiorum perit, sequuntur ea quae supra recensita sunt.

2) Praecedit cosmographia Ravennas (ed. Parthey praef. p. VI) ab hac compilatione aliena.

3) Pauli historia Langobardorum abest ab Urbinato; in Vaticano (ut responderunt quaerenti mihi amici Romani) fuit f. 166<sup>v</sup> mutila 6,55 p. 184,20 in verbis *ad perticas*, post interpositam glutinatoris arbitrio historiam Apollonii Tyrii manu diversa scriptam f. 191 seq. supplementur quae desunt usque ad 6,58 p. 186,25 *civitatem constructi*; extrema desunt, quae subiunguntur scripta manibus diversis etsi versantur in rebus Langobardicis aetatis posterioris, a compilatione ea de qua agitur aliena sunt.

4) Quomodo differant, ostendit specimen apud Droysenum p. 379—395.

5) Pendere ex similibus collectaneis cum additamenta in codice Vaticano n. 1860 scripto a. 1313 ad Eutropium adscripta tum recensionem historiae Romanae Pauli a Landolfo c. a. 1000 curatam ostendi *Neues Archiv* 5, 100 seq. itaque propter additamentum quoddam tam apud Landolfum repertum quam in codice Bambergensi (Droysen p. XXXIV) non statuimus huius scriptorem usum esse Landolfianis, sed utrumque id traxisse ex adnotationibus Paulinis.

6) *Neues Archiv* 5, 99 seq.

Paulo<sup>1)</sup>, denique quod nostra praesertim interest et cuius causa nos haec lafius solito tractavimus, *catalogus provinciarum Italiae*, quem Paulus ait se usurpasse hist. Lang. 2, 20 et unde excerpta pro re copiosa dedit l. 5 c. 11—27, is ipse est, quem compilatio ea de qua agimus proponit<sup>2)</sup>, scilicet qualem eum exhibet forma inter interpolatas antiquissima libri Vaticani n. 341: id quod infra demonstravi adnotans ad laterculum quae respondent apud Paulum, ordinem hic mutavit, quoniam in rebus narrandis casu incidens in Venetiam quinto loco positam provinciam inde orditur, sed provinciae omnes eadem sunt et quod pro sedecim catalogi ponit duodeviginti, rem confirmat, nam Valeriam et Nursiam ab Aemilia separans refellit eos qui tres eas regiones unam provinciam esse dicunt, nempe ita catalogum interpretatus, similiterque in Alpibus Cottis et Apenninis a catalogo se significat recedere, sed de his infra exponemus.

Alteram formam interpolatam laterculi Polemiani profectam pariter ex ea, quam exhibet Vaticanus 341, sed diversam ab ea, quam repraesentant libri *BO*, iam enarrabimus, ex archetypo corporis cuiusdam *X* fluxerunt exemplaria duo *YZ* hodie deperdita, sed quorum extant apographa plus minus plena, eo coniuncta et ad aetatem quoque aliquatenus definita, quod sola servarunt nobis Diculi librum de mensura orbis terrae scriptum a. p. C. 825<sup>3)</sup>, ex altero nobis *Y* scripto saeculo nono decimo descendunt codices duo saeculi X<sup>4)</sup> Parisinus 4806 et Dresdensis D 182<sup>5)</sup>, sed qui cum ex infra recensitis huiusce corporis partibus non contineant nisi cosmographiam (1), itinerarium (2), Diculum (4)<sup>6)</sup>, ad nostram rem non pertinent, contra in exemplari altero, nobis *Z*, adservato quondam Spiraë in bibliotheca ecclesiae cathedralis, nobis noto per apographa infra recensita saeculi XV vel XVI, ipso scripto sine dubio pariter saeculo aut nono aut decimo, continebantur opuscula argumenti varii ea quae iam enarrabuntur.

1. Cosmographia incipiens *lectionum pervigili* (Riese geogr. Lat. min. p. 71—103), dicta hodie plerumque Iulii Caesaris sive Pseudo-Aethici, derivata potissimum ex Iulii Honorii cosmographia (quam servavit nobis unus codex Parisinus 1808, scilicet ea pars eius quae scripta est saec. VI litteris quadratis), ad nos pervenit non per Spirensium librum solum: extat certe alter liber Vindobonensis n. 181 saec. VIII itaque Spirensi antiquior et immunis ab hiatu eo, in quo secundus orbis mensor Didymus (p. 72, 18—21 Riese) ex Spirensi excidit, saec. XV folio evulso cum abessent a Spirensi et huius commentarii extrema inde a verbis *in lalo milia LXXX* (p. 102, 21 Riese) et tractatus sequentis exordium, eius libri apographa non contaminata hoc defectu distinguuntur, libri numero multi, qui eo hiatu non laborant, sed non habent Didymum, quamquam

1. Potest addi commentarium de exordiis Seytharum descendere videri, ut suo loco demonstrabitur, ab exemplari hodie Laurentiano 66, 10 scripto fortasse Casini: quod si non ipsum, certe archetypum eius Paulus adhibere potuit. 2) Exposui rem et Polemii edens in actis maioribus societatis Saxonicae vol. 2 (1857) p. 249 et C. I. L. vol. 5 (1882) p. 810 et *neues Archiv* 5 (1880) p. 81 seq. catalogum provinciarum Italiae Matritensem (ser. rer. Langob. p. 188), quem Waitz statuit a Paulo adhibitum esse, ego ostendi (I. c. p. 87) excerptum esse ex Paulinis, demonstravitque nuper Waitz objectionibus (*neues Archiv* 5, 417) respondens C. Neff (I. c. 17, 204). eiusdem catalogi alterum exemplum reperitur in codice Cavensi n. 3 saec. X eo, ex quo veniunt annales Cavenses (MG. SS. 3, 185), finiens folio evulso mutilum p. 188, 38 verb. *Apenninus et*. 3) Originis ex volumine *X* tanquam notae sunt interpolationes quaedam itinerarii communes apographis tam nostri *Y*, scilicet Parisino et Dresdensi, quam nostri *Z* Spirensis (Seeck in Hemaë vol. 9, 228), exempli causa quod ibi 25, 2 ad *Uinea* vocabulum adscriptum est in omnibus iis *vel Uinea*, scilicet in margine positum Parisini libri, ut sine dubio legebatur in *X*, in textu tam in Dresdensi quam in Spirensibus omnibus. 4) Hos libros non proficisci ex Spirensi praeter supra n. 3 adlata ostendunt loci complures itinerarii in iis recte traditi, interpolati autem in Spirensi exemplaris apographis omnibus (Seeck praef. ad not. dign. p. XI). 5) Idem erit codex servatus aliquando apud Chr. Gottl. Schwarzium professorem Altorfensem teste catalogo edito p. II p. 11 n. 30. 6) Enumerant quae iis continentur Parthey et Piuler in praef. ad itinerarium p. XII, XVIII, Dresdensis nulla habet nisi tria illa opuscula missa scilicet libri parte posteriore a bibliotheca adiuncta, Parisinus praeterea minuta quaedam omnino a librario adiecta.

possunt pendere a Spirensi etiamtum integro, magis crediderim redire ad archetypa diversa, neque enim Spirensis librarii culpa Didymus omissus videtur esse, sed antiquioris.

2. Itinerarium quod dicitur Antonini tam provinciarum quam maritimum scriptum imperante Diocletiano, quod in Spirensis apographis non contaminatis propter defectum modo memoratum incipit a verbis *rationem quod Mercurius dicitur* p. 2. 1 Parth., praeter Spirenses etiam habent Escorialensis R II 18 saec. VIII et Vindobonensis modo citatus aliique libri non ex Spirensi derivati, adsunt in Spirensis apographis additamenta aetate Constantiniana ad itinerarium adiecta, quae absunt a recensione vetustiore (Parthey et Pinder praef. p. XXXIII).

3. Septem montium urbis Romae et aquaeductuum eius recensens conscripti adhibita Notitiae urbis appendice editi sunt infra p. 544 (I).

4. Dicuili librum de mensura orbis terrae scriptum a. p. C. 825 praeter libros saeculo XV et XVI descriptos ex Spirensi servant soli codices duo saeculi X Dresdensis D 182 et Parisinus 4806, quos modo vidimus proficisci ex libro Spirensi gemello.

5. Notitia episcopiorum Galliarum exhibebatur in Spirensi forma ei libro propria, scilicet ut inciperet a provincia Alpium Graiarum et Poeninarum.

6. Provinciarum imperii Romani laterculus is de quo agimus, ad formam antiquiorem interpolatam et ipsam aucta interpolatione recensitus.

7. Commentariolum de urbis Romae montibus (qui laterculus a supra memorato diversus est), portis, viis non repertum quod sciam in ullo libro nisi quem constat descriptum esse ex Spirensi, formatum paucis aliunde adsumptis ex Festo a Paulo diacono epitomato, editum est infra p. 544 (II).

8. Tractatus *de rebus bellicis* aetatis incertae (cf. Köchly et Rüstow *griechische Kriegsschriftsteller* vol. 1 p. 414) editus cum Vegetio a Stewechio (a. 1607, app. p. 83—102) praeter descriptos ex Spirensi libro in aliis quod sciam non reperitur, quando scriptus sit, ignoratur; sed doctrinae Vegetianae non multum cedit et sine dubio antiquae aetatis est, etsi extremae, non medii aevi.

9. *Altercatio Hadriani Augusti et Epicteti philosophi*, incipiens: *primum est, quid sit mundus*, finiens in quaestione Hadriani *Quid sunt parasiti?* (edita apud Orellium opuscula Graecorum vet. sententiosa et moralia vol. 1 p. 250 seq.; cf. Fabricius bibl. Graeca vol. 13 p. 563) versio est interrogatorii quod inscriptum est *Σεζολίδου τοῦ Ἀθηναίου γρῶμα*, sed aucta multis additamentis, tractatus fraude sine dubio antiqua refertur ad Hadrianum et Epictetum ideo fortasse, quod biographus illius c. 16 cum ait cum Epicteto vixisse *in summa familiaritate* et posteriores Epictetum scribunt mortuum esse imperante Marco (Zeller *Philosophie der Griechen* 3, 1<sup>3</sup> p. 738).

10. Notitia regionum urbis Romae (Jordan *röm. Topographie* vol. 2 p. 1 seq. 539 seq.) exhibetur forma antiquiore, quam supra p. 77 diximus prodisse videri a. p. Chr. 334, eadem forma cum reperiatur in codice Vindobonensi n. 162 saec. IX, libri recentiores numero multi non pendent ex uno Spirensi, sed redit ad eum praescriptio formata sic: *urbs quae aliquando desolata nunc praeclarior piissimo imperio restaurata Roma*, sub qua picta est Roma sedens cum adscriptione: *annona urbis Romae*.

11. Notitiam regionum urbis Constantinopolis (ed. Seeck cum Notitiis dignitatum p. 227 seq.; Riese geogr. Lat. min. p. 133 seq.) scriptam imperante Theodosio II item praeter apographa Spirensis libri sistit idem liber Vindobonensis n. 162 adiecta praefatione in Spirensi praetermissa.

12. Laterculus exhibens gradus cognationum, qualem codices breviarii Alariciani multi proponunt (edidit plura exempla Haenel ad legem Romanam Visigothorum Lipsiae 1849 in line), ex apographo Spirensis Monae, 791 aere expressus est a Boeckingio in corpore

iris anteiustiniani Bonnensi vol. I p. 173. Spirensis laterculus proxime accedit ad Haenefianum desumptum ex codicibus Bernensi n. 263 saec. IX. Lugdunensi Voss. fol. n. 111 saec. IX. Vaticano reginae n. 1048 saec. X. Parisino n. 4409 saec. X. errore Max. Conrat (*Geschichte der Quellen des römischen Rechts* vol. I p. 318; cf. suppl. p. 1 seq.) hanc stemmatis formam adiudicat saec. XI exeunti.

13. Notitiam dignitatum in partibus tam Orientis quam Occidentis scriptam sub Honorio notum est a nobis legi solius libri Spirensis beneficio.

Corpus id de quo agitur, nobis X, ubi quaerimus quo loco et quo tempore et quibus copiis adhibitis confectum sit, locum aliquatenus determinat Notitia Gallicana: scilicet quod in exemplaribus his omnibus neque in alio ullo incipit a provincia Alpium Graiarum et Poeninarum, inde iure colligemus in eius regionis oppido aliquo compilatorem vixisse: nam quominus inversionem ordinis legitimi ad Spirensis codicis (Z) librarium referamus, obstat inscriptionis condicio ita corrupta, ut non possit non translata esse in Spirensis ex archetypo<sup>1)</sup>. — Aetatem definit, ut supra dixi, libellus Dieuilianus scriptus in Hibernia a. 825 et receptus non solum, ut supra vidimus, in exemplar Spirensis, sed in alterum quoque gemellum, a quo pendent Parisinus 4806 et Dresdensis, et propterea rediens ad archetypum omnium X, non fuisse id ipso Dieulo multo recentius declarant apographa sumpta inde saeculo decimo, quibus copiis instructus compilator syllogen formaverit, supra ad singula capita exposuimus, adhibuit sine dubio corpora similia vetustiora, quale id est ex quo descendit codex Laurent. 89, 67 saec. X<sup>2)</sup> habens ex supra recensitis cosmographiam (1), itinerarium (2)<sup>3)</sup>, montes et aquaeductus (3), regiones urbis Romae (10), sed item copia ei fuit libellorum hodie per eum solum servatorum, inter quos eminet Notitia dignitatum cum suis picturis, libellos quos recepit plerosque adhibitos esse forma non optima supra vidimus in cosmographia et in itinerrario et vel maxime in provinciarum catalogo, neque id mirabimur in auctore saeculi noni, cui item aptus est gradus cognationum laterculus adsumptus videlicet ex codice aliquo breviarum Alariciani, nec minus apta inscriptio supra relata Notitiae urbis Romae recordans ni fallor imperii Romani restaurationem Karolingicam, ipse suo Marte quid addiderit, difficile est a traditis distinguere; de montibus portis viis urbis Romae commentariolum alibi non rediens si est ipsius, ut potest esse, Festum adhibuit a Paulo diacono breviatum, eodemque videtur ducere, quod quae ad libellum provinciarum de suo adiecit, ad eiusdem Pauli historiam Langobardorum tam prope accedunt, ut inde adsumpta esse videantur, quapropter exemplar quod servavit libelli provinciarum posthabendum est non solum puris, sed etiam interpolatis, qualia adhibuit Paulus et post eum is de quo supra diximus collectaneorum eius compilator.

Exemplaria corporis Spirensis, quae quidem laterculos duos Gallicanum et provinciarum habeant<sup>4)</sup> et extant, innotuerunt haec.

Excerpta haec ex appendice Notitiae urbis satis habui ita repraesentare ut in codice perscripta sunt tractata satis a Notitiae editoribus, inter quos nomine Jordanum cum in topographiae vol. 2 (1871) p. 539 seq. tum in forma urbis (1874) p. 47 seq. — Quem ad editionem priorem adicei locum de ambitu urbium quatuor Carthaginiis Babylouis Romae Alexandreae repertum in eod. Paris. 8319 saec. XI (unde receperunt eum Jordanus topogr. 2 p. 176; Ulrichs eod. urb. Romae top. p. 49; Riese geogr. min. p. 140) non repetivi, quoniam sumptus est ex Alexandri Polemii commentariis de rebus gestis Alexandri Macedonis l. 1 c. 26. — His quae ex Notitia urbis Romae Silvius expilavit adicei montium et aquaeductum urbis Romae recensum inventum cum in Laur. 89, 67 (vide supra p. 529 not. 2) tum in apographis codicis Spirensis (supra p. 528 c. 3), prodit iam praenissus Notitiae urbis Romae in editione eius libelli principe opinor Romae a. 1505 per bonnum de Besicken; deinde cum ex Laurentiano edidit Preller (*Regionen der Stadt Rom* a. 1846 p. 37) hoc loco exhibetur ad codices duos Monacensem 10291 (M) et Laurentianum 89, 67 (L).

Septem montes urbis Romae

Tarpeius

Esquilinus

Palatinus  
 Caelius  
 Aventinus  
 Quirinalis <sup>1)</sup>  
 Viminalis <sup>1)</sup>.

5

Nunc nomina aquarum, quae usibus aeternae urbis formarum constructionibus  
 advectae sunt, indicemus.

10

Claudia inventa et adducta est a Claudio Caesare.  
 Martia inventa est a Marco Agrippa <sup>2)</sup>.  
 Traiana inventa adductaque est a Traiano Augusto.  
 Tepula item a Marco Agrippa <sup>3)</sup> inventa deductaque est.  
 Iulia inventa ab Aurelio perductaque est <sup>4)</sup>.  
 Alsiatina item inventa perductaque est a Claudio Caesare <sup>5)</sup>.  
 Alexandrina inventa perductaque est ab Alexandro.  
 Virgo inventa est deductaque ab Agrippa Caesare <sup>6)</sup>.  
 Drusia inventa perductaque est a Druso <sup>7)</sup>.

15

Praeter haec repletur etiam indigenis nymphis, quas admiratus Vergilius Aeneam faci  
 inter alia dicere [*Aen.* 8, 71]: Nymphae, Laurentes Nymphae, genus amnibus unde est

4 *om.* *L* 5 *caelius M* 8 *ante* *immo ins.* de aquarum ductibus romae rigantibus *L* 9 aquarum quae] quarumcumque *M*, quorum *L* urbis] *M*, urbis aquae *L* conductionibus advectae *M* 11 et adducta est] *M*, est et adducta *L* 13 adductaque] et adducta *L* 14 *im.* adductaque est a. m. agr. *L* 15 aureliano *M* 17 alexandriana *M* 18 deductaque est *L* 19 *que om.* *M* drusio *L* 20 indigenis *L* quas . . . inter alia dicere] *scripsi dubitans*, quae admiratus (amiratur *M*) uirgo aeneam taliter italiam dixit *LM*

1) Notitia p. 546 edita concordat in nominibus quattuor primis, pro Quirinali et Viminali substituit Vaticanam et Ianiculum. 2) Marciam non duxit, sed restituit Agrippa teste Frontino c. 9. 3) Hoc aliquatenus defendit relatio Frontini c. 9. 4) Fuerunt aquae tam Iulia quam Aurelia; sine dubio post *inventae* quaedam exciderunt. 5) Immo ab Augusto teste Frontino c. 11. 6) Recte; videntur Frontinus c. 9. 7) Haec quo pertineant, non perspicitur.

## V.

## BREVIARIVM TEMPORVM.

- [Primus post diluuium omni Asiae exceptis Indis inter Assyrios regnavit Ninus Beli filius, cum iam tunc sedecies dynastiam suam Aegyptii comutassent, cuius tempore Habraham natus est, et Zoroastris Bactris.] Melehisedech Solymis [vel Europi Sicyonis reges fuerunt].
- 5 [Post quos longe, primus Inachus regnavit Argis et Cecrops Athenis, cuius tempore Moyses fuit.]
- [Argis Micyni successerunt usque Troiae excidium.]
- [Post quod Latini regnare coeperunt.]
- [Post quos Lacedaemonii et Corinthi regnare coeperunt.]
- 10 [Quibus imperium agentibus regnum Iudaeorum in II partes divisum est.]
- [Postea Macedones imperant finito regno Assyriorum.]
- [Quibus Medi successerunt.]
- [Sub quibus Lydi imperant.]
- [vel Romulus cum fratre generatus est, a quo Romanum coepit imperium.]
- 15 [Post quem Numa.]
- [Tullus.]
- [Ancus.]
- [Priscus.]
- [Sub quo Persae per Cyrum erecti sunt.]
- 20 [Tarquinius, qui Superbus dicitur et ab urbe depulsus est, annis ducentis quadraginta et tribus, quibus usque octavum decimum ab urbe miliarium processit imperium, regnaverunt.]
- [Post quos Brutus primus consul cum Conlatino consorte processit; qui ideo duo creati sunt, ut tempore sui similibus, si unus ex his per ius potestatis acceptae insolens esse voluisset, ei alter obsisteret.]
- 25 [Sub quibus per annos quadringentos sexaginta VII] orbis parte maxima subiugata Latinae dominationis regna creverunt et in unum nomen omnis Italia, Gallia, Hispania, Britannia, Africa, Illyrius, Thraciae, Oriens, Asia Pontusque migravit, post quos cum interdum dictatores sive decemviri suevissent creari, primus Gaius Iulius Caesar, victis per decennium Galliis et Britannis, successorem dedignatus dominum ipse se fecit, quo
- 30 in curia kalendis Martiis per Brutum et Cassium auctores suae mortis XX et tribus vulneribus interempto Augusti ab Octaviano, qui exim constitutus est, esse coeperunt, quorum usque nunc potestas qua reguntur cuncta perdurat, ex quibus Domitianus primus chlamydem blatteam, [Diocletianus gemmas vestibibus habitus regalis inserere];
- 35 vel Constantinus senior, qui Christianae religionis ministros privilegiis communit, diadema capiti suo propter refluentes de fronte propria capillos (pro qua re saponis eiusdem cognomen odorata confectio est, qua constringerentur) invenit; qui modus hodie custoditur, cuius regni ab urbis exordio mille et ducentis completis annis Postumiano et Zenone consulibus, Asterio consule tanquam primus annus incipit.

*Encis inclusa veniunt ex auctoribus in margine indicatis* 2 omni Asiae] omnia si P<sup>a</sup> asyrios P<sup>a</sup> 3 dinasiam P<sup>a</sup> egipei P<sup>a</sup> 4 zoroastris P<sup>a</sup> solmis P<sup>a</sup> europisicionis regis P<sup>a</sup> 5 primus] <sup>im</sup> p<sup>is</sup> (sic) P<sup>a</sup> archis P<sup>a</sup> cocerops P<sup>a</sup> 7 micyni P<sup>a</sup> 8 ceperunt P<sup>a</sup> 9 correnti P<sup>a</sup> ceperunt P<sup>a</sup> 11 macedonis imperavit perant finito finito] *sic* P<sup>a</sup> asyriorum P<sup>a</sup> 13 lidi P<sup>a</sup> 14 cepit P<sup>a</sup> 15 quem] quam P<sup>a</sup> 18 post Priscus coecidit Servius 19 girum P<sup>a</sup> 22 conlatini P<sup>a</sup> duo om. P<sup>a</sup> 23 prius potestates P<sup>a</sup> 24 ei] et P<sup>a</sup> obsisterit P<sup>a</sup> 25 nū] et nūi P<sup>b</sup> urbis P<sup>a</sup> *nominu sicut diocessium decem eadem, quae supra in provinciarum laterculo reperuntur, nisi quod abest Aegyptus utpote, tum enim scripsit auctor hoc loco a Silrio expilatus comprehensa diocessi Orientis* 27 illiricus tracie P<sup>a</sup> 28 interdum] inter P<sup>a</sup> dictores P<sup>a</sup> sue vicisse creati P<sup>a</sup> 29 successore P<sup>a</sup> se om. P<sup>a</sup> quo] quod P<sup>a</sup> 30 kl.] *scr. id.* auctoris P<sup>a</sup> 31 angusto P<sup>a</sup> exim] eis P<sup>a</sup> ceperunt P<sup>a</sup> 32 reguntur cuncta] reiciuntur cugta] *cugta in marg. add.* P<sup>a</sup> 33 chlamydem blatteam P<sup>a</sup>; *videtur significari quod narrat Dio 67, 4 Domitiano permissum esse ut in scrutum veniret indutus veste triumphali, dioclesianus gemma P<sup>a</sup> 34 Constantinus; cf. Victor ep. 41, 14; caput exornans perpetuo diademate; reliqua quae narrat Silrius solus tradit communit P<sup>a</sup> 35 cognomen] cognomen P<sup>a</sup> constringeretur P<sup>a</sup> qui] cuius P<sup>a</sup> 38 asterio] *scr.* Asturio*

## VI.

## VOCES VARIE ANIMANCIVM.

Ovis balat (*corr. ex* babat). canis latrat. lupus ululat. sus grunit. bos mugit. aequis (*sic*) hinnit. asinus rudit. ursus sevit. leo fremit. corvus crocit (*corr. ex* crocat). merulus frendit. turtur gemit. turdus trucilat. anser glangit. grus gruuit. milvus linguat. apis bubbit. hirundo mimurrit. rana coaxat. populus strepit. ignis crepitat. cursus aque murrurat. terra stridit. aes finnit.

Similia multa composuit Reifferscheid inter Suetoniana p. 217; nos haec non attigimus.

## VII.

## NOMINA PONDERVM VEL MENSVRARVM.

Sedecim digiti transversi pes est. palmus quadrans. bis cubitus. ulna dodrans. duo semis pedes gressus. V pedes passus. duo passus decempeda. acina C pedes iunctis XX in quadrum: pariter aripennis quoque. duo aripennes iugerum. mille quingenti passus lenga. III m. passuum secunus sive parasanga. obolus minima pars mensurae. dodrans novem unciae. as duodecim. denarius X numerus pondus. duo semis sestertium. V sextarii gomor. VI modii medimnum. sextula sexta pars librae. uncia duodecima. mna libra Graeciae. sexaginta librae talentum. quod est maximum pondus

## Item de rebus liquidis.

Duo cochlearia chemis dicuntur. tres chemes mystrum faciunt. mystrum quarta<sup>10</sup> pars cyathi est. cyathus sexta pars heminae est. heminae medius sextarius est. sextarius sexta pars congii. III sextarii choenix. sedecim sextarii modius. III modii amphora. medietas amphorae urna. III modii et tertia pars artaba. decem modii cadus. XX amphorae culleus.

Adieci laterculos similes repertos, ut supra p. 517 exposui, in codice Vindobonensi 89 saec. IX interpositos Eucherianis.

## DE MENSVRIS

sestarius Atticus	eminas II
	acetabula VIII
	ceatus XII
	cignus XLVIII
	chemas CXLIII
	cochlearia CCLXXXIII
emina	olei lib Romanam IS
	acetabula IIII
	ceatus VI
	cignus XXIII
	chemas LXXII
	cochlearia CXLIII
acetabulum	olei pensat — VIII Romani ponderis
	ceatum I
	cignus VI
	chemas XVIII ( <i>sic</i> )
	cochlearia ( <i>sic</i> ) XXIV
	olei pens — IS Rom pond

*Codex* 2 transversi — palme quadras — dodrans — 3 decempeda *addidi et. gram. p. 372. 3 Laclou.*  
 acina iunctis XX<sup>1</sup> iunctus XXII — 4 quadrum passus aripennis propedii aripennis iugerum mille quin-  
 gentis — 5 si parasasanga — obolus minima *corr. ex manina* — 6 dodrans nove uncie as decim de-  
 narius X numerum pondus duo missi stertium — 8 graecie sexaginta — 10 cochlearia eleñ — denus  
 mistrum — mister — II ciatu est ciatu — est *post sextarius add. in col.* — 12 conix — amphora — 13 au-  
 fore — amphore culleus. explicit.



eignus	chemas III choelearea VI olei pens scrip VIII Rom pond
chemae	choelearea II olei pens scrip III Rom pond
choeleare	olei pens scrip IS Rom pond
chulleus	amphoras XX urnas XL congius CXL sestarius DCCCCLX
amphora	urnas II congius VIII sestarius XLVIII
congius	sestarius I ( <i>sic</i> )
choenix	sext. III
sestarius	eminas sive cotylus II
emina vel cotyla	oxibafia sive acitabula III
oxibafium vel acetabulum	ceatum IS
ceatus	cygnus sive mistros III
mistros sive eignus	themnas III
themen	coelearia II

## ITEM ITALICAE MENSURAE

modius	olei lib. XXIII, sext. XVI
semidius ( <i>sic</i> )	olei lib. XII, sext. VIII
belibris	olei lib. II, sex. I
medimnus	olei lib. CLXIII ( <i>sic</i> ), modius VI
anfora	olei lib. LXXII, urnas II, congius VII
urna	olei lib. XXXVI
congius	olei lib. VIII
sext.	olei lib. IS
emina	— VIII
ceatus	olei — IS

## DE PONDERIBVS

semeobulus	siliqua IS
obulus	siliquas III
scriptulus	siquas ( <i>sic</i> ) VI, hoc est gramina
olehon	scrip III
sextula	scrip III
sicilicus	scrip VI
duella	scrip VIII
uncia	scrip XXIII
librae	unciae XII

## DE MENSURIS TERRARVM

digiti quattuor	palmus I
palmi quattuor	pes I
pertica	palmi XLVIII
perticae X	arip I

iugerum	arip II
leuga	arip LX. quod faciunt passus II. quia miliarium pro mille passus dicitur
seynus	III passum
stadium	arip V. id est passus CXXV
parasanga	idem quod seynus.

Codex Vaticanus 344 saec. X (supra p. 524 n. 4) quae habet commentariola inscripta *de ponderibus sancti Ieronimi et de mensuris* descripta mihi cura Huelsoni non digna sunt quae edantur. illud incipit: *Talentum est pondus LXII quod faciunt libras LXXX lingua Attica. mina est libra I et semantia. talentum habet minas LX. mina Latine dicitur. Graece autem mina una appellatur.* finit: *duae librae habent scripulos CCLXXVIII. qui faciunt drachmas XLVI. secundum Eucherium talentum pondera habet LXXVII pondera qui faciunt lib. LXXX.* alterum incipit: *corus habet mod CXXX. batas habet anforam unam I. mod. III.* finit: *talentum pond. LXII quod faciunt solid. DCXXV.*

## ADDITAMENTVM I.

# NOTITIA GALLIARVM.

Laterculi, quo enumerabantur secundum imperii Romani provincias civitates, quae rem publicam haberent, et fortasse oppida quoque potiora intra civitatum territoria comprehensa, ab Augusti inde aetate usque ad tempora rei publicae collabentis passim vestigia offenduntur, quaeque inde et alii traxerunt et Plinius et Ptolemaeus, hoc loco non est quod traefemus, sed quae ex eiusmodi indice supersunt apud Ammianum<sup>1)</sup>, eorum pars Gallicana<sup>2)</sup> non solum ipsa re, sed etiam communione vitii in Turonorum nomine commissi (III. 1) cum laterculo eo qui superest ita coniuncta est, ut utile sit hoc loco eam apponere retentis auctoris erroribus, provincias ordinavimus ad laterculum qui extat numeris Ammiani praescriptis, oppida ad Ammianum laudato intra parentheses laterculo.

### A. Provinciae Galliarum.

#### 6. Lugdunensis prima

Lugdunus (I. 1)  
 Cabillona (I. 1)  
 Senones (IV. 1)  
 Biturigae (XII. 1)  
 Augustodunum (I. 2)

#### 7. Lugdunensis secunda

Rotomagi (II. 1)  
 Turini (III. 1)  
 Mediolanum (II. 1?)  
 Tricasini (IV. 5)

#### 3. Belgica prima

Mediomatrici (V. 2)  
 Treviri (V. 1)

#### 1. Belgica secunda

Ambiani (VI. 10)  
 Catelauni (VI. 3)

Remi (VI. 1)

#### 2. Germania prima

Mogontiacus (VII. 1)  
 Vangiones (VII. 4)  
 Nemetae (VII. 3)  
 Argentoratus (VII. 2)

#### 1. Germania secunda

Agrippina (VIII. 1)  
 Tungri (VIII. 2)

#### 5. Sequani

Bisontii (IX. 1)  
 Rauraci (IX. 1)

#### 8. Alpes Graiae et Poeninae

Aventicum (IX. 3)

### B. Provinciae Aquitaniae

#### 9. Aquitania

Burdigala (XIII. 1)  
 Arverni (XII. 2)

<sup>1)</sup> Videantur quae exposui in commentario de geographicis Ammiani Hermiae vol. 16 (1881) p. 610 seq. 2) 15, 11 inde a c. 7: *at nunc nunciantur per omnem ambitum Galliarum secundo Germania* cet. in fine quae adhaerent c. 15: *his prope Salluvii sunt et Nicosa et Aalipolis insularque Stochades* ut expulerunt provinciam Alpiam maritimaram, ita ipsa ex hoc laterculo non videntur sumpta esse, reliquae provinciae, quae tunc fuerint, ita adsunt omnes, ut Aquitanae et Narbonenses binae semel tantum ponantur, sicut propter eandem causam diocesis haec modo quinque provinciarum dicitur, modo septem.

Santones (XIII, 4)	Narbona (XV, 1)
Pictavi (XIII, 5)	Tolosa (XV, 2)
10. Novem populi	12. Viennensis
Ausei (XIV, 2)	Vienna (XI, 1)
Vasatae (XIV, 10)	Arelate (XI, 13)
11. Narbonensis	Valentia (XI, 6)
Elusa (XIV, 1)	Massilia (XI, 11)

Notitia Galliarum eius formae, quam codices nostri exhibent, iam videamus cuius aetatis sit et cui usui proprie destinata fuerit, et ad aetatem quidem quod attinet, haec notabimus, unde efficitur latereulum scriptum esse inter a. 390 et 413.

1. Post a. 367 latereulum scriptum esse ostendit Ularo oppidum hic appellatum nomine *Gratianopolis*, quod ei imponi non potuit ante annum eum, quo Gratianus Augustus factus est, impositum est ante a. 381, quoniam concilio Aquileiensi eo anno acto subscript *Dominus episcopus Gratianopolitanus*.

2. Adsunt provinciae duae Lugdunensis tertia et Senonia, quas non recenset inter provincias Gallicas Ammianus loco modo citato scribens inter a. 383—390, habet primum Notitia Dignitatum scripta primis annis saeculi quinti.

3. Arelate a Treveris sedes translata est praefecti praetorio Galliarum inter a. 390 et 418, ad illum enim annum perveniunt constitutiones imperatorum emissae Treveris (C. Th. S. 5, 50); hoc ex constitutione imp. Honorii (Corp. leg. ed. Haenel p. 238: *in metropolitana, id est in Arelatensi urbe incipit septem provinciae habere concilium*) data ad Agricola praef. praet. Galliarum concilium earum<sup>1)</sup> translatum est Arelate, sine dubio propterea quod praefectura ipsa provinciarum septendecim tum ibi consistebat, sed cum significet imperator ita confirmari ordinationem praefecti Petronii, probabile est translationem aliquot annis antea factam esse, fortasse a. 413 Treveris a Francis captis et incensis (Frigeridus apud Gregorium Tur. 2, 9), haec status civilis immutatio ad ecclesiasticum quoque pervenit: scilicet nata inde sunt litigia inter sedes duas Viennensem et Arelatensem de primatu per saecula continuata, eorum primum mentio fit in concilio Turonensi (cf. infra p. 577 not. 1) habito inter a. 400, quo obiit Martinus Turonensis, et a. 417, quo mentionem eius facit in epistula ibi adlegata papa Zosimus sic: *inter episcopos urbium Arelatensis ac Viennensis, qui de primatu apud nos honore certabant, a sancta synodo definitum est, ut qui ex eis approbaverit suam civitatem esse metropolim, is totius provinciae honorem primatus obtineat et ipse iuxta canonum praecceptum ordinationum habeat potestatem*, videmus episcopum Arelatensem, postquam urbs ea sedes praefecti praetorio Galliarum facta est, contendere simul eam factam esse suae provinciae metropolim: contra adserere episcopum Viennensem non pendere ius metropolitanum a sede praefecti neque translatione illa primatum antiquum sibi ereptum esse<sup>2)</sup>; synodum ut neutram partem offenderet decrevisse pendere rem a forma provinciarum civili, sed aliquot annis post habitam eam synodum decreto papae

1) Septem provinciae in constitutione Honorii ita accipiendae sunt, ut accipiuntur in Notitia dignitatum eodem tempore edita, scilicet ut vere sint septendecim duarum dioecesium Galliarum, concilium denique cum transferatur Treveris Arelate, utramque dioecesim comprehenderit necesse est.

2) Simillima mutatio evenit in Illyrico teste Iustiniano nov. 11: *cum in antiquis temporibus Sirmii praefectura fuerat constituta ibique omne fuerat Illyrici fastigium tam in civilibus quam in episcopalibus causis, postea autem Attilienis temporibus . . . Apravianus praefectus praetorio de Sirmiana civitate in Thessaloniam profugus venerat, tunc ipsam praefecturam et sacerdotalis honor servatus est et Thessalonicensis episcopus non sui auctoritate, sed sub umbra praefecturae novit aliquam prerogativam*, vides hic quoque non tam iure quam gratia novae sedis praefecturae episcopum valuisse.

Zosimi a. 417 emisso Arelatensi episcopo non solum suae provinciae iura metropolitana concessa sunt, sed etiam vicinarum duarum Narbonensium (concil. Gall. ed. a. 1789 p. 338). papa Leo deinde ad eum fere modum, quem commendarat synodus Turo-nensis sic: *certe ad parvis vinculum conservandum hoc consilio utiliore decretum est, ut, si placeat memoratarum urbium episcopis, unaquaeque de his viciniores sibi intra provinciam civitates atque eas ecclesias visitet, quas oppidis suis vicinas magis esse constiterit*, a. 450 (concil. Gall. p. 350) *ad conservandam intra Viennensem provinciam pacem* duos ei metropolitanos praefecit, ita ut Viennensis praeter Tarantasiae episcopum extra provinciam constitutum praesideret ecclesiis quattuor suae et Genavensi et Gratiano-politanae et Valentinae, reliquis metropolitanis Arelatensis. — Quod si cum his later-culum componimus, ibi secundum optimos plurimosque libros *civitas Arelatensium* paen-ultimo loco est in provincia Viennensi constituta cum reliquis sub metropoli Vienna, pauci tantummodo libri neque magnae auctoritatis (vide infra p. 582) aut in uni-versum metropolitana Arelatensis ecclesiae iura memorant aut provinciae eius civitates inter duas metropoles distribuunt, in his duo in his ipsis partibus exarati, 3 scilicet a secunda manu et 1. decretum illud Leonis secuti.

4. Novempopulanae metropolim antea Elusam fuisse, deinde Auscios confirmant Notitiae libri scripti: antiquiores enim Elusam nominant, recentiores Auscios, de tempore ubi quaeritur, quo ea mutatio acciderit, in Notitiae codicibus a sexto inde saeculo Auscii primum locum obtinent, nimirum eo loco collocati iam in codice 5 saec. sexti a manu prima (ubi mire satis secunda manus Elusam substituit) et in codice 3 saeculi septimi, e contrario in conciliis saeculi sexti (Agathensi a. 506, Aurelianensi I a. 511, Aurelianensi IV a. 511, Aurelianensi V a. 519, Parisino a. 573) Elusae episcopus locum tenet inter metropolitanos, Ausciensis autem eo honore caret adhuc in Matisco-nensi II a. 583, quapropter statuendum erit saeculo sexto exente eam mutationem evenisse<sup>1)</sup>.

Index provinciarum et oppidorum ab Ammiano adhibitus quamquam sine dubio statum imperii civilem repraesentavit, Gallicanum qui superest ad statum ecclesiasticum pertinere multa ostendunt, primum librorum qui eum servaverunt antiquissimi qui-que conciliorum Gallicanorum corpus quoddam proponunt, quorum subscriptiones, ubi plene servatae sunt, ordinatae secundum provincias et civitates vere eiusmodi indicem requirunt, eodem ducit praefatio servata in codice omnium antiquissimo Coloniensi licet perturbata, metropolis quoque vocabulum unum eorum est, quae cum Christiana religione ex Oriente in Occidentem propagata sunt, et reperitur potissimum apud scriptores ecclesiasticos, denique quod infra videbimus metropolis appellationem uni provinciae Alpium Graiarum et Poeniarum denegari, explicari non potest ex statu eius civili, cum et ipsa praesidis sedem sedesve haberet, recte explicatur ubi atten-dimus ad discrimen episcoporum metropolitanorum et suffraganeorum, sed tamen later-culus iis qui in statum civilem inquirunt non minoris usus est quam rerum sacrarum enarratoribus, quoniam saeculo quarto postquam Christiana religio publica facta est imperii Romani, status ecclesiasticus ita formatus est ad civilem, ut provinciae respon-deret dioecesis metropolitana, territorio sive civitati dioecesis episcopalis<sup>2)</sup>, vicis territorio

1) Gregorius Thronensis cum scribat sua aetate Aquarum Turbellicarum episcopum fuisse sub metro-politano Burdigalensi (7, 31—8, 2), probabile est eo tempore Aquitanicae secundae metropolitano etiam in Novem-populanae ius fuisse, ut tunc aliquandiu Arelatensi in Narbonenses duas. Notitiae codices boni omnes Novem-populanae propriam metropolim adscribunt, id quod non faciunt in Alpibus Graiis. 2) Innocentius I quod e a. 415 constituit provincias divisas iussu imperatoris nihilominus manere sub eodem metropoli-tano (Mansi coll. concil. I p. 1055 ad Alexandrum episcopum Antiochiae: *quod seiscritaris, utrum divisio imperiali iudicio provinciis, ut duae metropoles fiant, sic duo metropolitani episcopi debeant nominari, non esse visum est ad mobilitatem necessitatum uniduarum divi ecclesiam commutari honoresque aut dici-*

comprehensis et sua re publica destitutis paucis exceptis episcopi proprii nulli praeesent. ob id ipsum in laterculo diligenter distinguuntur tres episcoporum tanquam gradus, episcopi metropolitani, episcopi civitatum, episcopi castrorum<sup>1)</sup> vel ut consueto nomine utamur chorepiscopi<sup>2)</sup>, itaque laterculus episcopiorum Gallicanorum anno c. 400 conscriptus ut ordinationem ecclesiasticam luculenter repraesentat, ita non minus illustrat formam civilem, quae ea aetate fuit, id ut demonstremus, primum componemus statum eum provinciarum et civitatum cum similibus laterculis aetatis anterioris, ut differentiae eorum quatenus fieri potest aut explicentur aut certe demonstrentur, deinde pauca addemus de castrorum episcopis non multis in hunc laterculum admissis.

Dioceses duae a Diocletiano ordinatae Galliarum, scilicet decem provinciarum praefecto praetorio Galliarum parentium, et quinque vel septem provinciarum subditarum vicario eius, anteriore tempore formabant provincias sex Lugdunensem, Belgicam cum Germania superiore et Germania inferiore, Aquitanicam, Narbonensem adiectis civitatibus quibusdam Inalpinis. Harum provinciarum civitates cum enumeratas habeamus apud Plinium in naturae historia et in geographia Ptolemaei, iam tres laterculi iuxta ponentur.

Lugdunensis antiqua complectitur provincias recentiores quattuor eodem vocabulo nuncupatas et praeterea quae olim cum Belgica contributa fuerat civitatem Lingonum.

<i>Notitia</i>	<i>Plinius 4, 107</i>	<i>Ptolemaeus 2, 8</i>
<b>I. Lugdunensis prima</b>		
1 Lugdunensium	26 (col. Lugdunum (Secusiavi	22 Segusiavi 26 Lugdunum
2 Aeduorum	8 Aedui	25 Aedui
3 Lingonum	Lingones <i>in Belgica</i>	Longones <i>in Belgica (Germ. sup.)</i>
<b>II. Lugdunensis secunda</b>		
1 Rotomagensium	2 Vellocasses	10 Vellocasii (Ratomagus)
2 Baiocassium	19 Bodiocasses	1 Biducasii
3 Abrincatum	5 Abrineati	14 Abrincatui
4 Ebroicorum	12 Aulerci Ebuovices	15 Aulirecii Ebuovicii
5 Saiorum	25 Atesui?	9 Arui?
6 Lexoviorum	1 Lexovii	2 Lexubii
7 Constantia	20 Venelli	3 Venelli
<b>III. Lugdunensis tertia</b>		
1 Turonorum	21 Turones	21 Turupii
2 Cenomanorum	13 Aulerci Cenomani	12 Aulirecii Cenomani
3 Redonum	23 Redones	16 Redones
4 Andecavorum	17 Andicavi	11 Andicavae
5 Namnetum	7 Namnetes	13 Namnetae

*siones percepti, quas pro suis causis faciundas duxerit imperator*), id ut anteriore tempore non obtinuisse Notitia Galliarum declarat, ita omnino ad Galliam non pervenit provinciarum numero ibi post saeculum quartum non mutato propter ipsam eam opinor metropolium ecclesiasticarum stabilitatem.

1. Similiter Mauricius in epistula a. 591 ad Gregorium papam (opp. I 16<sup>b</sup> Ewald) ait scripsisse ad se *episcopus civitatum et castrorum, quos Langobardi tenere dinoscuntur*, scilicet Venetiarum et Raetiae secundae.  
2. Ut tres hi ordines diligenter separantur, ita inter eiusdem dignitatis episcopos certus ordo nullus videtur observatus esse: hic illic secundum locorum situs dispositi videntur, ut in Viennensi primus est Genavensis, ultimus Massiliensis.

6 Coriosolitum	21 Coriosuelites	7 Sammitae
7 Venetum	4 Veneti	6 Veneti
8 Osismorum	6 Ossismi	5 Osismii
9 Diablintum	22 Diablintes	8 Aulireii Diablitae

#### IV. *Lugdunensis Senonia*

1 Senonum	1 Senones	17 Senones
2 Carnotum	9 Carnuti	18 Carnutae
3 Autisiodorum	—	—
5 Tricassium	16 Tricasses	20 Tricassii
6 Aurelianorum	—	—
7 Parisiorum	15 Parisi	19 Parisii
8 Melduorum	14 Meldi	23 Meldae
—	3 Galeti	1 Caletae
—	10 Boi	—
—	18 Viducasses	24 Vadicassii

Saii vel Sagii (concil. Gall. 1 p. 1003. 1017. 1182. 1198), hodie Séez, num respondeant vocabulis supra adscriptis corruptis, dubium est: de reliquis res certa.

Boios iam a Caesare Haeduis attributos (b. G. 7. 9) etiam Ptolemaeus omittit, duas reliquas civitates probabile est inter tempora Marci et Honorii interiisse Caletis contributis fortasse cum Veliocassis sive Rotomagensibus, Viducassibus cum Baiocassibus.

E contrario inter illa tempora res publicae duae accesserunt divisa civitate Senonum in Senones (Sens) et Autissiodorenses (Auxerre), Carnutum autem in Carnutes sive Autricum (Chartres) et Aurelianos (antea Cenabum, Orléans): errarunt igitur graviter interpolatores ii qui Autricum laterculo inseruerunt.

Belgica cum Germaniis duabus respondet fere provinciis recentioribus Belgicarum duarum et Germaniarum duarum et Sequaniae.

#### *Notitia*

#### *Plinius 4, 106*

#### *Ptolemaeus*

#### V. *Belgica prima*

1 Treverorum	20 Treveri	12 Treveri
2 Mediomatricum	22 Mediomatrici	13 Mediomatrices
3 Leucorum	19 Leuci	14 Leuci
4 Verodunensium	—	—

#### VI. *Belgica secunda*

1 Remorum	21 Remi	11 Remi
2 Suessionum	13 Suessiones	10 Vessones
3 Catalaunorum	—	—
4 Veromandorum	11 Veromandui	9 Viromandues
5 Atrabatium	9 Atrabates	1 Atribatii
6 Cameracensium	10 Nervi	7 Nervii
7 Turnacensium	—	—
8 Silvanectum	14 Umanectes	8 Subanecti
9 Bellovacorum	6 Bellovaci	2 Bellovaci
10 Ambianensium	5 Ambiani	3 Ambiani
11 Morinorum	3 Morini	4 Morini
12 Bononiensium	—	—

VII. *Germania prima*

1 Mogontiacensium	—	(Mogontiacum)
2 Argentoratensium	29 Triboci	18 Triboci
3 Nemetum	28 Nemetes	16 Nemetes
4 Vangionum	30 Vangiones	17 Vangiones

VIII. *Germania secunda*

1 Agrippinensium	34 Ubi col. Agrippinensis	(Agrippinensis)
2 Tungrorum	15 Tungri	5 Tungri

IX. *Marina Sequanorum*

1 Vesontiensium	23 Sequani	22 Sequani
2 Equestrium	26 col. Equestris	(Equestris)
3 Helvetiorum	25 Helveti	24 Helvetii
4 Basiliensium	24 Raurici 27 col. Raurica	19 Raurici
	1 Texuandri	
	2 Menapi	6 Menapii
	4 Britanni	
	7 Bassi (?)	
	8 Catoslugi	
	12 Suaevoni	
	16 Sunuci	
	17. 35 Frisiavones	
	18 Baetasi	
	30 Guberni	
	31 Batavi	15 Batavi
	32 Camnefates	
	33 Frisii	
	34 Chauci	
	36 Sturii	
	37 Marsacii	

Hae regiones etsi magis differunt, plerarumque diversitatum causa apparet. Lingones a Diocletiano ex Belgica translatos esse ad Lugdunenses provincias supra iam vidimus. Menapii et Batavi et qui supra eos incolunt populi ex parte etiam meliore aetate extra provincias fuerunt quique eorum admissi sunt in formulam Belgicae, sublatis ex ea relatis imperii finibus saeculo quarto, territoria legionibus concessa cum in indice rerum publicarum locum non habeant, apud Plinium non nominantur, a Ptolemaeo nominantur inter locos, contra aetate posteriore ex castris legionariis Mogontiacensibus civitatem effectam esse norunt periti similiterque castra Argentoratensia in civitatem transierunt contributa simul cum ea, ut videtur, civitate antiqua Tribocorum, ut dudum antea civitas Ubiorum facta est colonia Agrippinensis, denique pro civitate Rauricorum et colonia Augusta Raurica in Notitia substituta est civitas Basiliensium.

Plus habet Notitia civitates quattuor, Morinorum portus (Ptolemaeus 2, 9, 1) Gesoriacum olim, iam Bononia suam rem publicam accepit, Mediomatricis opinor et Remis divisis accesserunt illis Verodunenses, his Catalaunenses, similiter Nervii distributi esse videntur in Camaracenses et Turnacenses.

Alpium Graiarum et Poeninarum quae dicitur provincia haec quoque aetate duplex mansit sub praeside uno, Alpes Graiae cum una civitate Centronum comprehenderentur



(Ptolem. 3. 1. 33) eiusque duo oppida Axima et Tarantasia vicorum vel, ut loquitur Notitia, castrorum locum tenerent (cf. Hirschfeld C. I. L. XII p. 16), episcopus is inter metropolitanos esse non potuit, cum subditos coepiscopos nullos haberet, et explicatur ita quod supra (p. 551) vidimus Tarantasiae episcopum numerari inter suffraganeos metropolitani Viemensis. Alpium Poeninarum provincia cum imperante Augusto quattuor civitates numeraret Uberos in summa valle Rhodani, Sedunos (Sitten), Varagros sive Octodurenses (Martigny), Nantuates (S. Maurice) teste praesertim titulo C. I. L. XII, 117 (cf. quae ibi dixi p. 20), cum a Claudio incolae iure Latii donarentur, una inde civitas facta est Vallensium (l. c. p. 21), id quod cum alia indicia declarant tum praesertim Notitia in Alpibus Poeninis unum episcopum fuisse Vallensium significans, confirmantque conciliorum quinti et sexti saeculi subscriptiones passim nominantes antea Octodurenses, ab a. inde 587 sede mutata Sedunenses episcopos, itaque haec quoque provincia metropolitanum non magis habuit quam coniuncta cum ea Alpium Graiarum, recte igitur in hac sola provincia Notitiae libri optimi quique metropolis vocabulum non enuntiant.

Aquitanica antiqua distributa est in provincias tres Aquitanicas duas et Novempopulanae sic:

<i>Notitia</i>	<i>Plinius 4, 108, 109</i>	<i>Ptolemaeus 2, 7</i>
<b>XII. <i>Aquitanica prima</i></b>		
1 Biturigum	Bituriges Cubi	8 Bituriges Cubi
2 Arvernorum	Arverni	14 Arverni
3 Rutenorum	Ruteni	16 Rutani
4 Albigenisium	—	—
5 Cadurcorum	Cadurei	6 Cadurei
6 Lemovicium	Lemovices	5 Limovici
7 Gabalum	Gabales	11 Gabali
8 Vellavorum	Vellates?	15 Velauni
<b>XIII. <i>Aquitanica secunda</i></b>		
1 Burdigalenses	Bituriges Vibisci	3 Bituriges Vibisci (Burdigala)
2 Aginmenses	Nitiobroges	9 Nitiobriges (Aginnum)
3 Ecolisnenses	—	—
4 Santones	Santones	2 Santones
5 Pietavi	Pietones	1 Pietones
6 Petrocorii	Petrocori	7 Petrocorii
<b>XIV. <i>Novempopulana</i></b>		
1 Elusatium	Elusates	—
2 Ausciorum	Ausci	13 Auscii
3 Aquensium	Tarbelli quattuorsignani	1 Tarbelli (Aquae)
4 Lactoratium	—	—
5 Convenarum	Convenae	17 Convenae
6 Consorannorum	Consoranni	—
7 Boatium	{Sediboviates? {Basaboviates?	—
8 Benarnensium	Venami?	—
9 Aturensium	—	—

10 Vasatica	Vassei	10 Vasatii
11 Turba (Bogorra)	Begerri	—
12 Elloronensium	—	12 Datii (?)

Aquitanica provincia quatenus natione Gallica fuit, item mansit non magnopere mutata: exhibet civitates antiquas duas ita divisas, ut ex Rutenis efficerentur Ruteni et Albigenses (Albi), ex Santonibus Santones et Ecolismenses (Angoulême), at pars antiquae provinciae Hiberica, in Notitia separata a Gallica sub vocabulo Novempopulanae, antiquiore aetate secundum consuetudinem Hispanam divisa fuit in populos numero multos exiguos omnes teste Strabone 1, 2, 1 p. 189: *ἔστι δὲ ἔθνη τῶν Λαττανῶν ἀλέω μὲν τῶν ἰζοσι, μισρὸ δὲ καὶ ἰδοζα*, apud Plinium ita recensitos, ut civitates Gallicae et Aquitanicae non distinguantur, apud Ptolemaeum maiore ex parte omissos, has civitates quarto saeculo contributis pluribus numero immunitas esse declarat Notitia: quomodo id effectum sit, ab hac expositione alienum est.

Narbonensis provincia, hac aetate distributa in provincias tres Viennensem et Narbonenses duas, quamquam et ipsa aliquando ad Gallicam consuetudinem in civitates divisa fuit, a primordiis inde aetatis imperatoriae maiore ex parte formata est ad normam Italicam, meliore aetate quomodo res publicae ibi ordinatae fuerint cum ex laterculis geographorum parum appareat (nam neque apud Plinium neque apud Ptolemaeum res publicae sui iuris satis distinguuntur a populis cum iis contributis vicisque qui rerum publicarum territoriis comprehendebantur), adscripti ad recensum rerum publicarum quarti saeculi exeuntis, quem Notitia exhibet, et originis brevem indicationem et Corporis inser. Lat. huius provinciae paginas, ubi Hirschfeldius noster de singulis diligenter et sagaciter exposuit.

*Notitia*

XI. <i>Viennensis</i>		C. I. L. vol. XII
1 Viennensium	colonia Iulia	p. 217
2 Genavensium	antea vicus Viennensium	p. 328
3 Gratianopolitana	ante Gratianum vicus Viennensium	p. 273
4 Albensium	civitas Helvorum	p. 336
5 Deensium	vicus Vocontiorum	p. 160. 190
6 Valentinorum	colonia	p. 207
7 Tricastinorum	civitas Tricastinorum	p. 205
8 Vasensium	vicus Vocontiorum	p. 160. 164
9 Arausicorum	colonia Iulia	p. 152
10 Cabellicorum	colonia	p. 136
12 Avennicorum	civitas Cavarum	p. 130
13 Arelatensium	colonia Iulia	p. 83
11 Massiliensium	civitas foederata	p. 55
XV. <i>Narbonensis prima</i>		
1 Narbonensium	colonia liberae rei p.	p. 524
2 Tolosatium	civitas Teetosagum	p. 626
3 Baeterrensium	colonia Iulia	p. 511
4 Nemausensium	colonia Augusta	p. 381
5 Lutevensium	<i>Plin. 3, 37</i> : Lutevani qui et Foroneronienses	n. 4247
XVI. <i>Narbonensis secunda</i>		
1 Aquensium	colonia Iulia	p. 65

2 Aptensium	colonia Iulia	p. 137
3 Reiensium	colonia Iulia	p. 19
4 Foroiuliensium	colonia	p. 38
5 Vappincensium	vicus Vocontiorum	p. 184
6 Segestericorum	vicus Vocontiorum	p. 184
7 Antipolitana	antea vicus Massiliensium	p. 28

Ruscino colonia quod a Notitia abest, inde confirmatur egregie quod aliis argumentis ostendit Hirschfeldius p. 522, 622 eam imperatoria aetate contributam fuisse cum Narbone, reliqua quoque Galliae Narbonensis oppida in Notitiam non relata ea aetate rei publicae iure caruisse nihil impedit quominus statuamus, nisi quod exceptionem faciunt duo Carpentorate (l. c. p. 148) colonia Iulia et sedes episcopi certe iam a. 517 et Carcaso (l. c. p. 624), quae et ipsa colonia Iulia videretur fuisse et episcopum habuit certe saeculo sexto exeunte, videntur igitur eae excidisse Carpentorate ex Vieumensi, Carcaso ex Narbonensi prima.

Alpium maritimarum provinciam Diocletianus ita formavit, ut ad antiquam provinciam eius nominis adiungeret Diniam ab imp. Galba ad Narbonensem relatum (C. I. L. XII p. 19) et Eburodunum antea oppidum provinciae Alpium Cottiarum (C. I. L. V p. 810, XII p. 11). His adsumptis status civitatum qualem exhibet Ptolemaeus Notitiae in universon respondet.

<i>Notitia</i>	<i>Ptolemaeus</i>
<b><i>Alpes maritimae</i></b>	
XVII, 1 Ebrodunensium	3, 1, 35 Caturigae (Eburodunum)
2 Diniensium	2, 10, 8 Sentii (Dinia)
3 Rigomagensium	—
4 Saliniensium	3, 1, 38 Suetrii (Salinae)
5 Sanitiensium	3, 1, 39 Vediantii (Sanitio)
6 Glauatina	—
7 Cemenelensium	3, 1, 39 Vediantii (Cemenelum)
8 Viutiensium	3, 1, 37 Nerusii (Vintium)

Civitates tres quae accesserunt sine dubio ortae sunt divisae antiquioribus, quamquam huius regionis antiqua condicio parum explorata est. Brigantiones in Notitia cur non reperiantur, explicuit Hirschfeld (l. c. p. 15): Rigomagenses ubi fuerint, adhuc ignoramus<sup>1)</sup>.

Superest, ut videamus numeri civitatum, quos laterculus et per singulas provincias enuntiat et in fine coniunctis omnibus, quomodo cum ipso convenient, numeri provinciarum non communeratis castris in optimis libris sine ulla diversitate memorabili traditi et indicibus singulis recte respondentes<sup>2)</sup> hi sunt.

I 3	VII 1	XIII 6
II 7	VIII 2	XIV 12
III 9	IX 4	XV 5
IV 7	X 2	XVI 7
V 1	XI 13	XVII 8
VI 12	XII 8	

1) Ad Briangonet vix videntur recte referri (Hirschfeld l. c. p. 801), nec maiore cum probabilitate statuit Duchesne (*Mém. de la soc. des antiquaires de France* vol. 43 a. 1882 p. 37) in subscriptione concilii Vasionensis a. 412 (Maassen *Quellen* p. 953): *ex provincia Alpium maritimarum civit. Eburacinae Severianus episcopus* significari Rigomagum civitatem, hodie Thoraue. 2) Dubitari potest de una sola civitate, scilicet Reiorum (XVI, 3) in libro Coloniensi neque posita neque in civitatum eius provinciae numero communerata: sed eam antiquam esse et tum sub episcopo fuisse aliunde constat.

Fiunt civitates CXXIII eumque numerum fuisse in archetypo codicis Veronensis dubium non est, quamquam eius librarius errore posuit CLXIII, at reliqui libri qui auctoritatem habent ad unum omnes numerum ponunt CXV isque verus sit necesse est, cum ille facili correctione effici potuerit, hic eo vel maxime firmetur, quod ipsi laterculus refragatur, quam ob rem verisimile est antiquissimo tempore excidisse civitates duas et inde labem quoque traxisse provinciarum earum civitatum numeros, emendatos scilicet perperam ad hiatus tegendos, eas civitates esse videri Carpentorate provinciae Viennensis (XI, 10) et Carcaionem Narbonensis primae (XV, 9) supra p. 560 coniecimus, utramque libri deteriores adniserunt et in priore fieri potest, ut subsit testimonium antiquum; sed de Carcaione certum est atque etiam de Carpentorate probabile librarios eas adiecisse re magis edoctos quam membranarum.

Restant episcopi castrorum sive chorepiscopi numero sex<sup>1)</sup>, scilicet in Lugdunensi prima Cabillonensis (I, 4), in Sequanis Vindonissensis (IX, 5), Ebrodunensis (IX, 6), Argentariensis (IX, 7), portus Bucini (IX, 9), in Narbonensi prima Uctiensis (XV, 10), inter tot oppida Gallica et in iis non pauca his nobiliora haec in laterculum recepta esse videntur propter episcopia intra territoria constituta, fuisse chorepiscopos etiam in Occidente dubium non est, non tam propterea quod concilium Reicense a. 439 euidam perperam in episcopi locum ordinato misericordiae causa laudato canone Nicaeno eum locum concessit (concil. Gall. a. 1789 p. 413), quam quod ab a. 441 et 442 loci Telonensis\* (Toulon) episcopi conciliis Gallicanis ira interfuerunt, ut vel ex subscribendi formula appareat oppidum id civitatis locum tum non tenuisse<sup>2)</sup>, ceterum ea aetate alios chorepiscopos nullos in Gallia fuisse non contenderim, sed magis crediderim eum qui laterculum ordinavit horum eius generis episcopiorum solum notitiam habuisse, ex supra recensitis castris inter subscriptiones episcoporum quas habemus quod non redeunt Ebrodunense Argentariense Bucinense inde cave colligas eiusmodi episcopos nullos fuisse, cum id ipsum ad episcopos civitatum complurium non dubios pervenit, ut sunt Bononiensis, Atrabatensis, Basiliensis; e contrario adsunt inter subscribentes episcopos Cabillonenses<sup>3)</sup>, Vindonissenses<sup>4)</sup>, Uctienses<sup>5)</sup>, quorum hic in concilio a. 442 similiter atque Telonensis non civitatis episcopum se nominat, sed *oppidi*, id est castrum.

### CODICVM CONSPECTVS.

Codicum quoniam propter contaminationem latissime grassatam ut cognationes multae, ita familiae verae nullae constitui possunt, ita recensum institui, ut separarentur secundum ordinem provinciarum, primum locum obtinerent legitimo ordine dispositi, deinde qui incipiunt ab Alpibus Graiis profecti ex Spirensi, item qui incipiunt a Lugdunensibus quinque, denique incipientes a Viennensi, recte ordinatorum eum numerus magnus sit, eos distribui secundum laterculum provinciarum: incipiunt qui Gallicanum solum habent, qui sunt fere antiquissimi; sequuntur qui cum Gallicano alterum coniungunt plenum; hos excipiunt qui in provinciarum laterculo dioecesim Galliarum omittunt aut

1) Rauracensem (IX, 8) recte opinor omittit codex antiquissimus; exigua civitas praeter suum vix habuit alterum chorepiscopum, castra VIII eum numerat codex Veronensis, fortasse adsumpsit castrum Bogorram (XIV, 11); reliqui codices numerum nullum habent. 2) Concilium Arausicum a. 441 et Vasensis a. 442 subscriptiones plenae (Maassen *quellen* I, 951) sic habent: *ex provincia Viennensi loco Telonensi Augustalis episcopus*, eum civitatum episcopis omnibus id vocabulum ibidem adscribitur. 3) Apud Sidonium ep. 4, 25 cum Cabillonum municipium dicatur, fieri potest, ut civitatis locum inter a. 400 et c. 470 acceperit. 4) Episcopi, qui reperiuntur ab a. inde 517 (concil. Gall. I p. 899), Vindonissam civitatem appellant, neque omittendum, quod sic iam appellatur in Notitiae codice eiusdem aetatis Coloniensi. 5) Maassen I, c. adu. 2, concilio a. 541 subscribit episcopus *civitatis* Uctiensis (concil. Gall. I p. 1017).

omissam male instaurarunt Alpiibus Graiis bis positis aut duplicationi animadversae variis modis medelam afferre voluerunt.

*recte ordinati non habentes laterculum provinciarum.*

- 1 1. Coloniensis n. 212 (Darmstad. n. 2326) saec. VII scriptus litteris quadratis, qui quae praeterea contineat particulatim enarrat Maassen *Geschichte der Quellen des kanon. Rechts* p. 574 seq. (cf. Duchesne lib. pontif. vol. I p. XV. 21), interpositam canonum conciliis f. 108 Notitiam proponit scriptam manu antiquiore sub papa Agapito († 536). ediderunt eam ex hoc libro Jaffé et Wattenbach *eccl. metrop. Colon. codd. mss. a. 1874* p. 161 seq. in editione Seeckiana codex est *B.* praefatio quae videtur esse hoc uno libro servata est.
- 2 2. Caroloruhensis iam n. CIII olim Augiensis saec. IX f. 185, mea causa collatus a Zangemeistero, descriptus est ex eo qui praecedit, sed eodem saeculo emendatus ad exemplar diversum adiecto indidem sumpto provinciarum laterculo, de hoc tanquam exemplari altero infra c. 79 agetur. ex eo libro Mone *Zeitschrift für Geschichte des Oberheins* 10 (1859) p. 104 seq. praefationem et excerpta quaedam edidit. Vaticanus n. 1338 saec. XI descriptus ex libro eo qui praecedit ad secundam manum eius magis se applicat quam ad priorem ideoque infra n. 85 tractabitur; habet tamen tanquam signum originis certum praefationem eandem atque libri duo modo recensiti, praeterea haec ei praescripta sunt (ediderunt ea Ballerini opp. Leonis vol. 3 p. CCXIV): *iste codex est scriptus de illo autentico quem dominus Adriannus apostolicus dedit gloriosissimo Carolo regi Francorum et Langobardorum ex patricio Romanorum quando fuit Rome.* eadem inscripta reperit, ut admonuit Zangemeister, Eceardus (de rebus Franciae orient. vol. I a. 1729 p. 768) in exemplaribus duobus collectionis canonum Hadrianae, altero adservato Coloniae in bibliotheca cathedrali exarato, ut ait, litteris Anglosaxonice, altero in monasterio Werthinensi at cum adnotatio ea absit a libro eo unde qui Vaticanum scripsit laterculos certe adsumpsit, non tam ex archetypo translata videtur quam adiecta testimonii loco codicem ita inscriptum redire ad exemplar ab Hadriano Francorum regi oblatum.
- 3 3. Berolinensis Phillippianorum n. 1715 saec. VII, is quem Lugdunensem dicit Sirmondus (cf. Maassen in actis minoribus acad. Vind. vol. 56 a. 1867 p. 173 seq.), deinde Claromontanus n. 569, postea Meermannianus n. 578, laterculum sistit f. 88 seq. inter concilia Gallicana, quae deperdita parte codicis priore sola supersunt (cf. Maassen *Quellen* I p. 775).
- 4 4. Parisinus n. 1152 saec. X, olim adservatus Anicii apud Vellavos (*Le Pay en Velay*), praecedenti simillimus (ita constitutiones Sirmondianae XVIII quae dicuntur reperiuntur in his duobus libris solis; cf. Maassen *Quellen* I p. 775) et ex eo ita descriptus, ut quaedam accesserint: quam ob rem hoc loco eum recensui, scilicet laterculus Gallicanus non solum conspirat in plerisque cum praecedentis manu secunda, quamquam eam qui hunc scripsit nequaquam vidit (nam ex provincia Viennensi cum uterque liber duas faciant Viennensem et Arelatensem, haec in antiquiore corrigendo effecta Viennensem sequitur, in recentiore legitur ad finem adiecta), sed etiam Lugdunensem Senoniam facit quartam et Alpes Graias partem Viennensis, denique addit Matisconium I, 5, Mauriennam et Augustam X, 4, 5 contra archetypum, similiter adiectus est qui ab archetypo abest laterculus provinciarum inscriptus sic: *catalogus provinciarum ecclesiasticarum orientalium et occidentalium, septentrionalium et australium, sicut eas verissime annotavit antiquitas* forma singulari; scilicet Italia limit in Corsica omissis Alpiibus Graiis, sequitur: *in Gallia XVI* (corr. ex XVII): *Viennensis, Narbonensis prima, Narbonensis secunda, Aquitanica prima, Aquitanica secunda, Novempopulana, Alpes maritimae, Belgica prima, Belgica secunda, Germania prima, Germania secunda, Lugdunensis prima, Lugdunensis secunda, Lugdu-*

*nensis tertia. Lugdunensis quarta. Maxima Sequanorum.* quae est ordinatio non laterculi provinciarum, sed Gallicani formae eius quam habent codices 90—97, nisi quod hic quoque librarius provinciam Alpium Graiarum sustulit utpote earentem metropolitano. — In hoc libro quae in marginibus superioribus supplevit manus altera non multum recentior, non discrevi ab antiquioribus, cum videantur ex eodem archetypo ducta esse, restituta fortasse quod antea scripta casu damnata passa erant.

5. Parisinus n. 12097 saec. VI (laterculus paparum editus apud Duchesium lib. 5 pontif. I p. 16 a manu prima fuit in Hornisda † a. 523, a manu secunda in Vigilio † a. 555) origine Corbeiensis (sub quo vocabulo librum adlegat Sirmondus), deinde Sangermanensis n. 936. Sirmondus indicem descripsit (quod apographum extat cod. Paris. 11479 f. 48—50) ediditque in conciliorum Gallicorum tom. I (Paris. 1629) post praefationem (inde repetiverunt du Chesne hist. Franc. script. t. I a. 1636 p. 4 et Schelstrate antiquitas ecclesiae vol. 2 a. 1697 p. 638). heliographice edidit Delisle *choix de documents géographiques conservés à la Bibliothèque nationale* (Paris 1883), de sylloge canonum, cui laterculus provinciarum Gallicanarum post supra citatum pontificum praemissus est, disputavit Maassen *Quellen* I p. 556.

6. Veronensis n. LI (50) saec. VIII, paparum indicem habens finientem post 6 Gregorium III in Paulo (757—767) annis eius non expletis, media inter dialogos Gregorii magni et Damasi papae epistulas exhibet itinerarium Hierosolymitanum (vide supra p. 516) et notitiam Galliarum, quam et ipse contuli et collatam habui a Detlefseno.

7. Coloniensis n. 186 (Darmstadiensis n. 2161) saec. IX, Seeckianorum b 1, post alia, 7 quae recensent Jaffé et Wattenbach eed. Colon. codd. p. 77, extremo loco f. 120 laterculum Gallicanum exhibet omissis provinciis Germania secunda et Narbonensi prima, ediderunt iidem l. c. p. 133.

8. Sangallensis n. 397 saec. IX praeter alia (v. indicem *Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen* a. 1875 p. 135) p. 48 laterculum Gallicanum exhibet non addito altero et in aliis quoque vetustatis remotioris vestigia ostendentem, ut in Elusa XIV, 1, sed totum contaminatum et interpolatum maxime in Germaniis duabus et in Viennensi. post titulum, quem vide suo loco, sequitur: *in Italia Roma Ravenna Gradus Aquileia Mediolanum*. edidit laterculum ex hoc codice Goldastus Alamannicarum rerum scriptores vol. 3 (1606) p. 122.

Vaticanus reginae aliquando n. 238 saec. X, mihi non visus et mea causa frustra quaesitus, ad quem laterculum Galliarum edidit Schelstrate antiquitas ecclesiae vol. 2 (1697) p. 641, praecedenti simillimus fuit et sine dubio ex eo descriptus.

*recte ordinati habentes laterculum provinciarum plenum.*

9. Albigensis n. 29 saec. VIII habet inter alia laterculos duos provinciarum et Galli- 9 eanum et tractatum de verbis Gallicis: subscriptum *finit.* miscellanea opera quae praeterea eo continentur enumerat catalogus codd. *des bibliothèques des départements* vol. I a. 1819 p. 186. laterculorum duorum apographum debeo Henrico Omont bibliothecario Parisino. vide supra p. 524.

Vaticanus n. 630 saec. XI libro inscriptum est: *hic liber spectat ad usum Iohannis episcopi Atrabatisensis*; l. 3 legitur epistula data Wendoni Rotomagensi archiepiscopo a Liutado Vincensiensi) videtur descriptus esse ex exemplari imperfecto Albigensi simili, post conciliorum Hispaniae indicem sequitur f. 2' laterculus provinciarum inscriptus *situs duor' prouintiarum* recte ordinatus tam in Italia quam in Galliis, sed finiens in verbis *Frigia salutaris Lycuonia Cyclades* deficientibus diocesisibus VIII—XI: in sequentis folii pagina priore a primo librario vacua relicta librarius saeculi XII ex Notitia Galliarum unam provinciam Belgicam secundam scripsit (vide n. 99).

- 10 Parisinus n. 4808 saec. X habet laterculum Gallicanum (is *P* est apud Guerardum, *d* apud Seeckium, cuius causa cum recognovit Otto Hirschfeld), tractatum de verbis Gallicis, laterculum provinciarum, subscriptum: *fuit exempla (-plar m. 2) cartulae de civitatibus Gallicanis vel transmarinis. ora pro me domine sanctae ac beatissime speiudis apud deum patrone conversationis angelicae dignitatis. confido hoc opus hoc ceterum forsitan me subtrahit igni.* vide supra p. 524.
- 11 Parisinus n. 1151 saec. X, Guerardianorum *A*, Seeckianorum *e* 1, f. 24. consentit in dispositione cum Parisino 4808. laterculo provinciarum subscripta sunt nomina regionum *Italia ... Britannia num. X* (sic).

*recte ordinati Galliis ex laterculo provinciarum sublatis.*

Codices sub hoc capite recensiti exhibent priorem laterculum Gallicanum, post hunc provinciarum omitta diocesi Galliarum: accedit in plerisque recapitulatio primarum per dioeceses provinciarum (supra p. 535).

- 12 Bernensis n. 26 *A* saec. VIII (apographum Bongarsii est in codice item Bernensi 141 n. 325 *b*) aut descriptus est ex Bernensi n. 645 aut certe pendent ex eodem archetypo. Gallicanum laterculum ex hoc libro edidit Sinner in cat. cod. Bern. vol. 1 p. 532; adhibuit deinde Brambach mus. Rhen. 23, 267; Seeckianorum est *e* 1.
- 13 Bernensis n. 645 saec. VIII post Victorii Aquitani cyclos paschales, de quibus suo loco agetur, laterculos sic ut supra exhibet; post recapitulationem quae subscripta sunt ex parte evanida facta et dubia: *ta... astib; quia uii | X<sup>us</sup> XPI filius di | expl̄ ciclos cum civitatebus | metropolis rap... | ... erorum* tam ad cyclos pertinent quam ad laterculos.
- 14 Berolinensis Phillippianus n. 1743, antea Claromontanus n. 564, Meermammianus n. 576, aliquando ut videtur S. Remigii Remensis (Maassen *Quellen* 1 p. 638), saec. VIII, sed indicem pontificum habens finientem in Hormisda mortuo a 523 (edidit Duchesne lib. pontif. 1 p. 20). laterculus locis quibusdam evanidus factus est. Sirmondus quod adnotat ad apographum Corbeiensis libri cod. Paris. 11479 in Novempopulana Auscios primo loco poni, Elusates extremo in libro Remensi, ad hunc librum referendum est.
- 15 Berolinensis Phillippianus n. 1749 saec. X, antea Claromontanus n. 575, Meermammianus n. 584.
- 16 Florentinus Laurentianus Librianorum n. 1814 saec. XXI principio mutilus incipit a provincia Viemensi laterculi Gallicani, similis Parisino 13657, recapitulatio abest.
- 17 Lugdunensis Vossianus fol. n. 12 saec. X, praescribens laterculo posteriori *nomina omnium provinciarum Romanorum*, librarius videtur adhibuisse duo exemplaria, in his unum n. 26 vel gemellum (cf. VI, 11).
- 18 Monacensis n. 6243 sive Frisingensis 43 saec. VIII, recapitulatio abest, lectionem provinciarum laterculi ad hunc codicem dedi supra (cf. p. 524).
- 19 Parisinus n. 1154 saec. X f. 241.
- 20 Parisinus n. 1158 loco primo f. 86 (insunt duo alia exempla n. 51 et n. 57) saec. IX, Guerardianorum *B*.
- 21 Parisinus n. 3812 *A* saec. X, antea Iacobi Thuani (cuius nomen libro inscriptum esse mutavit Henr. Omont), Guerardianorum *I*, passim evanidus factus, Parisino n. 1154 simillimus, non totus ad hanc editionem collatus est. Du Chesne hist. Franc. script. 1 (1636) p. 8 in forma Notitiae, quam dedit 'ex aliis codd. mss. bibliothecae Thuanae', ut expressit librum n. 54, ita secundo loco hunc adhibuit; nam et alia conveniunt et quod dat XI, 5 *Diensium Dibiumum* ex meis ad hunc proxime accedit, in provincia Lugdunensi quarta et Maxima Sequanorum et Viemensi, quatenus eas secundario loco

expressit Duchesnius, codex ab eius editione recedit in his: IV. 3 *Autisiodorum] autisidiorum* — IX. 1 *Vesontinensium] uesontionicum* — IX. 3 *Elritiorum hoc est Arcenticus] helritiorum auentius* — IX. 5 *Vindonisense] vindonissinse* — XI. 11 *Carullicorum] ca. Alliorum* mut. in *cabelliorum*.

22. Parisinus n. 4280 B saec. X loco priore f. 1. Guerardianorum L. Seeckianorum 22 c. 2, videtur descriptus esse ex Berolinensi n. 1719.

23. Parisinus n. 5001 saec. XI f. 29. Guerardianorum S. Seeckianorum c. 2, proxime 23 accedit ad Parisinum 1154 (vide subser. laterculi Gallicani), post recapitulationem sequitur locus de metropolitanis: *metropolitani a mensura civitatum vocantur* cet.

24. Parisinus n. 9631 saec. XII f. 1' similis Parisino nuper empt. 1160 in omnibus 24 (ut in his duobus libris solis Morini et Bononienses VI. 11. 12 relati sunt ad Belgicam primam) et videtur ex eo descriptus esse.

25. Parisinus n. 13657 saec. XI f. 123. recapitulatio abest. 25

26. Parisinus nuper emptorum n. 1160 saec. X f. 3 habet laterculum Gallicanum, 26 deinde provinciarum forma solita decurtata.

27. Vaticanus reginae n. 982 saec. X f. 4'. laterculi Gallicani prooemium quoddam 27 rettulimus in apparatus, recapitulatio abest.

Libri 28, 29, 30, 31 habent laterculum Galliarum, deinde non in Bernensi, sed in reliquis tribus provinciarum formae decurtatae, post hos notitiam locorum urbis Romae, scilicet excerpta ex Notitia urbis formae peculiaris ea quae edidimus supra p. 516. *Castrum Nandonis* IV. 10 non reperitur nisi in quattuor his libris similiterque iis solis communis est collocatio Morinorum et Bononiensium VI. 11, 12 post Suessiones, fortasse tres recentiores 29, 30, 31 originem ducunt ex Bernensi, cum provinciae Lugdunensis quartae nomen in hoc evanuerit, in illis deficiat, id si ita est, laterculus provinciarum in his ex altero codice accessit.

28. Bernensis n. 451 saec. X, antea Petri Danielis, f. 144 (apographum huius indicis, 28 non cod. Bern. 26 A, ut ait Hagen catal. mss. Bern. p. 20, factum a Bongarsio 'ex veteri ms. P. Danielis' extat in eadem bibliotheca cod. 141 n. 325 b), adhibitus est a Brambachio mus. Rhen. 23 (1868) p. 267.

29. Parisinus n. 14743 saec. XIV, antea S. Victoris n. 262, Guerardianorum U, ad 29 etymologias Isidori adiungit laterculos hos, apographum huius codicis cum praescriptione 'ex v. c. post Isidori originum lib. haec bona fide descripsi a CLO, CI, C' extat in codice Lugdunensi Vossiano Laf. oct. n. 24 fol. 19.

30. Parisinus n. 15009 saec. XII, antea S. Victoris n. 567, Guerardianorum F. 30

31. Vaticanus reginae n. 728 saec. XIV f. 101. 31

*recte ordinati Gallis in laterculo provinciarum deficientibus propter hiatum notioem.*

Libri 32, 33, 34, 35 dispositi sic ut Berol. n. 1743 (n. 14) adiecta quoque recapitulatione coniunguntur hiato eo, qui intercepit Gallicani laterculi extrema XVII. 2—8 et laterculi provinciarum priora ante Pannoniam secundam, a qua in his exemplis incipit. Elusa quoque XIV. 1 in omnibus his libris tam primo loco est quam postremo, denique tres eorum 34, 35 et huius apographum 32 communem habent laterculi provinciarum clausulam hanc: *sunt in hunc mundum (in hoc mundo 34) civitates VDCXXVII* 35.

1) Codex Neapolitanus IV. D. 22 B (vide supra p. 529 n. 4) saec. XV post itinerarium Antonini sub titulo *de cosmographia* habet tractatum de orbe sub Augusto dimenso p. 21—23 Riese, oppida numerans in omni orbe CCLXX et in reliquis quoque non discedens a forma solita, sed adicitur in fine: *mares civitates que edificate sunt super terram sunt sex milia quadringente viginti octo*, quod videtur sumptum esse ex libro aliquo huiusce ordinis.



haec clausulam postquam edidi in *Hermae* vol. 21 p. 491 ex Parisino 13403. observavit Kubitschek (ib. vol. 22 p. 465) civitates populosque apud Ptolemaeum enumeratos ad eam fere summam adscendere: sed difficile est credere ad eum numeros computatos esse a librariis saec. IX iis, quibus haec indicatio accepta ferenda est.

32 32. Bruxellensis n. 6439—6451 saec. X descriptus est ex Sanctomerensi n. 35. quae insunt enumerantur MG. SS. 2 p. 192.

33 33. Parisinus n. 3537 saec. IX f. 192, *Guerardianorum G.*

34 34. Parisinus n. 13403 saec. IX, aliquando S. Petri Corbeiensis (n. 92 antiqui catalogi sic ibi descriptus: *Beda de natura rerum, de temporibus, chronica*; cf. Delisle *bibl. de l'école des chartes* ser. 5 tom. 2 a. 22 = 1861 p. 503), postea Sangermanensis n. 990, *Guerardianorum X.* huic libro praeter errores, a quibus coniuncti immunes manserunt (e. c. XV, 2, 6, 8) proprium est, quod Belgicas duas primo loco ponit, sine dubio quod librarius ibi degebat.

35 35. St. Omer n. 697 + 706 saec. X vel XI ineuntis post Eutropium (cf. praef. Droyseni p. V) et chronica Marcellini comitis, de quibus suo loco referemus, ante Gregorium Turonensem cum annalibus Bertinianis adiunctis laterculos habet, quos descripsit ex codice Parisios misso mea causa Girardus.

Duacensis n. 753 saec. XI/XII in chronice Vedastinis (editis SS. XIII p. 674 seq.) p. 681 ex laterculo affert partem provinciae Belgicae secundae tanquam excerptam ex *historia Marcelli consulis*, usus scriptor codice eo qui praecedit laterculum partem credidit chronice Marcelliniani.

*recte ordinati cum duplicatione Alpium Graiarum.*

Libri hoc capite recensiti incipiunt a nominibus XI regionum, quibus solet praescribi *incipiant nomina undecim regionum continentium infra se provincias CXIII* (sic Lond., similiter ceteri), sequuntur laterculi duo provinciarum cum Alpibus Graiis et in Italia et in Gallia loco extremo et Gallicanus, ab hoc ordine ubi libri discedunt, id indicatum est. in eodem librorum ordine primum comparet adiecta provinciis Illyrici inter Epirum novam et Noricum ripense provincia nescio quae *Pampica* (sic plerique, *pampica* 38, *pampina* 39), ideo opinor quod cum duae provinciae Valeria et Praevalis librariis una viderentur *Valeria praevalens*, pro Illyricanis undeviginti duodeviginti tantummodo numerabant, eam interpolationem habent libri ex infra recensitis duo saec. X 38, 39, recentiores autem complures, ex meis n. 36, 42, 43, 49, 54, 55, 62, 63, 66 et sine dubio alii non pauci hoc loco a me non inspecti.

35A 35A. Chartres n. 193 [172] saec. XI (cf. Schulte itin. Gall. in actis minoribus acad. Vindobon. vol. 59 a. 1868 p. 460 n. 249 imagine adiecta: *cat. gén. des mss. des bibl. publ. de France* vol. 14 a. 1890 p. 99).

36 36. Einsidlensis n. 357 saec. XII f. 100; praecedit Honorii Augustodunensis imago mundi, sequitur *divisio orbis terrarum* (Riese p. 15—19).

37 37. Leidensis Scaligeranus n. 70 saec. XI f. 107. praecedit Gallicanus, laterculus provinciarum deficit in Ponto verbis *serta Ar...* folio quod sequebatur avulso.

38 38. Londiniensis musei Britannici Cottonianus Claud. C. VI saec. X f. 1 regiones habet bis, nimirum et ubi supra indicatum est et post laterculum provinciarum.

39 39. Mediolanensis Ambrosianus A 16 inf. saec. X, antea *monasterii S. Dionisii Mediolanensis ordinis sancti Benedicti* f. 113, 151 in omnibus convenit cum Londiniensi modo recensito.

40 40. Montispessulanus n. 280 (*catal. des mss. des dép.* vol. 1 a. 1849 p. 400) saec. XIII f. 75 convenit in omnibus cum n. 38, 39; quamquam in provinciarum laterculo num sic ut supra indicatur Galliae adsint, non est enotatum.

11. Parisinus n. 12145. antea Sangermanensis 366. saec. X f. 1 (apographum vetus 41 provinciale saeculo X exaratum) reperitur inter collectanea Maurinorum cod. Paris. 11889 f. 139). Guerdianorum II. Seeckianorum a 2.

12. Vaticanus Palatinus n. 1357 saec. XIII f. 20 descriptus est opinor ex Vat. reg. 42 1896 (cf. adm. ad Illyr. 8).

13. Vaticanus reginae n. 1896 saec. XI. quem habuit antea Alexander Pauli filius 43 Petavii senator Parisiensis anno 1632. regiones XI bis ponuntur ut in Londiniensi. edidit laterculum Gallicanum ad hunc librum tum Petavii du Chesne hist. Franc. script. 1 (1636) p. 11.

*Caroli Langii* membranæ perantiquæ ad provinciârum laterculum adhibitæ ab Andrea Schotto (itinerarium Antonini Augusti et Burdigalense. Coloniae Agrippinae 1600 p. 121 seq.) imperfecte notæ sunt: nam Gallicanum laterculum Schottus ex Aldina (n. 61) repetivit nullo libro scripto adhibito. provinciârum autem ex eadem editione et Seenhoviana (cf. p. 568) adnotatis vel in textum receptis hic illic veteris codicis variis lectionibus. sed cum in præfatione scribat eius ope Pampicam provinciâram Illyrico restitutam esse. accedant item Alpes Graiæ et Italiae restitutæ contra editiones illas duas et relictæ Gallis secundum Aldinam. reliqua quoque recte conveniant. huius ordinis Langianus liber fuerit necesse est. legebatur in eo Afr. 2 *nemodia*. Hisp. 7 *ab oceano* / *ab eo curuo*. Thr. 5 *lycos* / *lucus*.

*similes adiuncti Vibio Sequestri.*

Qui sequuntur libri recentiores omnes laterculos duos vel certe alterum provinciârum una cum tractatu de verbis Gallicis inter geographica varia collocaverunt Melæ. Vibii Sequestri. Pauli diaconi. Guidonis. Boccatii aliorumque. Alpes Graias plerique certe eorum duplicant.

14. Florentinus Laurentianus plut. 30 cod. 21 saec. XIV. cui inscriptum: *liber Cos- 44 lucii Pierii Salutati. liber Cosme Iohannis de Medici.* post Vibium Sequestrem f. 36 præmisso titulo nullo exhibet tractatum de urbibus Gallicis. deinde laterculos duos. regiones XI recensentur post provinciârum laterculum. a Gallicano absunt nomina provinciârum excepta prima cum numero civitatum.

15. Leidensis Vossianus quart. n. 121 saec. XV post Melam et Vibium Sequestrem 45 f. 49' præmisso titulo *incipiunt nomina regionum cum provinciis suis* exhibet tractatum de urbibus Gallicis. laterculum provinciârum inscriptum *nomina provinciârum Romanarum*. nomina regionum XI. laterculum Gallicanum. qui fuit mutilus XVI, 5.

16. *Mediolanensis Ambrosianus* a me non repertus (diversus scilicet a supra re- 46 censito n. 39) adhibitus est a Laurentio Theodoro Gronovio (varia geographica Gronoviorum Lugd. Bat. 1739 p. 49—62). post nomina dioecesium XI proponuntur *nomina provinciârum Romanarum*; adsunt *Alpes Graiæ* tam in Italia quam in Gallia loco extremo; ab Illyrico abest Pampica; subscriptum laterculo: *fiunt simul provinciæ numero CXII* additis nominibus regionum. sequitur laterculus Gallicanus. liber proxime accedit ad Laurentianum 30, 21 et affinem Laur. Libr. 897 (cf. I. VII. l. XI. 1). quamquam hoc integrior est habens in laterculo Gallicano nomina provinciârum omnia et fortasse huius archetypum. in laterculo Gallicano ea tantum ad hunc codicem recte referentur. in quibus Gronovianus textus recedit a Schottiano: discrete quid codex habeat. raro Gronovius enuntiat.

17. *Parisinus* n. 4800 saec. XV eadem habet atque Leid. Voss. quart. 121. 47

18. Vaticanus n. 1196 saec. XV f. 55' similis Laurentiano 30, 21. laterculus Galli- 48 canus descriptus ex archetypo mutilo delicit XII. l.

Florentinus Laurentianus aedilium n. 168 saec. XV f. 77 Laurentiano 30, 21 simillimus est in eo quoque quod desunt provinciârum inscriptiones neque tamen ex eo descriptus (VII. 2 cod. 30, 21 *strathburos*. aed. *strathburg*). non contuli.

Florentinus Laurentianus Librianorum n. 897 saec. XV f. 182 item similis est praecedentibus. praescriptum est laterculo Gallicano: *nomina provinciarum vel civitatum in provinciis Gallicis*. totum non contuli: ad Gall. VIII, 1 quod ex eo enotavi ostendit, quatenus in eo contaminatio processerit.

Ad idem librorum genus pertinent etiam qui sequuntur habentes solum laterculum provinciarum cum tractatu de verbis Gallicis omisso Gallicano:

Neapolitanus IV D 22 saec. XV (cf. Jannelli cat. p. 125)

Vindobonensis n. 3190 [rec. 298] saec. XV f. 12'

Vaticanus Ottobonianus n. 643 saec. XV f. 180, 181

Vaticanus Urbinas n. 152 saec. XV f. 135

Editio princeps laterculi provinciarum (cum tractatu de verbis Gallicis), quam supra p. 511 diximus prodixisse Romae a. 1505, ex horum librorum aliquo ducta est. reperiverunt eam is cuius cura Romae apud Iac. Mazoehium a. 1523 prodierunt 'de Roma prisca et nova varii auctores', et qui laterculum cum Eutropio adiunxit hunc edens Basileae a. 1546 Sconhovius, unde sub nomine laterculi Sconhoviani transit in editiones Eutropii posteriores, ut Verheykii a. 1762.

*similes alii.*

Libros 49, 50, 53, 54 similesque mutilos 51, 52 pendere ex eodem exemplari praeter alia ostendit quod laterculo Gallicano praescribitur *nomina civitatum Galliae Lugdunensis*; praeterea similiter ordinati sunt atque qui praecedunt.

49 49. Bernensis n. 208 saec. XIII.

50 50. Montispessulanus n. 3 (Pertz *Archiv* 7, 193; *cat. des mss. des dép.* vol. 1 a. 1849 p. 287) saec. XII in principio voluminis prioris. laterculum Gallicanum descriptum misit Girard; provinciarum laterculum non habui descriptum.

51 51. Parisinus n. 1158 ex. II (continentur eo laterculorum horum exemplaria tria) folio 157 saec. XII/XIII hodie solitario. Guerardianorum *C.* non habet nisi extrema inde a provincia Maxima Sequanorum. in iis autem quae supersunt ad supra recensitos libros prope accedit.

52 52. Parisinus n. 6186 saec. XIV f. 131. Guerardianorum *T.* item mutilus incipit a provincia Lugdunensi tertia; praeterea nomina provinciarum omnia a miniatore non sunt expleta. in iis quae supersunt convenit cum supra recensitis. adscriptos habet ad multas civitates nomina Francogallica.

53 53. Romanus Casanatensis B. III. 1 saec. XIII. descriptum misit L. Hartmann.

54 54. Vaticanus reginae n. 905 saec. XIV. hunc librum expressit du Chesne hist. Franc. script. vol. 1 (1636) p. 8 praescribens 'ex aliis codd. mss. eiusdem bibliothecae Thuanae, quorum variae lectiones marginibus adscriptae sunt', scilicet in textu, cum lectiones maxime in prov. IV et IX (praesertim 3 *auilicorum*) huic soli libro ex nostris satis conveniant. Thuani cum tum fuisse inde ne colligas; composuit editor parum curiosus sub hoc capite apparatus ex pluribus plurium libris petum.

*recte ordinati corrigentes Alpes Graius male duplicatas.*

55 55. Londiniensis musei Britannici Cottonianus Faust. A. VIII scriptus sub rege Johanne (1199—1216) inter plura argumenti diversi, quae enumerat catalogus editus p. 603, f. 102 laterculos duos proponit provinciarum et Gallicanum, quorum ille habens praescriptum indicem regionum XI eo nomine recedit a forma solita, quod postremum locum tenent in Italia *Alpes Graie*, Gallia exhibetur sic:

Galliarum prouintie numero XVII

Viennensis

Narbonensis prima  
 Narbonensis secunda  
 Aquitania prima  
 Aquitania secunda  
 Novempopulana  
 Alpes maritime  
 Belgica prima, in qua est Treveris  
 Belgica secunda, in qua est transitus ad Britanniam  
 Germania prima super Renum  
 Germania secunda super eundem  
 Lugdunensis prima super Rodanum  
 Lugdunensis secunda  
 Lugdunensis tertia super Ligerim  
 Lugdunensis quarta super Sequanam  
 Maxima Sequanorum  
 Alpes Peminæ.

Londiniensis musei Britannici Cottonianus Tib. A. IX saec. XIV f. 23. 24 laterculos repræsentat sic ut præcedens, ex quo videtur descriptus esse, non contuli.

56. Parisinus n. 4909 saec. XV fol. 11. Guerardianorum *Q*, et in ordinatione similis est præcedentibus et eo quod in provinciarum laterculo in Italia Alpes Graias habet, in Gallia Peminas.

57. Parisinus n. 1158 loco tertio (insunt duo alia exempla n. 20 et 51) saec. XII XIII, Guerardianorum *D*, principio omisso laterculum Gallicanum habet inde a II. 5. fortasse descriptus est ex n. 58, certe simillimus.

58. Parisinus n. 3539 A saec. X f. 6. Guerardianorum *H*, duplicationem Alpium Graiarum ita corrigit, ut eas in Italia habeat, omittat in Gallia, ultimo loco ponens Alpes maritimas.

59. Parisinus n. 1375 saec. XII f. 2 respondet præcedentibus, Alpes Graias tribuens soli Italiae, in Gallia finiens in Alpibus maritimis.

60. Parisinus n. 4955 saec. XIV, antea Thuani, Guerardianorum *R*, f. 99 conuenit cum Paris. n. 1375 neque tamen ex eo descriptus est.

61. Bononiensis (*Boulogne sur mer*) n. 115 (*cat. des bibl. des d'p.*, vol. 4 a. 1872 p. 611), antea monasterii Berriniani n. 113, saec. XII, canonibus Isidorianis præmittit et pontificum catalogum, qui a prima manu pervenit ad Eugenium III (1145—1153), et duos laterculos provinciarum et Gallicanum, hic ex eo libro editus est in actis academiae Bruxellensis ex schedis Anselmi Berthod vol. 5 (1788) p. 62—60, satis habui uti edito exemplari laterculi Gallicani.

62. Parisinus n. 11311 saec. XII, antea S. Victoris 567 (librum monasterio comparavit Iohannes la Masse prior eius per a. 1448—1458; cf. Delisle *cabinet des manuscrits de la bibl. nat.*, t. II a. 1871 p. 217), Guerardianorum *I*, item canonibus Isidorianis laterculos duos præmittit, prior post indicem regionum, cuius titulationi spatium vacuum relictum est, inscriptus *nomini provinciarum Italie* dioecesi Italianae septendecim provincias ita adscribit, ut Alpes Cortiae adsint bis et suo loco et extremo post Corsicam substitutæ ibi Graiis, dioecesis Gallica plena est nec recedit a solita forma nisi additis ad Lugdunensem primam verbis *super Rodanum*. Hisp. 6 ridiculus error *inter Calpen et Gelsonum* redit in libro Londiniensi Cott. Faust. A. VIII, nobis 55, sequitur laterculus Gallicanus.

63. Vaticanus n. 631 saec. XIII in supra dictis omnibus cum Parisino 11311 con-

sentit, nisi quod regionibus XI praescribitur *nomina provinciarum Romani imperii* et in laterculo priore *Alpes Cottiae* factae sunt *Alpes ariv*.

- 61 61. *Aldi Manatii* editio Venetiis a. 1518 post Melam, Solinum, itinerarium Antonini, Vibium p. 186—190 ex laterculo provinciarum exhibet dioeceses duas, Italicam cum Alpibus Cottis duplicatis ut legitur in codice Parisino 14314, deinde Galliarum provinciis ita dispositis: XI, XV, XVI, XIV, XV, XVII, V—XVI, I—III, bis positus ita pluribus, post eas laterculum Gallicanum.
- 65 65. Sangallensis n. 663 inter alia collectanea Tschudiana (Parthey et Pinder praef. itin. Anton. p. XXIX) continet p. 89—94 libelli provinciarum dioeceses duas Italicam et Gallicam et libellum veterem provinciarum Galliae' adhibito praeter editionem Aldinam, quam passim Tschudius expressit, codice quoque ni fallor, praeterea multis locis textu coniectura saepe temeraria interpolato.
- 66 66. Schotti editio a. 1600, de qua supra p. 567 diximus ad librum Langianum, laterculum Gallicanum expressit ad Aldinam.

Codices tres n. 67, 68, 69 incipiunt a laterculo provinciarum intitulo sic: *item recapitulatio de nomina regionum cum provinciis suis* (sic n. 67, 68), cuius dioecesis Italica recte procedit ut reliquae quoque excepta Gallica sic mutata ad laterculum alterum, exhibui ad codicem 68.

#### Galliarum pro. um. XVII

- Lugdunensis prima, in qua est Lugdunum.  
 Lugdunensis secunda, in qua est Rotomago.  
 Lugdunensis tertia, in qua est Toronus.  
 Lugdunensis quarta, in qua est Senonas.  
 Belgica prima, in qua est Treveris.  
 Belgica secunda, in qua est Remus.  
 Germanica prima, in qua est Mogontiaci.  
 Germanica secunda, in qua est civ. Agripinensium.  
 Maxima Sequanorum, in qua est Vesancio [quae vocata est olim Crisopolis id est aurea civitas *add.* 70].  
 Alpes Graiarum et Peninarum, in qua est Centronium, id est Tarantasia, Vel-lensium (uallensium 67) quod et Octodoro (et Verusager quod est Val-lensium seu Octodorum 70).  
 provinc. Viannensis, in qua est Vienna.  
 Narbonensis prima, in qua est Narbona.  
 Narbonensis secunda, in qua est Aquis.  
 Aquitania (aquitanica 67) prima, in qua est Bituricas (Beturgas 67).  
 Aquitanica secunda, in qua est Burdigala.  
 Novempopulana, in qua est Elosa.  
 Alpes maritimarum, in qua est Elridunum.

- 67 67. Monacensis n. 396 saec. X f. 12. in laterculo provinciarum legitur *Lugdunensis quarta in qua est Remus* omissis interpositis, librum non esse descriptum ex Parisino n. 2123 inde intellegitur, quod in Illyrico 15, 16, 17, 19 recte habet quae alter omisit vel corripit.
- 68 68. Parisinus n. 2123 saec. IX, aliquando *P. Pitthoci*, deinde *Iac. Aug. Thuani*, f. 52, adhibuit eum du Chesne hist. Franc. script. I (1636) p. 6 'ex duobus pervetustis codd. mss. qui asservantur in bibliotheca Francisci Thuani Iacobi Augusti filii', quorum secundus in margine adlegatus hic est: Guerardianorum est *E.* Seeckianorum *A*<sup>2</sup>. laterculi prioris partem Gallicam supra expressi, reliqui variam lectionem a solita forma passim recedentem in apparatus recepi (v. p. 521).

69. Parisinus n. 1280 A saec. X f. 3 cum supra enumeratis fere conveniens sub titulo *recapitulatio de nominibus XI regionum cum provinciis suis* laterculum provinciarum exhibet ita, ut pro dioecesi Galliarum insertus sit ipse laterculus Gallicanus, non ut in modo recensitis eius epitome. laterculus provinciarum finit in Aegypto omissa Britannia.

Eandem dispositionem duo libri qui sequuntur paullum immutarunt, scilicet sub praescriptione *incipit capitulatio de nominibus regionum* laterculum provinciarum dant ad eandem formam, qua modo recensiti paucis adiectis ad Galliam quae ibidem indicavi: deinde laterculum excipiunt quae sequuntur pertinentia ad Italiam:

in provincia Haetruria sive Tyrrea civitas numr: civitas Romensium metropolis.

in provincia Cappuensi civitas Cappuensis metropolis numr

in provin. Flammensi civi. num. civ. Ravenensium metro.

in provincia Venetiensi et Istriensi num. civitas (*ins.* num.) Aquiliensium ipsa est Forum Iuli.

in provint. Pycocensi seu Liguriensi civit. numr. XX: civit. Mediolanensium metropolis: civit. Vigintimiliensium: civit. Albingensium: civit. Wadis: civit. Genua: civit. Tartona: civit. Eborea: civit. Taurinis: civit. Alba: civit. Astensis: civit. Aquis: civit. Verceilis: civit. Noveria: civit. Cremona: civit. Bergamo: civit. Laude: civit. Regio: civit. Parma: civit. Brixa: civit. Curia.

70. Parisinus n. 1280 B saec. X loco posteriore f. 71 (priori f. 4 aliud exemplum n. 22 legitur) Guerardianorum est *M.* Seeckianorum *A*<sup>3</sup>. cum librum, Thuani ut ait, expressit du Chesne hist. Franc. script. 1 (1636) p. 6 (lectio in margine adiecta est codicis 68).

Augustae Praetoriae apud capitulum codex adservatus saec. X exeuntis mihi non visus, descriptus a Bethmanno *Archiv* 9, 627 ei qui praecedit simillimus videtur esse: certe cum eo in plerisque conveniunt quae inde adferuntur, in his verba *civit. Mediolanensium metropolis* et quae sequuntur in nullo alio codice reperta, plus habet in provincia Germania secunda haec: *per invocationem itaque in provincia Germania est ad septentrionem posita civitas metropolis Turavensis, idem et Salzburgensis.*

*incipientes ab Alpibus Graeis descripti ex Spirensi.*

Habent omnes laterculos duos Gallicanum et post hunc provinciarum.

71. Monacensis n. 791 descriptus ex Oxoniensi. vide supra p. 530. 71

72. Monacensis antea Petri Victorii n. 10291. Seeckianorum *C*<sup>2</sup>. vide supra p. 531. 72

73. Oxoniensis Canonicianus Lat. misc. n. 378. vide supra p. 530. 73

74. Parisinus n. 9661. in laterculi Gallicani editione Guerardiana *Y*. vide supra p. 530. 74

75. Vindobonensis n. 3103. vide supra p. 531. 75

Reliquos non adhibitos supra p. 530 seq. recensuimus.

*incipientes a provinciis Lugdunensibus quinque (infra p. 581).*

Codicum hic enumeratorum plerique (certe n. 76, 78, 79, 81, 82, 83, 85, 87 sunt inter codices enumeratos apud Maassenum *Quellen* 1, 111 seq.) continent syllogen Dionysio-Hadrianam, abest quoque a plerisque huius ordinis libris laterculus provinciarum: habent eum solummodo n. 79, 81, 85. familia haec multas mendas habet sibi proprias: II, 2 *Baiocassium* | *Bolocus(s)ium* — III, 6 *Corisolithum* | *C(h)orisoporum* vel *Chrisoporum* — VI, 7 *Turnaccensium* | *Turiacensium* — IX, 4 *hoc est Crussopolinorum* similiterve — XI, 4 *hoc est Belisio* similiterve — XI, 5 *Densium* | *Athensium* — XI, 13 *Arlatensium* | *Arlatensium*. error XVI, 2 *Aptensium* | *Athensium* communis ei est cum vetusto libro 6.

76. Bruxellensis, n. 495—505 saec. X f. 207, antea beatae Mariae Aureaevallis. 76

- 77 77. Einsidlensis n. 191 saec. X f. 229. sylloge canonum hoc codice continetur Quesneliana (Maassen *Quellen* I. 487).
- 78 78. Eporediensis n. 74 saec. X. exemplum mihi misit capitulum Eporediense.
- 79 79. Carolorubensis n. CIII olim Augiensis. ut dixi supra (n. 2), secunda manu saec. IX ad huius ordinis codicem emendatus est et ab eadem adiectus laterculus provinciarum. is est formae solitae decurtatae, relatus. ut dixi supra p. 524. in apparatus. Gallicani secundum lectiones X. I. XVII. 6 adhibuit scriptor librum similem Bernensis n. 12, quamquam is sequitur ordinem solitum.
- 80 80. Coloniensis n. 106 (Darmstadiensis n. 2106) saec. IX inter miscellanea quae recensent Jaffé et Wattenbach eed. Colon. codd. p. 43. f. 71. ediderunt laterculum ad hunc codicem iidem I. c. p. 133.
- 81 81. Monacensis n. 3860 A saec. X f. 178. proxime accedit ad Sangallensem n. 671.
- 82 82. Novariensis n. 30 saec. X f. 1.
- 83 83. Parisinus n. 3813 saec. X f. 206', Guerardianorum *J*, Seeckianorum *b* 2.
- 84 81. Parisinus n. 3852 saec. X f. 231. Guerardianorum *K*. post Isidori canones sequitur laterculus provinciarum. in quo dioecesis Italia finit in Alpes Graias, deinde Galliarum provinciae XVI sine Alpibus Graiis et dioeceses Africae, Hispaniae, Illyrici (ad Thessaliam); sequitur laterculus Gallicanus; post hunc laterculus provinciarum a Pannonia secunda (Illyr. 3) ad finem cum recapitulatione *in Gallia XVII ... prima Britannia*. Illyrici itaque provinciae 3—19 adsunt bis. in provincia IX numerus civitatum retentus est antiquissimae numerationis.
- 85 85. Vaticanus n. 1338 saec. XI sine dubio descriptus est ex eo qui praecedit (v. X. I. XIV. I. 12 cet.). cf. Maassen act. minor. Vindob. vol. 53 a. 1866 p. 391. ad hunc codicem utrumque laterculum ed. Schelstrate antiquitas ecclesiae tom. 2 (1697) p. 613.
- 86 86. Vaticanus Palatinus n. 578 saec. IX/X f. 123. antea Mogontiaccensis ecclesiae sancti Martini.
- 87 87. Sangallensis n. 671 saec. IX p. 110. huius libri apographum sumpsit Baluzius (*armoires* III 17. nunc vol. 95 f. 221). quod citat Guérard p. 31.
- 88 88. Vindobonensis n. 11857 saec. XVI.
- 89 89. Turicensis bibliothecae exemplar vetustissimum et emendatissimum. quod fideliter ait expressisse se Iosias Simler (Aethiici cosmographia. Antonini Augusti itinerarium. Basileae 1575 p. 318—353). in ea frustra quaesiverunt amici.
- 90 89 A. Guelferbytanus Weissenburgensis n. 3 saec. X f. 172. mentionem libri fecit Mone *Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins* 10 (1859) p. 404.

*incipientes a provincia Viennensi (infra p. 581).*

Ex libris hic enumeratis Parisinus n. 3838 continet syllogen Dionysio-Hadrianam (Maassen *Quellen* I. 113). laterculo provinciarum praemittuntur *nomina XI regionum continentium in se provincias CXIII*, praescribitur: *nomina provinciarum vel civitatum quarundam*. dioecesis Galliarum adest; Alpes Graiae bis reperiuntur et in Italia et in Gallia. post duos laterculos sequitur tractatus de verbis Gallicis in Friburgensi et Parisino 3838.

- 91 90. Burdigalae apud senatorem Philibertum du Sault codex qui fuit editus apud Duchesnum hist. Franc. script. 1 (1636) p. 12 inter mihi visos non reperitur.
- 92 91. Friburgensis Brigaviae n. 8 saec. X f. 1. adhibuit eum Brambach mus. Rhen. 23 (1868) p. 265; Seeckianorum est *a* 1.
- 93 92. Parisinus n. 2119 saec. X, antea Telleriano-Remensis n. 29, Guerardo *E'*. in provinciarum laterculo Alpes Graiae locum tenent in dioecesi Italiae ante Corsicam et finit laterculus in Hispaniis.

- 93 Parisinus n. 3838 saec. X.  
 94 94. Parisinus n. 16252 saec. XIV f. 26. praescriptiones miniatori reservatae non sunt expletae.  
 95 95. Parisinus n. 16897 saec. XII f. 375. insunt canones Isidoriani.  
 96 96. Parisinus nuper emptorum n. 2253 saec. X f. 1. insunt canones Isidoriani.  
 97 97. Vaticanus reginae n. 1127 saec. X mutilus in principio incipit a Novempopulana: deficient igitur et provinciarum laterculus et ex Gallicano provinciae XI. XV. XVI. XII. XIII.

*diversi et incerti.*

- 98 98. Florentinus Laurentianus Librianorum 1554 saec. XII. ex quo laterculum episcopiorum edidit Delisle *notice sur les mss. du fonds Libri (Notices et extraits des mss. de la Bibl. Nationale XXXII. 1 a. 1886)* p. 72, non bonus est, sed peculiaris. post canonum syllogen leguntur ibi locus de provinciis Italiae excerptus ex Pauli hist. Lang. 2. 11—22 — de ventis — particulae quaedam laterculi provinciarum (*Pannonia prima . . . Cappadocia*) — de mensuris et ponderibus quaedam — index pontificum Romanorum finiens in Calixto II (1119—1124: anni suppleti sunt in hoc a manu secunda) — Bedae chronica minora — laterculus episcopiorum — laterculus coemeteriorum urbanorum similis eis quos edidit ex codicibus aliis Rossius *Roma sotterranea* 1 p. 131 *et Bull. crist.* 1878 p. 16 finiens hic in coemeterio Pontiani. episcopiorum pars Gallicana prope accedens ad libros nostros 30. 57. 58 nullo nomine insignis est, sed nullo intervallo continuatur per Hispanias Poloniam Daniam Sueciam sic ut infra exhibetur.

*(rubrica caecat)*

metropolis civitas Terraconsium	civitas Oretio
civitas Detorsa	civitas Beatia
civitas Cesaraugusta	civitas Basti
civitas Tirasona	civitas Setavi
civitas Calagurris	civitas Bianza
civitas Auca	civitas Areabica
civitas Pampilona	Provincia Berice
civitas Osca	metropolis civitas Hispalis
civitas Ilerda	civitas Idalia
civitas Barchinona	civitas Elbra
civitas Egara	civitas Astigis
civitas Gerunda	civitas Corduba
civitas Empurias	civitas Egabro
civitas Urgello	civitas Zauce
Provincia Cartaginis	civitas Eliberri
metropolis civitas Toletio	civitas Malaga
civitas Compluto	civitas Asidona
civitas Accii	Provincia Lusitaniae
civitas Segontia	metropolis Emerita
civitas Oxima	civitas Abila
civitas Palentia	civitas Salamantica
civitas Segobrica	civitas Elbora
civitas Valeria	civitas Caurio
civitas Mentesa	civitas Pace
civitas Vireii	civitas Oxonoba
civitas Viana	civitas Olisbona
civitas Valentia	civitas Kalabria



Provincia Gallitiae	Arosa
metropolis civitas Braeara	Vibiarga
civitas Portugale	Birgila
civitas Conimbria	Nomina civitatum in Suethia
civitas Egitania	Aipsa
civitas Veseo	Biargina
civitas Lameco	Nithirosa
civitas Berica	Scara
civitas Dumio	Liunga
civitas Auriense	Kaupinga
civitas Tuda	Tuga
civitas Luco	Strigin
civitas Iria	Sigituna
civitas Britonia	Arosa
civitas Asturica	Nomina insularum de regno Sueuorum ( <i>sic</i> )
Provincia Poloniae	Gothica australis
metropolis civitas Kenesne	Gothica occidentalis
Postmana	Guasmania
Craco	Sundermannia
Fretiszlaua	Nerh
Plotisca	Tindia
Provincia Danorum	Fedundria
metropolis civitas Lunda	Atanht
Nomina civitatum in Norgueca	Guthlandia
Civitas Lunda [ <i>suppletum ut videtur</i> ]	Guarandia
Roskeada	Findia
Othensia	Hestia
Hethabia	Helsingia
Ripa	Guarmelande
	Teuste

99 99. Vaticanus n. 630. de quo supra p. 563 dictum est. habet adscriptam manu secunda saec. XII ex Gallicano laterculo provinciam Belgicam secundam.

100 100. Leidensis Vossianus fol. n. 96 saec. X. in folio olim soluto legitur laterculi Gallicani pars prior: deficit X 16. S in Vellavis. descriptus est ex archetypo mutilo, nam reliqua pars paginae vacat. edidit Lersch in annalibus Rhenanis vol. 9 (1846) p. 89.

101 101. Laon n. 403 saec. XII (*cat. des bibl. des dép.* vol. 1 a. 1849 p. 207). laterculus Gallicanus desinit paulo ante finem in verbis *sunt omnes iste provincie*: deficit folium quod sequebatur continens sine dubio laterculum provinciarum.

Vaticani reginae duo codices, alter numero non indicato, ad quem Schelestrate (vide p. 563) laterculum provinciarum expressit, alter tum n. 1218, cuius ad illum variam lectionem idem adscripsit, mea causa frustra indagati sunt.

Tiliani libri Sirmondus ad apographum suum codicis tum Corbeiensis (supra n. 5) quas lectiones adnotavit, hoc solum ostendunt adfuisse in eo Argentarienses IX, 7, Agathenses et Magalonenses XV, 5, 6, id quod non sufficit ad eum determinandum.

*Editiones.*

Editiones laterculi Gallicani ita factas, ut certi quidam libri repraesentarentur, ad singulos indicavi: tempore prima videtur esse Aldina a. 1518 (supra n. 61). pluribus libris compositis recensitisve eum ediderunt hi.

Du Chesne historiae Francorum scriptores I (Paris, 1636) p. 4—15 (inde Bouquet *recueil des historiens des Gaules* vol. I p. 122; vol. 2 p. 1 seq.) Notitiae edidit quinque exemplaria adhibitis libris supra recensitis 5, 21, 43, 54, 68, 70, 90.

Guérard *essai sur le système des divisions territoriales des Gaules* (Paris, 1832) repetivit textum Bouqueti adiecta varia lectione codicum Parisinorum plurimorum.

Brambach in *musei Rhenani* vol. 23 (1868) Notitiam recensuit ad libros Guerdianos et alios quosdam bibliothecarum Germaniae et Helvetiae.

Seeck ad Notitiam dignitatum (Berolini 1876) p. 261—274 Gallicanum laterculum adiecit usus fere copiis priorum.

Riese inter geographos Latinos minores (Heilbromae 1878) p. 141—144 laterculum Gallicanum posuit ad editionem Seeckianam.

Quamquam laterculus Gallicanus scriptus non ante finem saeculi quarti, servatus in codicibus duobus mediæ saeculi sexti non plus unum saeculum librariorum incuriam et licentiam perpessus est, brevi illo spatio multis locis forma primitiva immutata sit necesse est, eo magis fortasse quod in tabulariis ecclesiarum Gallicarum multa exemplaria adservabantur et frequenti usu terebantur, nam non solum ex additamentis, quae ab eius auctore aliena esse, dubitari non potest, quaedam (V, 2 *Mettis* fortasse; V, 3 *Tullo*; IX, 2 *Noiodunus*; IX, 3 *Aventicus*; X, 1 *Tarantasia*; X, 2 *Octodurus*) omnes qui supersunt libros occupaverunt, sed etiam supra p. 561 vidimus e contrario quasdam civitates in laterculi forma primitiva locum habuisse in exemplaribus nostris antiquissimis quibusque omissas, denique lectiones variae post codices qui extant certe plerosque examinatos ita sese invicem emendant, ut saepe numero ex optimis plures in erroris communiione deprehendantur nec liceat hic, quod licet plerumque, duobus tribusve libris selectis reliquos spernere, id ut patefieret, composuimus ad locos eos, qui antiquissimo tempore errore vel interpolatione affecti sunt, lectiones librorum eorum, quorum in crisi rationem habendam esse nobis persuasimus, qui sunt fere hi: Coloniensis 212 saec. VI, nobis 1 — Berolinensis Phillipps, 1745 saec. VII, nobis 3 — Parisinus 12097 saec. VI, nobis 5 — Veronensis 52 saec. VIII, nobis 6 — Coloniensis 186 saec. IX, nobis 7 — Albigensis 29 saec. VIII, nobis 9 — Parisinus 4808 saec. X, nobis 10 — Parisinus 2123 saec. IX, nobis 68 — Parisinus 4820 B H saec. X, nobis 70 — Spirensis deperditi saec. IX exemplaria, nobis 71—75, veras vel veris proximas scripturas distinguit asteriscus praefixus.

(provinciæ Gallicæ)	1	3	5	6	7	9	10	68	70	71—75
decem	*decem	<i>om.</i>	<i>om.</i>	<i>om.</i>	<i>def.</i>	<i>om.</i>	<i>om.</i>	<i>om.</i>	<i>om.</i>	<i>om.</i>
(provinciæ septem	*septem	*septem	*septem	<i>om.</i>	<i>def.</i>	*septem	*septem	<i>om.</i>	<i>om.</i>	<i>om.</i>
Matiscoenses I, 5	* <i>om.</i>	* <i>om.</i>			* <i>om.</i>			* <i>om.</i>	* <i>om.</i>	* <i>om.</i>
Turonii III, 1	Toren-	Corin-	Torin-	Torin-	Turon-	Toron-	Turon-	Toron-	Toren-	Turon-
Cenomanni III, 2	(Celomann-	Celomann-	*Ceno-	Carle-	(Carle-	*Ceno-	*Ceno-	Celoman-	Carle-	Celomann-
(Coriosoltes III, 6	(Coriosopit-	(Corio-	(Corioso-	(Coriosopit-	*Conso-	Corisipot-	Corisopot-	*Conso-	*Conso-	*Conso-
Lucemburgensis Senonia	*Senonia	*Senonia	*Senonia	quarta	quarta	*Senonia	*Senonia	quarta	quarta	quarta
IV										
Autisiodorum IV, 3	Autisiodor-	Autisiodor-	Autisioder-	*Autisio-	Autisioder-	Autisioder-	Autisior-	Autisioder-	Autisiodor-	Autisior-
Rauraci IX, 8	* <i>om.</i>									
Deenses XI, 5	*Deent-	*Dehims-	Detens-	*Deens-	*Deens-	*Deens-	Detens-	*Deims-	Detens-	*Deens-
(Carpentoratenses XI, 10	* <i>om.</i>	* <i>om.</i>	* <i>om.</i>	* <i>om.</i>	* <i>om.</i>	* <i>om.</i>	* <i>om.</i>			* <i>om.</i>
Eloisa metropolis <i>p<sup>ro</sup></i>	*Eloisa	Anscii	*Eloisa <i>m.?</i>	*Eloisa	Anscii	Anscii	Anscii	*Eloisa	*Eloisa	Anscii
Anscii XIV, 1			Anscii <i>m. 1</i>							
Benarrienses XIV, 8	*Benar-	*Benar-	Beran-	*Benar-	*Benar-	Berarriens-	Berarriens-	Berarriens-	*Benar-	*Benar-
Agathenses <i>et</i> Magalo-	nent-	nens-	nens- (?)	nens-	nens-				nens-	nens-
nenses XV, 5, 6	* <i>om.</i>	* <i>om.</i>	* <i>om.</i>	* <i>om.</i>	<i>deficit</i>	* <i>om.</i>	* <i>om.</i>	* <i>om.</i>	* <i>om.</i>	* <i>om.</i>
Reinenses XVI, 3	<i>om.</i>	Regens-	Retens-	Regens-	Regens-	Regens-	Retens-	Regins-	Regens-	<i>om.</i>
Salmienses XVII, 1	Salmiens-	Salmiens-	Salmiens-	Sollmiciens-	Salmiens-	Regens-	Sollmiciens-	Salmiens-	*Salmiens-	Salmiens-
(Cemendenses XVII, 7	(Celens-	(Cemelo-	(Cemelo-	(Cemellent-	(Cemuel-	(Celomens-	(Cemelens-	(Celeno-	<i>om.</i>	Semelens-

Ex mutationibus vitiosisve, quae libris antiquissimis pluribus communia sunt, fieri potest, ut quaedam redeant ad auctorem sublata deinde coniectura, ut III, 1 *Toroni* facti *Turini* non solum in libris optimis plerisque, sed etiam apud Ammianum usum exemplari eiusdem laterculi formae paullo antiquioris <sup>1)</sup>; item *Salinienses* facti *Solinenses* in libris omnibus praeter unum 70, qui etiam XVII, 8 solus habet incorruptum vocabulum *Vindensium*, sed longe pleraque aperte ante scriptos libros nostros eorum archetypa ita invaserunt, ut modo hoc exemplar modo illud pristinam scripturam retineret et ita tam vera lectio quam erronea ad codices nostros propagaretur, quid quod vel deterioribus libri hic illuc vera verorumve vestigia retinent in melioribus plerisque oblitterata, ita bipartitionis vetustae reliquias praeter supra indicatos exhibet liber Parisinus nuper empt. 1160 saec. X (26) solus cum inde descripto altero (21), ita in Coriosolitibus litteram *l* in optimis quibusque et longe plerisque expulsam substituta *p* praeter quattuor exemplaria supra indicata saec. IX vel X servant item liber Monacensis 396 (n. 67), qui etiam aliis locis cum melioribus facit, et alii pauci praeterea non conspicui, inter quos codex saec. XV (n. 56) unus omnium in dittographia *coriosolitum vel coriosopiceu* formam vocabuli incorruptam exhibet, nihilominus bona haec cum raro emergant inter sordes aetate posteriore accumulatas et apparatus noster in singulis lectionum statum plene exhibeat, nos ea latius non exequimur, in textu constituendo nulli libro nos maiecipavimus, nullus enim extat qui non sit interpolatus, exempli causa Vindonissa IX, 5 in libro primario *l civitas* nuncupatur, sed in ipso eo non numeratur inter civitates et *castrum* dicitur in libris reliquis bonis omnibus, recte sine dubio, similiter supra iam vidimus in antiquissimo altero 5 Novempopulanae metropolim antiquiorem Elusam a correctore substitutam esse expunctis quos scriptor postulat Ausciis, multo minus vitia orthographica retinui quamquam testata testibus optimis, ut *Betwiges* XII, 1, *Burdegala* XIII, 4, *Pectari* XIII, 5; poterunt tamen quibus vera orthographia ab historico homine abhorreere videtur, delicias suas ex adnotationibus recuperare, recentiorum librorum scriptores oppidorum sibi notorum vocabula passim ad suae aetatis consuetudinem formarunt, ut declarant inter alia *Genavenses* XI, 2 facti *Genevenses*, *Tricastini* XI, 7 facti *Tricestrini*, *Arclatenses* XI, 13 in solis libris qui a quinque Lugdunensibus incipiunt facti *Arclatenses*.

Laterculi exemplaria cum per Gallias multa circumferrentur, saepe numero accidit, ut librariis duorum pluriumve exemplarium copia fieret et ita textum suum ex diversis contaminarent, id persequi possumus in propagine Coloniensis libri 1, cuius exemplar Augiense 2 = 79 scriptum saec. IX eodem saeculo interpolatum est adhibito libro ordinis p. 571 tractati, deinde saec. XI ex Augiensi illo tractum est exemplar Vaticanum 1338 (n. 85); possumus item in Berolinensi n. 3 scripto Lugduni ut videtur saec. VII, cuius exemplar hodie Paris. 1152 (n. 4) sumptum est saec. X apud Vellavos adhibito libro altero diversae indolis, praeterea non solum ubi antiquo tempore lectio mutata est, ut in metropoli Novempopulanae XIV, 1, multi libri ambarum lectionum

1) *Turini* appellantur Turoni praeterea ut apud Ammianum et in laterculo nostro, ita apud Prosperum in chroniceis ad a. 381 (supra p. 161 c. 1175), *Turini* a Gregorio magno ep. 6, 52; vitium igitur fuit pronuntiationis magis, qualis tum obtinuit, quam librariorum, indidem repetendum esse videtur quod concilio inter a. 400—418 a Galliae episcopis habito ita praescribitur (concil. Gall. a. 1789 p. 302): *sancta synodus quae convenit in urbe Tauriniana die X k. Oct. fratribus dilectissimis per Gallias et quinque provincias constitutis*, convenisse eos non Taurinis, sed Turoni et per se manifestum est et inde confirmatur, quod in eo concilio actum est de causa Briccii episcopi Thuronensis (epistula Zosimi *Cum adversus statutu concil. Gall. 1, 339 c. 3*), sed qui sexto fere saeculo corpora ad Gallicenam ecclesiam pertinentia ordinaverunt, concilium illud cum reperirent habitum esse *Torinis*, errore de Taurinis cogitantes eam nominis formam et in praescriptione illa et in epistula Zosimi et in concilio Reicensi a. 439 (conc. Gall. 1 p. 442) verae substituerunt, egi de ea re *Académie 17* (1891), 187.

vestigia servant, sed etiam errores non dubii et a melioribus libris omnibus alieni, ut *Elosaticum* XIV, 1 pro *Elosaticum*, *Concenas* XIV, 5 pro *Concennarum*, item additamenta recentiora, de quibus mox dicitur, late regnant in deterioribus, quae errorum communio non satis explicatur mera propagatione, sed magna ex parte sine dubio originem duxit ex collatione exemplorum diversorum, eodem redeunt dittographiae passim obviae et in universoni ita comparatae, ut statim agnoscantur, aliquot locis autem immutatae ad formam additamentorum, ita II, 5 *Salorum id est Saiorum* non est nisi dittographia parum intellecta, eodem modo *civitas Ecolisnensium* XIII, 3 qui in quibusdam libris appellantur *Aquelinenses*, in aliis additamentum recepit *id est Aqualusinensium*, similis dittographia videtur latere in verbis *ad castrum Uectiense* XV, 10 in multis libris, sed meliore nullo adscriptis: *id est Astituccensi* similiterve, id quod non videtur esse nisi ipsum *cast. Uectiense* parum intellectum et ideo male repetitum, quod iusto audacius esse non contendet qui verba XIV, 11 *ubi castrum Bogorra* quomodo librarii tractarint satis expenderit, III, 7 cum plerique boni libri habeant veram lectionem *Vectum* vel ipsam vel ei proximam, exemplaria ex Spirensi descripta *ciuncti* vel simile quiddam aperte corruptum ex *uencti*, deteriores complures scribunt *Ciantium id est Venctum* iungentes utrumque, similiter corruptela *Arausicorum* XI, 9 pro *Arausicorum* communis est Spirensibus libris cum deterioribus multis potestque in hos venisse ex Spirensi ipso eiusve gemello: nam quamquam inter laterenorum exempla reliqua nullum est ex Spirensi familia sola derivatum (Alpium enim Graiarum provincia primum locum tenet in solis exemplaribus indubie Spirensibus), nihil impedit, quominus ex eiusmodi libro aliquo pars nostrorum emendationes traxerit.

Additamenta, quae in editione separavimus, duorum generum sunt: aut adscribitur civitatis nomen secundum aut oppidum adicitur in laterculo omissum, prioris generis additamenta in libris antiquioribus made solent adscribi, in recentioribus plerumque introducuntur formula *id est* vel *quod est*, sunt autem diversi temporis et diversorum auctorum, alia re optima, maxime ea de quibus supra dixi inventa iam in libris saeculi sexti, alia perversa, II, 1 quod ad Ebroicos in libris multis, sed non bonis adscribitur *Atuativorum* (corruptum in *aeuativorum*, *euativorum*), venit ab eo qui Aduaticam Eburonum (Caesar b. G. 6. 32) rettulit ad Evreux: item qui ad Elloronenses Novempopulanae XIV, 12, hodie Oléron, adscripsit *id est Elnia*, male cogitavit de oppido eo Narbonensis primae, adscriptiones hae omnes mirum quantum corruptae sunt: ita *Benarius* quod esse debuit XIV, 8 vix in uno alterove libro recte legitur, corruptum in plerisque in *Benarius* vel *Benamus*: videntur primitus adscriptae esse litteris minoribus et parum perspicuis, quaedam adeo parum intelleguntur, ut exempli gratia tria vocabula *Alind*, *Adala*, *Carifus* adscripta III, 9 ad Diablintum oppidum, hodie Jublains (cf. Longnon *géogr. de la Gaule* p. 318), Morinorum civitas VI, 11 cum *Ponticum* dicatur in multis libris, fortasse qui haec adiecit adhibito loco *de verbis Gallicis* (vide infra p. 605), ubi mare Gallis dicitur esse *more*, vocabulum ad id veriloquium quodammodo transtulit. — Adiectae civitates castrave, si mittimus additamenta in fine provinciarum III, VII, VIII, X, XIII originis recentissimae, inveniuntur non multa: *Autricum* IV, 4 (male: vide supra p. 556) — *Nivernum* IV, 9 — *castrum Nandonis* IV, 10 — *Laudunum* VI, 13 — *Carpentorate* XI, 10 — *castrum Arisidensium* XII, 9 (cf. Gregorius Tur. hist. Franc. 5. 5 ad a. 576: *Mondericus . . . ad Sigiberti regnum pertransiit et apud Arisitensem vicum episcopus instituitur, habens sub se plus minus dioceses quindccim, quas primum quidem Gothi tenebant, nunc vero Dalmatius Rutenensis episcopus iudicat*) — *Agathe* et *Magalona* XV, 5, 6, ea quo tempore accesserint, ex librorum aetate fere definiendum erit, ubi primum comparent: pleraque eorum non perveniunt ad tempora dominationis Romanae.

Post praefationem (infra p. 584), quam unus codex 4 servavit, inscriptio laterculi, quam plenam et veram idem codex solus exhibet, in libris exhibetur sic:

In provinciis Gallicanis decem quae civitates sint 1, 2, 5, 85

*praem.* incipit serius (*corr. t.e. scius ut vid.*) episcoporum 5<sup>b</sup> (*causans prima post intercallum adiecit*) galliganis 2 decem *om.* 5 quae 1 civitati 1 sunt 2, 85

in provinciis Gallicanis quae civitates sint metropolitanae 9, 10, 11, 17, 19, 100

sunt 11, 100 metropolitanae (metropolis 9, *alii aliter*) *adsumptum est ex ea quod sequitur metropolis civitas Lugdunensis*

adnotatio provinciarum atque urbium Gallicanarum cum privilegiis suis 3, 1, 6, 11, 21, 26, 28, 29, 30, 31, 71, 72, 73, 74, 75

*praem.* incipit 6, 14, in dei nomine (in nomine domini 75) incipiunt 71, 72, 73, 74, 75 (annotaciones 71, annuntiaciones 75, annuntiationes 71, 72, annunciations 73 atque (que 6, et 24) urbium] *plerique*, urbium graecarum et puniarum uel (*om.* atque) 71, 72, 73, 74, 75 (*ex titulo provinciae decimar, quae hic primo est*), *om.* 14 gallicanorum 14, galliarum 6 cum privilegiis (provin̄t 21) suis (suis *om.* 72) *om.* 14

brevis adnotatio de civitatibus metropoleis vel quales sub se habent civitates 5

*praem.* incipit, *sequitur* in italia roma ravenna gradus aquileia mediolanum

capitula quantas civitates metropolis sunt vel sub se qualis civitas habent et castra 15

*praem.* in nomine domini nostri incipiunt

nomina provinciarum 12

*praem.* in nomine domini nostri iesu christi incipiunt

nomina provinciarum vel civitatum in provinciis Gallicanis 37, 45, 47, 48, 67, 68, 70

*praem.* item 67, 68, 70 in pr. gallicanis (gallianis 37) *om.* 67, 68, 70

nomina civitatum provinciarum Galliae 35A, 40, 91, 93

*praem.* incipiunt 40, 91, 93 galiae 91

nomina civitatum Galliae 61, 62, 63

nomina civitatum harum regionum 58, 59, 60

*praem.* haec sunt 59, 60, ea adsunt 58

numerus provinciarum 25, 69

*praem.* incipit 25 galliarum provin̄t num̄ 69

numerus civitatum 20, 22

*praem.* in nomine domini nostri iesu christi incipiunt (*ins.* 20) 20, 22 numerum 22 galliarum *add. non suo loco* 22<sup>2</sup>

numerus provinciarum vel civitatum metropolitanorum vel aliorum 13

*praem.* in nomine sancti [*sic*] trinitatis incipit

 Hamburgensis manu Lindenbrogii descriptus omnino ex Bruxellensi n. 9187 (collatum habuimus a Weiland).  
 Hannoveranus XII. 704 f. 51 seq.  
 Harlemensis n. 20 (*Archiv* 8, 582).  
 Laon (C 1 Bethm.).  
 Leidensis bibl. publ. 30 (C 4<sup>a</sup> Bethm.).  
 Leidensis Lips. 2 (B 3<sup>\*</sup> Bethm.).  
 \*Londiniensis reg. 13. C. XI saec. XIV (E 8<sup>a</sup> Bethm.). partem contuli.  
 \*[Londiniensis Arundell 18 (E 1 Bethm.) Pseudo-Prosperum non habet].  
 \*Londiniensis Harleianus 651 saec. XIV (E 3<sup>b</sup> Bethm.). partem contuli ego, totum collatum inveni in schedis Bethmannianis.  
 Oxoniensis Bodleianus n. 242 saec. XIV (E 7<sup>a</sup> Bethm.).  
 \*Parisinus n. 1793 saec. XII (C 3 Bethm.). contulit Waitz.  
 \*Parisinus n. 4861 saec. XIII (E 7<sup>b</sup> Bethm.).  
 \*Parisinus n. 4862 saec. XIII (E 2 Bethm.).  
 \*Parisinus n. 4863 saec. XIII (D 1 Bethm.).  
 \*Parisinus n. 4864 saec. XIV.  
 \*Parisinus n. 4867 saec. XIV (C 2<sup>\*</sup> Bethm.).  
 \*Parisinus n. 14624 (S. Victor 238; D 2 Bethm.).  
 \*Parisinus n. 17545 (Notre Dame 94) saec. XII (D Bethm.). ad hunc ut videtur codicem (cf. Holder-Egger *neues Archiv* 1 p. 96 not. 1) Pithoeus chronica primus edidit a. 1588. adhibuerunt eundem deinde servatum tum Parisiis apud Loiselium Pontaens a. 1603 (cf. editionis praef. p. 28), servatum ibidem apud canonicum Claudium Iol Benedictini ii qui opera Prosperi ediderunt ibidem a. 1711. contulit Waitz.  
 \*Parisinus recens emptorum n. 1543 saec. XII.  
 Ravennas bibl. civ. Class. n. 139 saec. XV (Bethmannus in schedis et *Archiv* 12, 581) is omnino, quem adservatum tum Ravennae in S. Francisci adhibuit Roncallius, dictus ei antiquus et optimae notae. contulit Bethmann.  
 \*Romanus Vatic. reg. n. 553 saec. XIII.  
 Romae apud Torquatum Rossi canonicum, saec. XV. subscriptum: *nota diligenter que scribit Prosper post Geronimum, prout repperi in libro clarissimi poete divini Et Petrarce quem propriis manibus suis scripserat*, praecedebat Diogenes Laertius Latine versus, sequebantur Hieronymi dicta in laudem psalmorum. vidit Bethmann (*Archiv* 12, 411 et in schedis).  
 Rouen U. 11, 7 (E 5 Bethm.).

Rouen Y. 87. 60 (E 4 Bethm.).

\*Wolfenbüttel Aug. 83. 23 fol. ser. a. 1112 (Holder-Egger *neues Archiv* 1, 92 non recte): subscriptum enim: *hos de temporibus libros ab exemplari scripto per manum celebris memorie Francisci Petrarce transcripsi fideliter ego Iob Mediolani nomine Quintilibus anno ab exordia eius qui circa principium huius operis primus de Hebræorum ordine numeratur IIICCCXXX.* ad locum de Prædestinatis c. 81 adnotantur hæc: *hoc ideo scriptum fuisse credo quia mundum Prosper et Ylarius Arleten receperant ut opinor librum de predestinatione sanctorum quem Augustinus ad eos scripsit. hoc habebat exemplar in margine. michi tamen non impossibile videtur vel post acceptum librum hoc dictum a Prospero de Augustino quamvis iam doctore veritatis, tamen prius erroribus dicens implicito, quod et supra patuit et Augustinus ipse ingenue confitetur. itaque si hoc procedit, de Augustino mundum ad sanctam fidem converso intelligendum quod hic dicitur, et potuit fieri, ut diu ante ortus error in hoc demum tempus erumperet et ut hic dicitur serpere inciperet, Augustino non solum hiis erroribus iam libero, sed et ceteros librante, sed quid horum verum, profiteor me nescire.*

Horum codicum archetypus deperditus Sigeberto visus neque priori ordini librorum supra descripto accensendus est neque posteriori, sed medium locum tenet inter ambo, nam cum Londinicensi communes habet annos 451, 452 et Prosperiana in altero ordine omissa, cum Bambergensi et Monacensi et lectiones veras c. 17 *Mediolani rhetoricum*, ubi *mediolanatorium L.* et c. 68 *Iovini*, ubi *iuvoni L.* et corruptelam c. 20 *erat*, ubi *erudit L.* recte, et Francicos reges quattuor, denique Marii Aventicensis chronicon si habuisset Sigebertus, sine dubio et ipsum adhibuisset, sed cum nulla omnino ne archetypi quidem utilitas foret, si extaret, exemplarium ex eo derivatorum erroribus nolui apparatus onerare.

Primus chronica hæc edidit, ut dixi, Petrus Pithoeus Parisiis a. 1588. postea sæpe reperita sunt cum inter opera chronographica, ut apud Scaligerum ad Eusebium eius a. 1606 et 1658 et apud Duchesium in hist. Franc. scriptorum vol. 1 (1636) et apud Labbeum in bibliothecæ novæ vol. 1 a. 1656 et apud Roncallium a. 1757, tum ab editoribus operum Prosperi Aquitani Benedictini a. 1711 in app. p. 207 seq., Migne vol. 51, pendent autem editores omnes a libris Sigebertianis.

Usus est, quamquam negat Droysenus (praef. p. XLVI), chronicis his Paulus diaconus in historia Romana: sed pro re non multa inde adsumere potuit, quid exscripserit, monuimus in apparatu, post Paulum primus his chronicis usus videtur esse Sigebertus, de quo supra exposuimus.

Orthographiam, quatenus ferri poterat, retinui codicis Londinensis in universum satis emendatam, praeter ea quae in apparatus rettuli sustuli non monito lectore hæc fere:

*u* pro *e*: *aelesia* — *arboagustae* vet.

*e* pro *ae*: *heresis* (semper) — *manichei* — *penic* — *qu* — *uite*.

*e* pro *t*: *bonifacius* — *gracia* — *supersticio* — *valencia*.

*t* pro *e*: *ditio*.

*h* omissa: *scolis*.

*o* pro *u*: *consolatus* — *robor*.

*p* omissa: *promptus*.

geminatio male admissa *eminentem*.

*em pm* pro *e, p.* — *rem publicam*.

## III. V. AD CHRONICA A. DXI.

Chronica deducta ab Adamo ad a. 511 transmiserunt nobis libri duo, alter Alcobaciensis hodie deperditus, alter adhuc superstes hodie Matritensis. ex illo quae de his chronicis comperimus debentur uni Iohanni Vasaeo Brugensi auctori Hispaniae annalium editorum Salmanticae a. 1552. 'Severus Sulpitius, qui chronicon scripsit usque ad aeram quingentesimam quadragesimam septimam', ut ait in auctorum recensu f. 9, scilicet hic noster, primum laudatur f. 82 ad caput nostrae recensionis 564, postremum f. 90 ad caput nobis 690, redemptque quae habet propria paene omnia apud Vasaeum verbis tamen passim mutatis, quapropter nos in adnotatione paucos tantum locos inde attulimus. nam vicem libri deperditi facit ex eo omnino descriptus codex alter adhuc superstes Matritensis univ. n. 134 f. 33'—38' is ipse, ex quo narrationem primo loco positam edidimus quemque, ut ibi dictum est, ad Victorem Tommenensem plene descripsimus. praescriptum ibi est: *incipit epitoma chronicorum Severi cognomento Sulpicii* (sic: in indice a prima manu volumini praeposito est *chronicu Severi cognomento Sulpicii*), subnotatum post ea quae infra edita sunt: *ab hoc consule* (praecedunt consules Secundinus et Felix a. 511 et respondens iis indictio quarta 510 Sept. 1—511 Aug. 31, aera autem DXLVII, quae est a. 509 eique respondens annus Anastasii imperatoris XIX) *qui vult per indictiones computet vel per erant. ab era usque in nostris temporibus, in quo est era DCCLXXI (= p. Chr. 733), creverunt anni CCXXIII (509 + 224 = 733). sunt ab initio VDCCLXXXI.* ex qua computatione non debuit colligi, quod collegit Holder-Egger, chronica continuata esse ad a. 733, sed descriptum esse codicem ad exemplar eo anno scriptum, qui librum Matritensem scripsit etiam quae chronica finientia in a. 511 excipiunt excerpta breviter ex Orosio et Solino f. 38', 39 eorundem chronicorum partem esse existimavit, adnotans in fine: *hucusque Severus qui et Sulpitius: dehiur Idacius Gallecie episcopus item (if. eod.) recevit hystorie ordinem.* demique idem librarius in alia parte libri f. 46 ad locum, ut ait ipse, chronicorum Isidori iunioris, vere excerptum ex Prospero (egi de ea epitome supra p. 193) hunc: *Augustinus episcopus moritur VIII anno ante ingressum Cartaginis in margine adscripsit: quo tempore Augustinus moritur, X scilicet annis post, ut ex chronicis Severi sive Sulpicii habetur.* in iis autem cum ad a. Theodosii II quartum decimum == p. Chr. 437 adnotetur: *Carthago capta a Gensericis*, Augustini obitus non inveniat, verisimile est hanc adnotationem spectare ad locum Hydatii vel certe in hoc volumine Hydatio attributum, in quo memoratur mors Augustini: Hydatiana enim in hoc volumine Sulpicianis subiecta facili errore ita adlegari potuerunt, quamquam de decimo anno quae adnotator ponit quomodo ex Hydatianis efficere potuerit, non perspicitur. ceterum chronicis haece in Sulpicii nomen ne talem quidem umbram iuris esse, quali altera recensio Prospero attribuitur, et ea quae diximus ostendunt et etiam clarius apparebit ex iis quae sequuntur.

Excerpta ex chronicis a. 511 proposuerunt multa Iohannes Vasaeus, ut modo vidimus, aliqua etiam (ut indicavit Zauggemeister mus. Rhen. 33, 323) Garcia de Loaisa in commentariis ad Isidori chronicon editis Taurinis a. 1593. ipsa primus ex libro Matritensi edidit Florez in egregio opere *España sagrada* vol. 4 (ed. primum a. 1749, iterum a. 1756) p. 131—154. diu neglecta tractavit O. Holder-Egger *über die Weltchronik des sogenannten Severus Sulpitius und südgallicische Annalen des fünften Jahrhunderts* (Göttingae 1875). ego ut descripta accepi a Paulo Ewald tum nostro, ita repetivi integra, id non fecissem, si verum repperissem quod de iis iudicium tulit Holder-Egger, partem ad a. 378 compilatam esse ex chronicis Hieronymianis et narratione Orosiana solis. nam adhibuit auctor prae-

terea non solum, qua de re monuit Zangemeister (mus. Rhen. 33. 324). Augustini libros de civitate dei et uno loco etiam chronica Sulpicii Severi (certe praeter Severum nullus scriptorum superstitem testatur Rhodanum episcopum fuisse Tolosae; cf. Tillemont *mém. eccl.* 7. 750), unde fortasse derivatum est vocabulum hisce collectaneis male praescriptum, sed consularia quoque quae nobis dicuntur Constantinopolitana eaque nostris auctiora: nam diem dedicatae Constantinopolis praeter hunc auctorem ea sola enuntiant, et quod Gallum hic auctor ait Constantium appellatum esse, non est in recensione eorum quam habemus Latina, sed redit in Graeca, quam compilavit auctor chronici paschalis, itaque inter paleas has bonae frugis quaedam reperiuntur, recensu ita, ut excerpta Hieronymiana, quae sunt longe plurima, cursivis distinguerentur, reliquis ubi fieri potuit, adscriberetur auctor.

Utilitatem maiorem habet pars annalium extrema: scilicet ab a. inde 378, ubi desinit chronica Hieronymiana, auctor ad Gallica supra tractata proxime accedit, sed inseruit aliena non pauca et adiecit appendiculum rerum gestarum ad a. usque 511, secutus est in his laterculum imperatorum singularem et hic illic Gallicano emendatiorem, quem non supervacuum erit hic repraesentare exactum ad annos veros, in universum scilicet: nam ad amissim haec persequi nolui, cum praesertim laterculum hunc ex parte certe non ad annos regnorum consulares respicere, sed ad vera eorum spatia ostendant menses his adscripti.

|                                      | numeri traditi | numeri veri    |                                  |
|--------------------------------------|----------------|----------------|----------------------------------|
| Gratianus post Valentem              | a. V           | =              | a. 379—383                       |
| Valentinianus II post Gratianum      | a. VIII        | VIII           | a. 384—392                       |
| Theodosius I post Valentinianum II   | a. III         | =              | a. 393—395                       |
| Arcadius et Honorius                 | a. XII         | XIII           | a. 396—408                       |
| Honorius post Arcadium               | a. XVIII       | XV             | a. 409—423                       |
| Theodosius II post Honorium          | a. XXV         | XXVII          | a. 424—450                       |
| Valentinianus III post Theodosium II | a. V           | =              | a. 451—455                       |
| Marcianus cum Valentiniano III       | a. V           | =              | a. 451—455                       |
| post Valentinianum III               | a. II          | =              | a. 456, 457                      |
| Avitus                               | a. I m. III    | =              | a. 455 Jul. 10 —<br>a. 456 Sept. |
| Leo                                  | a. XXI         | XVII           | a. 457—473                       |
| Maiorianus                           | a. III m. VI   | a. IV m. c. IV | a. 457 Apr. 1 —<br>461 Aug. 3    |
| Anthemius                            | a. V           | VI             | a. 467—472                       |
| Zeno                                 | a. XIII        | XVII           | a. 474—490                       |
| Anastasius ad a. 511                 | a. XIX         | XXI            | a. 491—511                       |

Auctores compilerator adhibuit ex superstitionibus solos Orosium et Hydatium, nam etiam Prosperianis ut eum usum esse statuamus, non sufficit quod sufficere iudicavit Holder-Egger (l. c. p. 35), quod ait victoriam de Radagaiso accidisse *in Tuscia* (c. 546), cum Prospero c. 428 ita consentiens accuratius quam cum Faesulanis campis Orosii, et quod c. 623 in relatione de Romae excidio a. 455 in rebus magis quam in verbis prope accedit ad narrationem Prosperii: certe compilerator noster si chronica Prosperiana habuisset, multo plura inde in suam rem vertisset, contra Orosio eum usum esse, et annales a. 378 anteriores luculenter ostendunt compilati imprimis ex Hieronymianis et Orosianis et in hac parte adnotata c. 513, 529 (ad verbum), 546, 547, 555 (ad verbum), 563 (ex parte), Hydatio autem quae habet maxime de rebus Hispanis pleraque accepta ferenda sunt.

Demptis Orosianis et Hydatianis quae restant ad a. scilicet 450 longe maiore ex parte ita consentiunt cum Gallicis supra tractatis, ut communis origo pateat, eorum

quoque, quae neque ex libris supra dictis petita sunt neque redeunt in chronicis Gallicis, quae non sunt multa in hac editione distincta litteris rectis, partem certe qui scripsit videtur traxisse ex iisdem chronicis Gallicis integrioribus quam in nostra recensione leguntur. id ut statuant, facit potissimum Rufini cum utrisque chronicis comparatio, scilicet cum certum sit auctorem chronici Gallici in parte priore Rufini librum ultimum potissimum expilasse, adnotationes ostendunt in iis quoque, quae chronica Matriensia addunt, inesse Rufiniana eaque ita comparata, ut magis videantur ex altera recensione excidisse quam iterata lectione ad excerpta ante facta accessisse. similiter etiam adnotationes quaedam non Rufinianae non tam contaminatione auctae videntur esse quam diversa ratione imminutae: ut in priore recensione c. 26: *terribile in caelo signum columnae per omnia simile apparuit*, in posteriore c. 528: *signum in caelo columna pendens per dies XXX*. item posterior recensio c. 546 de Radagaisi interitu praeterea ad verbum fere consentiens cum priore Tusciae mentionem magis videtur ex communi archetypo retinuisse quam aliunde adseivisse. quae restant, ut adnotationes de Alarici in Italiam adventu, de nato Valentiniano Placidiae filio, de Eudoxia Augusta facta, utrum ex iisdem chronicis Gallicis auctioribus descendant an ex chronicis deperditis Italicis, quae sententia est Holderi, certa ratione definiiri non potest.

Ab obitu inde Theodosii II a. 450 (inde enim narratio auctori nostro propria incipit, non ab a. 452, in quo finit recensio annalium Gallicorum prior nobis servata) quae chronographus a. 511 affert, pertinent ad res gestas in Italia, in Hispania, in Gallia meridionali, sed ut haec potissimum respiciatur, itaque annales hi ubi coepti sunt scribi, ibidem etiam continuabantur, capita tria c. 631, 638, 643, quae chronicorum horum scriptor communia habet cum Mario Aventicensi, sine dubio, ut recte indicavit Holder-Egger (l. c.), ex annalibus iisdem Gallicis in utrumque libellum translata sunt, quod si quaeris, quo loco Galliarum scripti sint annales illi, Arelate quamquam saepissime memoratur utpote caput regni Wisigothorum, secundum c. 657: *Arelate capta est ab Eurico cum Massilia et ceteris castellis* scriptor scriptoresve non tam ibi sedem habuerunt quam Massiliae, ubi priorem quoque chronicorum Gallicorum partem in litteras relatum esse videri supra diximus.

Orthographica ita tractavi, ut minora, quales sunt *c* et *t* permutatae, item *i* et *y*, denique geminationes tales, qualis est *affrica*, tacite reformarentur, ubi logentium interesse poterat, maxime in nominibus propriis, quae traduntur aut reciperentur aut adscriberentur.

I. NARRATIO DE IMPERATORIBVS DOMVS VALENTINIANAE  
ET THEODOSIANAE.

*Valentinianus* regnavit an. XI adhibito consorte imperii Valente fratre suo nec multo 1  
post Gratiano filio in Augusti nomen adscito. cum ad Illyricum de Gallicanis  
partibus properasset, vixdum inchoata expeditione defunctus est. severus et strenuus  
imperator praecipueque cultui catholicae religionis attentus eximios temporis sui  
habuit sacerdotes Martinum et Ambrosium, quorum alterum scripta sua posteris 5  
edita, alterum vitae commendatio apostolis aequiperanda ignotum esse non sinit.

*Valens* regnavit an. III post fratris obitum in partibus Orientis, cum Italiae et Gallis 2  
Gratianus Valentiniani Augusti filius imperaret, saeviens erga nostros et persecutor  
immitis: dum Arrianorum haeresi, quorum secta fuerat baptizatus, immodice favet,  
catholicos ad sanguinem usque et extrema est supplicia persecutus. ipse postea, 10  
cum adversus Gothos, qui Thracias populabantur, infeliceiter movisset exercitum,  
poenas debitas sacrilegio, amisso omni exercitu, ab hostibus concrematus expendit.

*Gratianus* regnavit a. VI post patrem ac patruum adhibitis imperii sociis Valentiniano 3  
fratre admodum puero et Theodosio, quem Orienti praefecit: ipse manu promptus  
et studiis litterarum Ansonio magistro sufficienter imbutus nec erga religionis 15  
nostrae cultum indiligens, victus a Maximo tyranno, qui intra Britannias Augusti  
nomen adsumpsit, apud Lugdunum oppidum Galliarum, quo amisso exercitu fugiens  
venerat, est necatus.

*Theodosius* regnavit ann. XI post Gratianum, qui cum Orientis teneret imperium et 4  
ad eum Valentinianus Augustus occiso intra Gallias fratre Gratiano ipse pulsus 20  
Italia confugisset, motis Orientis viribus et Gratianum fortiter ultus est et Valen-  
tinianum collocavit in regnum. sed interiecto tempore cum idem Valentinianus apud  
Viennam Galliarum nobilem civitatem incertum utrum sua manu an Arbogastis  
magistri militum vi et impressione compulsus vitam laqueo terminasset et Eugenius  
quidam praesumpto male inebare coepisset imperio, Theodosius, postquam Arcadium 25  
filium suum Orienti praefecit, ipse adversum Eugenium expeditione suscepta et  
tyrannum felicissime superavit et cum se morbo ultimo videret urgeri, Honorium  
alterum filium Africae Italiae Gallisque ordinavit Augustum: atque ita inter duos  
filios Romani orbis possessione divisa apud Mediolanum non immatura morte de-  
functus est. 30

*Arcadius* regnavit annis XII in Orientis partibus, cum Honorius frater divisis sedibus 5

1 regnavit] rex *B*      3 properasset *B*    et *ont. B*<sup>1</sup>      6 lenotum *B*      8 saeviu *B*      9 here-  
su *B*      12 amisso *B*      concrematis *B*      13 gratianus *M* *hinc incipiens*    patruum *M*    adhibitis *M*  
imperii *B*      14 puero] nero *M*    quem] que *M*    manus *M*      15 asonio *M*, sub ansonio *B*      16 in-  
diligens] indulgens *M*    britannias *B*, britlaniam *M*      19 teodosius *M*    xi] *B*, ix *M*      20 intra] infra *M*  
21 motis] mortis *M*      22 cum *ont. M*      23 inenam *M*    utrum] utrum *B*, *ont. M*    arbogasts *M*<sup>1</sup>  
24 ipressione *M*      25 arcadium *M*      26 adversus *B*    et tyr.] tyr. *B*      27 urgere *M*    honorii *B*  
28 affrice *M*      29 melodianum *M*      31 arcadius *B**M*    xii] *B*, xiii *M*    diuisis] diuis *M*<sup>1</sup>, diu *M*<sup>2</sup> [?] 30



consors esset imperii, tutelamque rei publicae Theodosio filio parvulo admodum, sed qui processu aevi maximis esset principibus comparandus, reliquit.

- 6 *Honorius* regnavit annis XXXII. duodecim cum fratre et post fratris excessum XX. cum Theodosium Arcadii fratris sui filium consortem Orientalis haberet imperii. multa in huius principatu gravia rei publicae vulnera contigerunt, sed illud acerbissimum fuit, quod urbs Roma per Alaricum Gothorum regem capta atque subversa est. soror imperatoris Augusta Placidia primum captiva, deinde uxor regis quidem sed barbari statum temporum decolorat. Galliae Hispaniaeque a barbaris nationibus Wandalis Suebis Alanis excisae funditusque deletae sunt. Britanniae Romano nomini in perpetuum sublatae. idem tamen princeps cum adversum externos hostes nihil unquam prospere gesserit, ad excidia tyrannorum felicissimus fuit, quorum plurimos, id est Constantinum cum filiis, Iovinum cum Sebastiano fratre, Attalum Gothorum viribus fultum, Maximum Hispaniae purpuratum aliosque nonnullos superavit cepit extinxit. deinde rebus ultra ex voto cedentibus Constantinum ter consulem et patricium sororis suae Augustae Placidiae secundum maritum consortem adsumpsit imperii. quo brevi tempore extincto ipse quoque non diu adfuit superstes apud Ravennam morbo aquae intereuntis est peremptus. eximii in doctrina catholica his temporibus viri fuerunt Hieronymus presbyter et Augustinus episcopus vel Paulinus Nolanus episcopus, quorum quanta admiratio ingenii doctrinaeque fuerit, condita ab his innumerabilium voluminum monumenta declarant.

2 tutelamque rei publicae] *B*, italii fratris arcadii *M* parvulo] *M*, parvo *B* 3 aevi maximis] aevi maximus *M* principibus *B* 4 arcadii *M* orientales *M* 5 rei publicae *om.* *M* illud *om.* *B* 6 fuit *om.* *B* alaricum *M* capta atque] captabatque *B* 8 statum] tantum *M* hispaniaeque *M* 9 wandalis *B* suevis *BM* britanie *B*, brithanie *M* 10 romani *M* sublatae] subdite *M*, deplorate *B*: quod amicus quidam defendit allato loco Livii 3, 38; deploratur in perpetuum libertos adversus *B* 11 prospere *M* excida *M* 13 attalum] atthalii *M* hispaniae purpuratum] ispania priuatum *M* 14 ultra] ut *B* constantinum *BM* 15 ter cons. et patr. *om.* *B* plac. ang. *M* 17 adfuit] adfuit *M* morbo aquae] atque *M* 18 hieronimus *M* 19 nolans *M* quanta admiratio] quanta amminatio [*sic*] *B*, quanto admirabilis *M* 20 fuerint *M* condita] conduco *B*

II. ADDITAMENTA CHRONICORVM A. CDLII  
AD CHRONICA HERONYMIANA.

*ad a. Abr. 2371, Ol. 283, 2. Constantii 18:*

Petrus Caesarangustae orator insignis docet.

*ad a. Abr. 2391, Ol. 288, 3. Valentiniiani 11 (sic):*

Theodulus miserabilis presbyter dum adversum conscientiam furoris sui sacrificia deo offerre audeat, in mediis precibus eliditur.

1 theodulus *LM*, theodorus *B*      2 auferre *B*    elidetur *LM<sup>1</sup>B*

*ad a. Abr. 2392, Ol. 288, 4. Valentiniiani 12:*

*Hieronymus:*

Theodosius Theodosii postea imperatoris pater et plurimi nobilium occisi.

*codd. LMB:*

Theodosius Theodosii postea imperatoris pater multorum per orbem bellorum victoriis nobilis in Africa factione eorum perimitur, qui et ipsi mox caesi sunt: item Maximinus ex praefecto et ceteri.

2 *post* pater *ius*, et plurimi nobilium occisi *M<sup>1</sup>*

3 perimitur] periit *MB*    item] idem *L*

## III. CHRONICORVM A. DXI

PARS HIERONYMIANA<sup>1)</sup>.

- 1 Adam annorum CCXXX genuit Seth et vixit post DCC ann. et obiit generatione V.
- 2 Seth annorum CCV genuit Enos et vixit post DCCVII et obiit in generatione VI.
- 3 Enos annorum CLX genuit Caynam et vixit post DCCV et obiit in generatione V.
- 4 Caynam annorum CXXX genuit Malalehel et vixit post DCCXL et obiit in generatione VI.
- 5 Malalehel annorum CLJ genuit Iareth et vixit post DCCXIII et obiit in generatione VI.
- 6 Iareth annorum CLXII genuit Enoch et vixit post DCCXLIV et obiit generatione V.
- 7 Enoch annorum CXV genuit Matusalam et vixit post CC et translatus est a deo.
- 8 Matusalam annorum CLXXXVII genuit Lamech et vixit post DCCCLXXXVII et fuit simul DCCCCLXIX consonantes ubique.
- 9 Lamech annorum CLXXXII genuit Noe et vixit post DLXV et obiit generatione (-nes C) III patre superstite.
- 10 Noe annorum D habens filios III aedificavit arcam (archam C) annis C et fuit diluuium anno I.
- 11 Ab Adam ergo per has (his C) decem generationes fiunt anni  $\overline{\text{II}}\text{CCXII}$ .
- 12 Post diluuium vero anno II filius Noe senior Sem genuit Arfaxat et vixit post ann. D.
- 13 Arfaxat annorum CXX genuit Canaan et vixit post ann. CCCX.
- 14 Caynam ann. CX genuit Sale et vixit post ann. CCCLX.
- 15 Sale annor. CX genuit Heber et vixit post ann. DCXXX.
- 16 Heber annor. CXV genuit Faleg et vixit post ann. DCCCL.
- 17 Faleg ann. CX genuit Ragau et vixit post ann. DCCC.
- 18 Ragau ann. CXI genuit Seruch et vixit post ann. CCXX.
- 19 Serue ann. CXV genuit Nachor et vixit post ann. CCC.
- 20 Nachor ann. LXXXVIII genuit Thare et vixit post LXXX.
- 21 Thare ann. LXX genuit Abraham et vixit post ann. LXX.
- 22 A diluio ergo per has alias (halasias C) decem generationes fiunt ann. DCCCCLIII.
- 23 *Abraham natus anno XLIII Nini regis Assyriorum.*
- 24 Primo anno Abrahæ principium iubilæi apud Hebræos.
- 25 *Repromissio ad eum facta dicino primum alloquio.*
- 26 Melchisedech protulit vinum et panem benedicens ei.
- 27 *Natus est Ysaac C et vixit post ann. LXXV.*
- 28 *Ysaac annor. LXX genuit Iacob et vixit post ann. CXX.*
- 29 Anno LXXX Isaac Iacob seruitur Laban et Rachel XIV ann.: postea vixit ann. LIII, qui simul fiunt CXXXVII.
- 30 *Venditus est Ioseph a fratribus actalis suæ anno XVII.*

1) Quæ litteris inclinatis expressa sunt auctore non adscripto, sumpta sunt ex Hieronymo.

- 31 Ioseph dux Egypti factus est. *annis annus secundus et descensio (descensio C) eius in Egipto.*
- 32 *CXLVII obitus eius. Ioseph vero annos agebat LVII.*
- 33 *Ioseph agens ducatum ann. LXXX obiit CX.*
- 34 *Post quem scrierunt Hebraei (hebrej C) ann. CXLVIII.*
- 35 *Servitutis anno (annorum C) LXXV Amram annorum LXX genuit Moysen.*
- 36 *Servitutis suae anno XLII Moyses in heremo pascit et LXXVII anno suo in Sina divino fruitur aspectu.*
- 37 *Servitutis Moysi vero LXXX civitas Israel de Egipto.*
- 38 *A descensione ergo Iacob in Egipto usque ad exitum Israel ann. CCXV.*
- 39 *A I anno repromissionis ad Abraham usque ad exitum anni CCCXXX.*
- 40 *A nativitate ergo Abrahae usque ad exitum Israel ann. DV.*
- 41 *Moyses exacto egressionum anno XL suo vero CXX obiit.*
- 42 *Omnis itaque historia quinq; librorum Moysi secundum septuaginta interpretes continet rerum gestarum ann. III CCCXXX.*
- 43 *Iesu Nave successor Moysi fuit dux annis XXVII.*
- 44 *Decimo ducatus sui anno terram repromissionis distribuit.*
- 45 *Post mortem Iesu scrierunt filii Israel alienigenis ann. VIII: qui computabantur in annis iudicis subsequentis.*
- 46 **Iudicium.**
- 47 *Gothoniel primus iudex ex tribu Dan annis XL.*
- 48 *Post Aaron et Eleazarum pontifex fit Finces.*
- 49 *Post Gothoniel subiectio populi in alienigenis annis XVIII, qui computantur in annis iudicis subsequentis.*
- 50 *Aoth de tribu Efferim ann. LXXX.*
- 51 *Post hunc subiectionis anni XX, qui computabantur in sequentibus.*
- 52 *Barach de Neptalim et Debora de Efferim anni XL.*
- 53 *Post hos subiectio annis VII, qui computantur in sequentibus.*
- 54 *Gedeon de Manasse annis XL.*
- 55 *Quarto anno hujus Daedalus.*
- 56 *VII Tyrus (thirus C) condita.*
- 57 *XV Argonautae.*
- 58 *XVII Cizicus conditur.*
- 59 *XXII Ipsipyle in Lemno (ipsinelemon C).*
- 60 *XXVIII spōga et Idippus.*
- 61 *Abimelech filius Gedeonis annis III.*
- 62 *Thola ann. XXIII.*
- 63 *Tertio anno hujus Laphitae et Centauri.*
- 64 *VIII Priamus.*
- 65 *VIII duces VII ad Thebas.*
- 66 *XIII Minotaurus et Theseus.*
- 67 *Iehir ex Manasse annis XXII.*
- 68 *Sexto hujus Carthago condita, ut Filistus (fili sui C) scribit.*
- 69 *Nepte annis VI.*
- 70 *Hujus tempore Agamemnon et Menelaus Micenis.*
- 71 *Esebon ann. VII.*
- 72 *Hujus tempore Hercules ob morbum flammis se iniecit.*
- 73 *Et Alexander Helenam rapuit, unde Troiae excidium (excidiuit C).*
- 74 *Post Esebon fertur in Hebraeo Calon rexisse populum ann. X, qui apud LXX interpretes non habentur.*

- 75 *Abdon ann. VIII.*  
 76 *Post hunc subiectio annis XL, qui computantur in sequentibus iudicibus.*  
 77 *III anno huius Troia capta.*  
 78 *VII anno Aeneas regnat super Latinos ann. III.*  
 79 *A prima ergo anno Abraham usque ad captivitatem Troiae anni DCCCXXXV.*  
 80 *A natiuitate ergo Moysi usque ad captivitatem Troiae anni CCCCX.*  
 81 *Sanson annis XX.*  
 82 *Eo quae de Ulic, Scille et Sirenis.*  
 83 *Et Pirus ab Oreste Delfis occisus.*  
 84 *Hebry sacerdos annis XL: in Hebraeo XL habet annos, secundum LXX vero XX.*  
 85 *XIII anno huius Ascantius procreat Iulium, unde familia Iuliorum.*  
 86 *XVIII Silrius Postumus filius Aeneae regnavit annis XXIX Latinorum III rex.*  
 87 *Samuel cum Saule anni XL.*  
 88 *VIII huius Aeneas Silrius regnavit XXXI.*  
 89 *III post hunc Latinos Silrius regnavit annis LV.*  
 90 **Regum Hebraeorum.**  
 91 *David regnavit annis XL.*  
 92 *XXVIII huius Cunaec conlita.*  
 93 *XXXII Ephesus.*  
 94 *XXXV Cartago a Carcedone Tyrio (thirio C) cecidit, ut alii dicunt, a Dilone filia eius, post excidium Troiae ann. CXLIII.*  
 95 *Pontifex Abiathur.*  
 96 *Prophetae Gath, Nathun, Asaph.*  
 97 *Salomon an. XL.*  
 98 *Sacerdos Sadoch ab Aaron VIII.*  
 99 *Prophetae Achias Selonites et Samuas.*  
 100 *IX Alba Silrius filius Silvi Aenci (silvia henei C) regnavit annis XXXVIII.*  
 101 *XIX Homeram (omerum C) et Hesiodum (esiodomum C) quidam dicunt.*  
 102 *Et Cartaginem quidam XXIII Salomonis dicunt.*  
 103 *Anno regni III Salomonis templum incoatur, XII consummatur.*  
 104 *Ab exitu ergo Israel usque ad aedificationem templi secundum librum regnorum III anni CCCCLXXXI.*  
 105 *A diluvio usque ad Moysen anni ICCCCXVII.*  
 106 *Ab Adam vero usque ad Moysen anni IIDCLXXXVIII.*  
 107 *Roboan filius Salomonis annis XVII.*  
 108 *Huius anno XI Sasachim rex Aegypti templum spoliat (expoliat C).*  
 109 *VIII Athis vel Aegyptus Silrius regnavit annis XXIII.*  
 110 *Abia annis III.*  
 111 *Asa annis XLI.*  
 112 *X huius Capis Silrius annis XXVIII.*  
 113 *Pontifex Abimelech.*  
 114 *Prophetae Achias, Samuas, Azarius.*  
 115 *Iosaphat annis XXV.*  
 116 *Huius initio Carpentus Silrius an. XIII.*  
 117 *XIII Tiberius Silrius ann. VIII: ab hoc Tiberis fluvius (silvius C) dicitur.*  
 118 *Prophetant Abdias, Micheas, Ihen, Ozias.*  
 119 *Ioram annis VII.*  
 120 *Huius initio Agrippa Silrius ann. XI.*  
 121 *XI hoc regnante Homerus fertur clurus.*  
 122 *Prophetae Elias (chelyas C) et Elisueus.*

- 123 *Ann. VIII regni Ithoram Elias raptus.*  
 124 *Ocozius anno I.*  
 125 *Gotholia mater eius ann. VII.*  
 126 *Ionadab filius Recub clarus habetur.*  
 127 *Iohas annis XI.*  
 128 *XVIII huius Arcmulus Silcius annis XIX.*  
 129 *XXXVIII Arentinus Silrius ann. XXXVIII.*  
 130 *pontifex Ioiade post Moysen vixit annis CXXX.*  
 131 *anno Iohas VIII Zacharias propheta et sacerdos occiditur.*  
 132 *XXXII Helyscus propheta obiit.*  
 133 *Amusias annis XXIX.*  
 134 *XXIII huius Sardanapallus Tharsum condit.*  
 135 *Ozias annis LII.*  
 136 *VI huius Proeus (prochus C) Silcius annis [X]XIII.*  
 136<sup>a</sup> *XXV [A]mulius Silrius annis XLIIII<sup>a</sup>).*  
 137 *XXVI Phidon Argirus mensuras et pondera primus invenit.*  
 138 *prophetae Amos, Osee, Ysaïas, Ionas.*  
 139 *Olimpius prima anno Oziae XLIIII, Amuli vero Silcii XXI. certamen hoc Olympiacum Hercules in honorem Pelopis atavi materni primus edidit; quod intermissum Ievitus filius instauravit post eversionem Troiae anno CCCCVIII.*  
 140 *Regnante Proca (procha C) regnum Babiloniæ defecit post annos ICXXI. post eros, 2. 3. 3.*  
 141 *Ioathan annis XVI. [totidem ab Alarico vastatur.*  
 142 *Huius initio Remus et Romulus nati.*  
 143 *Prophetante Osee, Iohel, Ysayas.*  
 144 *Acaz annis XVI.*  
 145 *III huius anno Roma condita incipiente olympiade (olimpiadede C) VII et regnavit Romulus annis XXXVII Romanorum rex primus.*  
 146 *Ab Abraham usque ad urbem conditam anni ICCLXIIII.*  
 147 *XI anno Acaz transactis annis regum Israhel CCCCXVIII in Samaria anni CCL.*  
 148 *Translatus est Israhel in Medos ap Salmanasar rege Assyriorum, vel. ut alibi legitur, a Sennacherib rege Medorum. et missi custodes ex Babilonia.*  
 149 *Ezechias annis XXVII.*  
 150 *XIII huius Romulus ex populo milites et senatum elegit.*  
 151 *XXVI senatus post Romulum per dies quinque rem publicam gubernat.*  
 152 *Prophetæ Iosias, Osee.*  
 153 *XXVII Numa Pompilius ann. XLIIII secundus.*  
 154 *Hic primus annum XII mensibus statuit.*  
 155 *Huius initio Nicomedia condita.*  
 156 *XXIIII Calcedo condita.*  
 157 *Manasses anni LV.*  
 158 *XXXV Tullius Hostilius annis XXXIIII.*  
 159 *Hic primus purpura usus; fulmine cum domo sua exustus est.*  
 160 *Amon annis duobus.*  
 161 *huius initio Bizantium (bizaneium C) conditum.*  
 162 *Et Phalensi Cilicie tyrannus.*  
 163 *Secundum LXX interpretes XII anni Amon scribuntur, secundum Hebraeos vero II.*  
 164 *Iosias annis XXXIIII.*

1) Verba [X]XIII XXV. [A]mulius Silrius annis absunt a textu: adiecta sunt in margine litteris minutis et ex parte resectis hæc fore: . . . XIII. XXV | . . . iulius silrius | . . . le (sic)

- 165 *V' huius Ancus (anchus C) Marcius ann. XXXIII.*  
 166 *Hic Ostium condidit miliario a Roma XVI.*  
 167 *XXIX Tarquinius Priscus annis XXXVIII.*  
 168 *V' hic Capitolium condidit.*  
 169 *Pontifer Celechius (pont. ecl. post primus C).*  
 170 *Tales Melezius primus phisicus philosophus.*  
 171 *Epilammus conditum quae est Dorracum.*  
 172 *Prophetae Holda mulier, Sophonias et Iheremias.*  
 173 *XXXII anno congressus Iosias cum Necho rege Aegiptiorum occiditur.*  
 174 *Ioachaz mens. III. hunc Necaos in Aegipto duxit posito pro eo Eliachim.*  
 175 *Helyachim qui et Joachim, annis XI. hunc Nabuchodonosor tributarium fecit.*  
 176 *Ioachim, qui et Iechonias, mensibus III. hic in Babiloniae ductus cum vasis templi.*  
 177 *Sedechias annis XI.*  
 178 *III huius Tarquillius Priscus circum aedificat, Romae ludos instituit, muros et cloacas instituit, et monerion (numerus C) senatorum auxil.*  
 179 *Huic Nabuceodonosor oculi effossi.*  
 180 *XI huius anno primus captivitatis Iherusalem per Nabuzardanum et incensum templum anno a condicione sui CCCCXLII.*  
 181 *Huius autem captivitatis fuerunt anni LXXVIII in Babilone.*  
 182 *Prophetae Daniel et Ezechiel.*  
 183 *XV Daniel sub Baltasar scripturum interpretatur.*  
 184 *XXX Cyrus (cirus C) victo Astiuge vel Croeso rege Medorum regnum transfert in Persas et laeta Hebraeorum captivitate templum restaurari concessit. sed constructo altari (constructio altaris C) tantum opus reliquum a vicinis gentibus impeditum*  
 185 *Anno II Darii restauratum templum. [usque ad Darium sic permunsit.*  
 186 *LXI Cabisses rex Persarum II, quem Hebraei secundum Nabuchodonosor dicunt.*  
 187 *Sub hoc historia Iudith scribitur. [Zacharius et Malachias.*  
 188 *Pontifer Iesus filius Iosedech, et princeps Zorobabel qui et Sarathiel: prophetae*  
 189 *LXIX post Cambissem requieverunt fratres mugi tres menses VII.*  
 190 *Post hos Darius III annis XXXVI.*  
 191 *Cuius anno II templum restauratum.*  
 192 *Prophetante Aggeo et Zacharia.*  
 193 **Consulum Romanorum.**  
 194 *Ab urbe condita anno CCXLVIII creati consules: requieverant annis CXXL tribus.*  
 195 *CCLII nova dignitas fit dictator et magister equitum obsequens illi.*  
 196 *Xerxes filius Darii.*  
 197 *Artaxerxes, qui et Longimanus dictus. [(esoras C).*  
 198 *Pontifer Iudaeorum Heliasib filius Joachim filii Iesu, filii Iosedech. sacerdos Esdras*  
 199 *Decemviri creati, post annum eieci et leges de Athenis petitae a Romanis.*  
 200 *Necmias Hobraeus rediens cum Esdra de Babilone XII anno muros Iherusalem restituit anno regni (sui ins. C<sup>3</sup>) Artaxerxis XXIII, a quo supputatae ebdomadae sunt LXX a Daniele conscriptae, quae faciunt annos CCCCCLX et expleantur in regno Neronis, sub quo obsessa est iterum Iherusalem a Vespasiano.*  
 201 *Hucusque Hebraeorum divina scriptura unnales temporum continet: quae vero post gesta sunt, ex (et C) libris Machabaeorum et Iosephi et Affricani requiruntur, qui universam historiam usque ad Romana tempora persecuti sunt.*  
 202 *Artaxerxes qui et Memnon.*  
 203 *Sub quo magis de Hester scribitur.*  
 204 *Artaxerxes qui et Echus.*  
 205 *Hic Iudaeorum accolis in Hircaniam et ad mare Caspium collocat.*

- 206 *Iterum Romae consules fiunt: nam post primos consules dictatores fuerunt annos L post hos X viri ann. I: post reges ann. VII: post iterum consules creati.*
- 207 *Athenienses XXIII litteras habent, prius XVI usi.*
- 208 *Bellum Punicum primum.*
- 209 *Alexander magnus Mucedo victus.*
- 210 *Camillus (chamellus C) Gallos victores superat.*
- 211 *Darius Arsami filius, quo victo Alexander obtinuit Babylonom.*
- 212 *Pontifex Iudaeorum Iaddus.*
- 213 *Bellum Alexandri adversus Porum Iudum.*
- 214 *Post Alexandrum regnavit Alexandriae Ptholomeus filius Lagi.*
- 215 *Qui plurimos Iudaeorum dolo captivos in Aegyptum transtulit.*
- 216 *Pontifex Iudaeorum Onias Iuddi filius.*
- 217 *Syriae et Babilonis et superiorum locorum regnavit Sclucus (selenehus C) Nicanor.*
- 218 *Sab quo Machabeorum gesta.*
- 219 *Pontifex Iudaeorum Symon Iustus Oniae (honie C) filius.*
- 220 *Pontifex Iudaeorum Eleazarus frater Symonis.*
- 221 *Ptholomeus Philadelphus Iudaeos, qui in Aegypto tenebantur, liberos permittit et casu Eleazaro pontifici cotica transmittens translationem LXX interpretum procurat.*
- 222 *Romani Calabriam capiunt.*
- 223 *Argentens mimus (numerus C) in urbe fit.*
- 224 *Aratus agnoscitur.*
- 225 *Parthis ab imperio Macedonum discedentibus primus regnavit Asarchos, unde et Asarcidae dicti.*
- 226 *Bellum Punicum secundum.*
- 227 *Pontifex Iudaeorum arunculus Eleazari Manasses.*
- 228 *Pontifex Iudaeorum Onias (honias C) Symonis Iusti filius.*
- 229 *Pontifex Iudaeorum Symon filius Oniae (honie C), sub quo (qui C) Iesus filius Syrae librum sapientiae composuit, quem vocant HANPHTON.*
- 230 *Antiochus magnus Siriae et Asiae.*
- 231 *Sab quo ea, quae in tertio Machabeorum libro leguntur.*
- 232 *Sclucus, qui et Philopater.*
- 233 *Sab quo ea, quae in libro Machabeorum secundo, gesta sunt.*
- 234 *Rhodo ex terrae motu colossus (cholossus C) ruit.*
- 235 *Romani Gracos liberos esse iusserunt.*
- 236 *Annibal ab Antiocho et Prosia rege Bithyniae per Flamminium consulem repetitus veneno hausto interit.*
- 237 *Bellum Punicum tertium.*
- 238 *Antiochus Epiphanes rex Siriae et Asiae Iudaeos ad idololatriam cogit, casa templi aufert, simulacrum Iovis Olympii in templo ponit et in Garizim montem Iovis (ionis C) peregrini delubrum aedificat.*
- 239 *Pontifex Iudaeorum Mathathias contra Antiochum bellans (bellas C) leges patrias vindicat.*
- 240 *Pontifex Mathathiae filius Iudas Machabeus, qui expulsis ducebus Antiochi templum ab idolis purgat et pontificato suscepto in amicitiam Romanis per legatos asciscitur.*
- 241 *Anno pontificatus sui III a ducebus Demetrii occiditur.*
- 242 *Pontifex post hunc Ionatha frater.*
- 243 *Pontifex post hunc Symon frater.*
- 244 *Cartago ab Scipione capitur anno conditionis suae DCCXLVIII.*
- 245 *Pontifex et dux Iohannes filius Symonis interfecti, sab quo Machabeorum primi libri historia continetur.*



- 246 *Pontifex Iudaeorum Hyrcanus; hic primus cenodocium instituit de auro, quod eruit a sepulchro David.*
- 247 *Pontifex Iudaeorum Aristobolus (pontifex post hunc alexander ins. C'), qui primus cum pontificatu et diademate post annum captivitatis Babilonicae CCCCLXXXIII.*
- 248 *Inpartha contra Romanos bellum civile morens capitur.*
- 249 *Post hunc Alexander Iannaeus (filius C) reperit crudelis in civibus.*
- 250 *Iudaeorum regnat Alexandra, quae et Salina dicta est, uxor Alexandri, ex quo Iudaeos variis cladibus oppresserunt.*
- 251 *Plotius Gallus primus Latinam rethoricam docuit Romae.*
- 252 *Silla Romam obtinet.*
- 253 *Salustius oritur.*
- 254 *Antiochia Siria a Romanis capitur.*
- 255 *Virgilius nascitur Pompeio et Crasso consulibus.*
- 256 *Lucullus primus appellatus est imperator devicta Armenia, Mesopotamia et Nisibi.*
- 257 *Hic et a Bessis triumphavit.*
- 258 *Pontifex Hyrcanus, sub quo Iudaei Romanis facti sunt rectigales.*
- 259 *dimicantibus inter se Hyrcano et Aristobolo occusio data est Pompeio, per quem captus est Ierusalem. abducto Aristobolo Hyrcanum confirmat et Antipatrum Herodis Aescalonitae filium procuratorem Palaestinae facit.*
- 260 *Defecerunt reges Iudaeorum.*
- 261 *Lusitania a Caesare capta et insulae oceani.*
- 262 *Caesar Benum transiens Germaniam (germiniam C) castrat.*
- 263 *Crassus consul cum filio apud Curios captus.*
- 264 *Principium belli civilis.*
- 265 *Exacti per consules ann. CCCCLIII a Bruto et Collatino primis consulibus usque ad Gaium Caesarem, a Romulo autem ann. DCLXVII.*
- 266 *Ab urbe condita anni DCXXXII.*
- 267 *Gaius Iulius Caesar primus imperium singulare ann. III m. VII.*
- 268 *Octavianus Caesar Augustus ann. LVI m. XVI [sic].*
- 269 *Anno primo imperii eius tabernae meritoriae oleum fluxit e terra tota die.*
- 270 *Decimo anno eius Herodes Antipatri Aescalonitae filius Iudaeae principatum suscepit ann. XXXVII.*
- 271 *In huius tempore natus est Christi.*
- 272 *Ab instauratione ergo templi sub Dario usque ad Hyrcanum anni CCCCLXXXIII.*
- 273 *Sacerdotes per unctionem sacrati regnauerunt. Hyrcano vero a Partis capto deficiente pontificum principatu praedictus Herodes alienigena regnum a Romanis suscepit; filii quoque eius usque ad novissimam Iudaeorum captivitatem regnauerunt post eum, sacerdotum vero non per successionem generis, sed a Romanis succedentibus annuerunt.*
- 274 *XXXVI ann. Herodes Hircanum de captivitate Parthorum regressum et filium eius, qui sacerdotio patris successerat, et sororem eius et uxorem suam cum duobus filiis interfecit et matrem uxoris socrum suam uocat.*
- 275 *Anno Augusti XLIII dominus Iesus Christus natus.*
- 276 *Ab Abraham ergo usque ad nativitatem Christi anni HXV.*
- 277 *Herodes in Bethleem parvulos occidit et post annum scatenis vermibus moritur.*
- 278 *XLVIII Archelaus ab Augusto Herodi substituitur ann. IX et IIII tetrarchae fratres eius Herodes, Antipater, Lysias et Philippus.*
- 279 *LVI Iudaeae principatum tenet Herodes tetrarcha ann. XXVIII, nam Archelaus in Vienne urbem Galliae relegatur (relegatur C).*
- 280 *Augustus anno ritae suae LXXVI in Campania obiit.*

- 281 *Tiberius ann. XXVIII.*
- 282 *Ovidius poeta Thomis in exilio obiit.*
- 283 *XIII Pilatus (huius C) procurator missus in Iudaeam.*
- 284 *XIV Ioannes baptista iuxta Iordanem Christum adesse testatur.*
- 285 *XV Herodes Tiberiadem condidit et Philippus Liciadem (libiadem C) a matre Tiberii Livia (libia C).*
- 286 *XVI praedicatio et miracula Christi.*
- 287 *XVII discipulos imbuens ad praedicationem gentium.*
- 288 *XVIII passus dominus, sicut et in commentariis scribitur ethnicorum.*
- 289 *A restoratione templi usque ad XV Tiberii anni DXLVIII, a prima aedificatione templi ann. ILX.*
- 290 *A Moysae et egressu Israel anni ICCCCXXXIX.*
- 291 *Ab Abraham anni HXLIII.*
- 292 *A diluvio HDCCCCLXXXVI.*
- 293 *Ab Adam vero usque ad praedicationem domini anni VCCXXVIII.*
- 294 *Et usque ad passionem domini non ex canonico contigit cursu, quia et luna tunc plena erat in pascha: regularis ann. defectus solis non in lunae fine contigit.*
- 295 *XIX ann. Tiberii (thiberii C) Pilatus imagines Caesaris in templo ponit, eorum quoque in reparando aqueductum impendit.*
- 296 *XXII Pilatus de Christi dogmate Tiberio refert, Tiberius senatui (senatu C), sed non recipiente senatu Tiberius minatur accusatoribus Christianorum.*
- 297 *Agrippa filius eius Ristoboli, nepos Herodis senioris (senioribus C) accusator Herodis tetrarchae filii Herodis profectus Romam in vinculis conicitur.*
- 298 *Caius Caesar Caligula annis tribus menses X.*
- 299 *Hic Agrippam ex vinculis liberatum regem Iudaeae facit.*
- 300 *Ann. VII fugiente Herode in Hispanias ibique maerore consumpto (cum sumpto C) cum incesta fratris uxore, pro qua Iohannes occiditur.*
- 301 *III Cai Pilatus in multas calamitates incidens propria se manu occidit.*
- 302 *Gaius Petronio praefecto Syriae praecepit Iherosolimam statuum Iovis poni, toto vero orbe in synagogis statuac et arae Gai (aregali C) consecratae sunt.*
- 303 *Claudius ann. XII mens. VIII.*
- 304 *Primo anno Claudii Petrus apostolus Romam venit, ubi praefuit ann. XXV.*
- 305 *Marcus (marchus C) interpres Petri Alexandriae Christum adveniat.*
- 306 *III Agrippa rex Iudaeorum obiit.*
- 307 *Post quem filius suus Agrippa ann. XXVI.*
- 308 *Prophetia Agabi faniem nuntians totius terrae futuram.*
- 309 *XI anno Felix (fenix C) procurator Iudaeae missus a Claudio.*
- 310 *De Britannis triumphat.*
- 311 *VIII Pabemon grammaticus, qui describit guttam et stillam.*
- 312 *Phoenix avis Romae allata est.*
- 313 *Nero ann. XIII mens. VII.*
- 314 *Secundo huius Felici in Iudaeam Festus succedit, a quo Paulus apostolus Romam vincetus missus.*
- 315 *VIII an. (in C) Festo in magistratu Iudaeae succedit Albinus.*
- 316 *IX Lucanus poeta incisus cenis obiit.*
- 317 *Iacobus iustus frater domini primus Iherosolima episcopus a Iudaeis occiditur.*
- 318 *X Albino in Iudaeam Florus Cestius succedit, sub quo Iudaei rebellant.*
- 319 *XIII persecutio Christianorum prima, in qua Petrus et Paulus (et ius, C) occubuerunt.*

- 320 *Secundus (-do C) post Petrum Linus episcopus annis XI.*
- 321 *Nero fugiens propria manu interfectus, in quo familia consumpta est Augusti.*
- 322 *Post Neronem Galba arrepto imperio mensibus VII, capite truncatur.*
- 323 *Post Galbam Otho (ortho C) arrepto imperio mens. III propria manu occubuit.*
- 324 *Post hanc Vetellius arrepto imperio a Vespasiani duobus occisus in Tiberim proicitur.*
- 325 *Vespasianus ann. X ab exercitu in Iudaeam imperator appellatur.*
- 326 *II huius Titus (thitus C) Iherosolimam templumque incendit, a prima ergo aedificatione templi a Salomone usque ad novissimam ruinam ejus anni ICCII.*
- 327 *V Acaia, Lycia, Rodos, Bizantium, Samothraciu, Commagene, quae prius sub regibus amicis erant, in provincias relinquantur.*
- 328 *Titus (thitus C) ann. II mens. II.*
- 329 *Hic recordatus in cena nihil se illo die praestitisse dicit: amici, hodie diem perdidimus.*
- 330 *CCXXX triumphos Romanorum de Iudaeis: triumphaverunt Vespasianus et Titus (thitus C) simul.*
- 331 *III post Linum Anacletus annis XII.*
- 332 *Domitianus ann. XV mens. V iunior Titi (tichi C) frater.*
- 333 *Hic eunuchos fieri prohibuit.*
- 334 *Quintilianus Ispanus Roma (-mam C) docet.*
- 335 *Hic Domitianus (-cianus C) primus dominum se et deum appellare praecepit:*
- 336 *et uxor eius prima Augusti dicta.*
- 337 *Quartus duodecimo anno huius post Anacletum Clemens ann. VIII.*
- 338 *Iosephus viginti libros antiquitatum scribit.*
- 339 *XIV huius persecutio Christianorum et Iohannes euangelista Pathmos religatus: eos autem (aut C) qui ex genere David erant, interfici praecepit*
- 340 *Hic occisus in palatio et per vispillones sandapila effertur.*
- 341 *Nerva anno I mens. III.*
- 342 *Hic morbo correptus Traianum ex Italica Ispaniae adoptat.*
- 343 *Traianus ann. XVIII men. VI*
- 344 *Iohannes de exilio Ephesum redit (reddit C) et usque ad imperium (-rio C) Traiani permansit.*
- 345 *Quintus (-to C) post Clementem Euaristus annis IX.*
- 346 *X anno Traiani persecutio Christianorum et Simon (symon C) filius Cleopae Iherosolimarum episcopus crucifigitur.*
- 347 *Post Euaristum sextus (-tum C) Alexander ann. X.*
- 348 *Plinius de Christianis Traiano nuntiat.*
- 349 *Traianus obiens intra urbem in foro sepelitur solus omnium.*
- 350 *Adrianus ann. XXI ex consubrina Traiani natus de Italica (-lia C) Ispaniae.*
- 351 *II huius Iudaei iterum rebellantes capti ac dispersi.*
- 352 *Alexandria a Romanis subversa publicis instauratur aegyptensis.*
- 353 *Post Alexandrum septimus Sirtus ann. XI.*
- 354 *VI Atheniensibus legem petentibus Adrianus ex Draconis (draehonis C) et Solonis iura composuit.*
- 355 *Post Sirtum octavus Tulesphorus ann. XI.*
- 356 *XI Adrianus pater patriae appellatur.*
- 357 *Primus ex gentibus episcopus Iherosolimis Marcus (marchus C).*
- 358 *XVII Basilides heresiarches Alexandriae moratur, a quo quostici.*
- 359 *Bellum Iudaicum finem fecit, et ablata est Iudaeis Iherosolima.*
- 360 *Titus (thitus C) Antonius cognomento Pius cum liberis Aurelio et Lucio ann. XXIII.*
- 361 *Post Thelesphorum nonus Ignius ann. III.*

- 362 *Huius anno III Valentinus heresiarches et Cerdo Marcionis (marchionis C) magister Romam venerunt.*
- 363 *Iustinus philosophus librum pro nobis Antonino.*
- 364 *Post Iguinum decimus Pius ann. XV.*
- 365 *Post hunc Anicetus (amicetus C) undecimus ann. XI.*
- 366 *Marcus (marchus C) Antoninus, qui et Verus, et Lucius Aurelius Commodus ann. XIX. hii primi aequo (aaequo C) iure imperarunt, cum usque hos singuli fuerint.*
- 367 *Post Anicetum duodecimus Soles (sother C) ann. VIII.*
- 368 *XI anno Lucio mortuo Antoninus solus.*
- 369 *XI Antonini e cordium Cataphrygarum (cartafingarum C) a Montano, Priscilla et Maximilla insanis ratibus.*
- 370 *XII Titianus (traianus C) hereticus, a quo Euerotitus (eneracite C) et Bardesanes alter heresiarches.*
- 371 *Post Soles Eleuterus XIII annis XV.*
- 372 *Pluriae a Christianis militibus impetratae pugnantibus contra Germanos.*
- 373 *XVI Antoninus (anthoninus C) Commodus filium suum consortem fecit.*
- 374 *Sacciores leges temperat.*
- 375 *Commodus patre in Pannonia mortuo annis XIII.*
- 376 *Commodus a senatu Augustus appellatur.*
- 377 *Colossi capite sublato suae imaginis ei caput imposuit.*
*N* = Vaticanus reginae n. 2077 saec. VI ex.  
*P* = Parisinus n. 4860 saec. X.  
*Q* = Parisinus n. 4859 saec. X.  
*S* = Sirmondianus deperditus.  
*S\** = Parisinus n. 16361 saec. XII.  
*T* = Vaticanus reginae n. 586 saec. X.  
*T'* = Vaticanus reginae n. 39 saec. X.  
*X* = Cassiodoriani chronici auctarium a. 520—559.  
    *X<sup>p</sup>* = chronici eius codex Parisinus 4860.  
    *X<sup>m</sup>* = chronici eius codex Monacensis 11613.  
*Z* = Bernensis n. 645 saec. VIII f. 64-67.  
Propter notas <sup>a</sup> <sup>b</sup> <sup>1</sup> <sup>2</sup> <sup>p</sup> <sup>e</sup> codicum litteris adscriptas vide supra p. 2.

Victorius<sup>1)</sup>, ait Gemadius (vir. ill. 88; inde Isidorus orig. 6, 17, 11, *natione Aquitanicus, calculator scripulosus, invitatus a sancto Hilario urbis Romae episcopo composuit paschalem cursum indagatone cautissima post quattuor priores qui composuerant, id est Hippolytum, Eusebium, Theophilum et Prosperum, et pertendit annorum seriem usque ad annum quingentesimum tricensimum secundum, ita ut quingentesimo tricensimo tertio anno reiniciat paschalis sollemnitatis eodem mense et die eademque luna, qua primo passionis ac resurrectionis dominice anno facta est*<sup>2)</sup>). eiusdem auctoris extat commentariolus (servat eum inter alios cod. Berolinensis Phillippsianorum n. 1833 inscriptum *liber calculi, quem Victorius composuit*), ad quem Gemadius quoque respexit, de arte calculandi editus antea sub Bedae nomine, nuper vero a Christo (*Münchener Sitzungsberichte* a. 1863 vol. 1 p. 100—152; inde Hultsch *metrol. script.* 2 p. 87 cf. p. 24) et a Friedleinio (Victorii calculus, Romae 1872) suo auctori restitutus. — Postea auctores qui de re paschali scripserunt Victorii passim mentionem faciunt, quorum testimonia hoc loco componere nonni. sufficiens afferre quod ait Beda de rat. temp. c. 51, postquam attulit ex Victorio ea quae infra in annotatione indicavimus, acerbam in eum diatribam ita concludens: *verum ne nos amatores Victorii temere illum adgressos esse lacereat, legant librum doctissimi et sanctissimi viri Victoris videlicet Capuani episcopi de pascha quod XV kal. Mai. putabatur celebrari debere, indictione autem XIII, novies post consulatum Basilii et quatuor a prudentibus et catholicis ecclesiae doctoribus aestimatus sit suus magister, invenient, cuius principium libri est* (quae sequuntur Victoris adscripta sunt infra ad eum annum, p. Chr. 550). *et in processu operis: sed nunc, inquam, orbo caperet, ut cyclorum quos Victorius edidit patefaciam evidenter errores, dum nescit legitimum diem definire paschalem, ut, cum in praeteritis ostensus hoc modo fuerit deliquisse, in praesentibus ac futuris et auctoritate careat et occasionem pravae persuasionis amittat*, excerpta alia ex eodem Victore Beda posuit in epistula ad Vicedum de paschae celebratione (opp. ed. Giles vol. 1 p. 158).

Motus litigiis paschalibus inter Romanos episcopos et Alexandrinos maxime propter paschata dubia annorum 111 et 155 summo studio agitatae, ut non sine causa ecclesiae unitas propter ea videretur labi, Hilarus ecclesiae Romanae archidiaconus eo tempore, paulo post mortuo Leone papa creatus (a. 461 Nov. 19) Victorium natione Aquitanum artis calculatoriae eo tempore peritissimum virum in dubiorum eorum causas

1) Hanc nominis formam tam cycli codices quam artis calculatoriae solam agnoscunt, nec differunt Gemadius et Isidorus et Beda et in universum reliqui omnes eum adlegantes. Victorium Scaliger quod ait reperisse se et in suo libro et in Culaeciano (vide infra p. 672), merus error est: refragantur ipsi codices duo adhuc supersites.

2) Varia lectio trium librorum, Veronensis n. 22 (V), Vaticani reginae n. 2077 (R), Vercellensis n. 183 (H) necum communicata a Niedao Mueller haec est: [victorius] VV — [natione] homo natione R — [calculator] VR — [urbis romae] R, romae V, romano H — [paschale] cursum H, paschale recensum R — [composuerant] R — [pertendit] H, perpendit V, praetendit R — [quingentesimo] om. R [tricensimo] necesimo R — [reinci[at] edd., incipiat R, recipiat] VV — [eundem] H — [mensem] VB — [diem] VV — [eandemque] lunam H — [anno] om. R — [factum] R



inquirere iussit et si fieri posset controversiis perniciosis finem imponere. respondens Hilario calculator publice edidit laterculum, cui duas epistulas illas praeposuit, inscriptum secundum libros nostros ita:

*ante epistulam Hilari inscriptio nulla in libris optimis GCV.* in nomine domini dei nostri Iesu Christi incipit prologus ciei *A*, incipit epistola Hilari pape ad Victorium *L*, Hilari ad Victorium epistola *S* (*contra S\**), incipit epistola Hilarii ad Victorium de postulatione (postulatione *P*) cycli *UP*. — *Ante epistulam Victorii inscriptio nulla in V.* incipit prologus ad eundem (eodem *CA*) de ratione paschae *GCA*, prologus Victorii ad Hilarum *L*, epistola Victorii ad Hilarum papam *et ante verba* paschalis igitur *sic*: Victorii praefatio paschalis festi *S* (*non S\**), responsio Victorii ad Hilarum *et ante verba* paschalis igitur *sic*: finit responsio (r. om. *U*) incipit prologus Victorii ad Hilarum papam urbis Romae de ratione paschali, *mox ante verbum* discrepare *sic*: finit prologus (f. pr. om. *U*) incipit de diversis cyclis *UP*. — *Subscriptio nulla in plerisque* (explicit *L*, finit *B*), explicit prologus sancti Victuri ad papam Hylarium (a papa hylaro *A*) de ratione paschae (paschale *A*) *GA*.

*ante cyclum praescribunt* incipit cyclos Victuri *G*, ciei *a* passione domini per annos *DXXXII A*, incipit laterculus paschalis *Dtorum XXXII* annorum sicut prolocus docet amen *B*, *non constat de S*; *a reliquis libris aut totus cyclus abest aut principium eius.* — *Subscribitur*: explicit cyclus Victuri per annos quingentos triginta duo qui explicitus a capite repetitur deo gratias *G*, explicit ciei *Dtorum XXXII* annorum deo gracias *post cyclum, deinde interposito provinciarum Gallicarum laterculo* (*vide supra p. 564*) expl. ciei *cum civitate-bus metropolis rap\*\*\*\*\* erorum B*, periodi Victorii annorum *DXXXII* finis: rursus ad caput periodi redeundum *Bucherius*.

Inscriptiones has subscriptionesve librariorum videntur esse ex epistula auctoris arripientium vocabula cum prologi (p. 681, 9) tum cycli (p. 681, 7), neque auctor quicquam laterculo praescripsisse praeter epistularum directiones sollemnes.

Insum quomodo executus sit Victorius quamquam plene explicare non est huius loci, sicut supra in paschali Cizensi fecimus, ita hic quoque adferentur quae necessaria sunt ad laterculum hunc recte adhibendum. canonem quamquam Victorius edidit hortatu diaconi ecclesiae Romanae mox ad episcopatum proVecti, quod supra p. 505 exposui canonem paschalem nullum ab huius saeculi episcopis pro lege observatum esse, id ad Victorianum quoque pervenit, docueruntque qui in hanc rem inquisiverunt antiquiorem *LXXXIV* annorum etiam post Victorianum editum maxime in Italia et Britannia per saecula in usu mansisse, in Gallia sola, unde originem duxit, Victorianum potissimum adhibitum esse<sup>1)</sup>: ibi concilium Aurelianense quartum a. 541 decrevit, *ut sanctum pascha secundum laterculum Victorii ab omnibus sacerdotibus uno tempore celebratur* (concil. Gall. ed. Maur. p. 1009). proposuit autem calculator Aquitanus non imperfectum libellum, qualis est Cizensis ab ipsis paschatibus determinandis abstinens, sed vere, ut ait Gennadius, cursum paschalem per *DXXXII* annos digestum et ita ordinatum, ut secundum mentem auctoris post finem, qui incidit in a. p. Chr. 559, anno sequenti rursus a capite incipiat. ad singulos annos adscribuntur numerus anni cyclici, consules cycli primi, kalendarum Jan. et hebdomadis dies et mensis lunaris, paschalis dies et ad annum solarem et ad mensem lunarem determinatus.

Leges in universum Victorius secutus est has.

<sup>1)</sup> Quamdiu per diversas regiones Victorianus cyclus in usu manserit, quaesivit copiose et perite Kruschius in commentario *die Einführung des griechischen Paschalritus im Abendlande* (neues Archiv vol. 9 a. 1884 p. 99—169).

1. Orditur cyclum pariter atque auctor paschalis Cizensis a capite non tam astronomico<sup>1)</sup> quam historico, scilicet a resurrectione Christi, quam adscribit diei Mart. 28 a. 28 secundum computationem suam, secundum consules adscriptos a. 29, ut eo quoque nomine cum paschali illo canon Victorianus concordet, sed quod ita incipit, fecit non tam secutus Cizensem commentarium, sed secutus Prosperum, a quo non solum consules eum mutuatum esse, sed etiam annos passionis mox videbimus.

2. Cizensis libri auctorem cum viderimus epactam Latinorum ita reiecisisse, ut Alexandrinae similem substitueret, retinuisse cyclum perversum annorum LXXXIV, Victorius non solum epactam Alexandrinam aliquatenus, imperfecte tamen secutus est, sed item pro cyclo LXXXIV annorum adoptavit *ἑρραζαίδεζατιγίδα* Alexandrinam: ad eam enim redit cyclus Victorianus et ipse Alexandrinis non ignotus annorum  $19 \times 28 = 532$ , nec semel in epistula (p. 679, 10, 682, 12) auctor artis calculatoariae gnarus probat rationem Alexandrinam.

3. Praeterea leges ecclesiae Romanae in paschate definiendo retinuit, maxime fines mensis paschalis, ut ipse ait p. 679, 13 seq., secundum quos Latinorum pascha concluditur inter dies XV k. Apr. = Mart. 18 et XVII k. Mai. = Apr. 15, cum Alexandrinorum fines sint dies XII k. Apr. = Mart. 21 et XIV k. Mai. = Apr. 18, ubi aut propter epactam parum congruentem aut propter mensem paschalem diverse definitum computationes occidentales et orientales differunt, Victorius, ut item ait in praefatione p. 684, 7, utrumque diem adnotavit, electionem pontifici similiter reservans, ut factum est in Cizensi.

Ad quaestiones paschales quosnam commentarios adhibuerit, quaeritur, Latinorum cum nullum nominatum citet, fieri potest, ut usurparit Cizensem, quamquam quae habet eum eo communia, ita comparata sunt, ut aliunde quoque ea sumere potuerit vel ipse comminisci<sup>2)</sup>. — Graecorum Theophili et in praefatione p. 680, 1, 21 mentionem fecit et in latereulo adnotavit ad a. cycli 353, p. Chr. 380: *hinc Theophilus episcopus paschali suo sumpsit eordium* et ad a. cycli 453, p. Chr. 480: *huc usque Theophilus*: scilicet postquam epistulas eius de re paschali Hieronymus Latine vertit, propter Alexandrinorum rationes paschales Occidentis scriptores, ut in Italia Leo papa quique de re paschali ad Leonem scripserunt et in Hispania Hydatius sive Hydatii adnotator, Theophilum potissimum adhibant. — Denique adscriptum est ad a. cycli 326, p. Chr. 353: *initium paschalis Graecorum post annos XCV seu Macedonum*, iis verbis, sive pro *post* scribendum est *per*, sive omisit librarius vocabulum *finientis*, cum sine dubio significetur coepisse eo anno paschale Graecum quoddam<sup>3)</sup> a Theophiliano diversum, is cardo reliquis Graecorum paschalibus parum aptus recte convenit antiquissimo Anatoliano, cuius decennovennia cum decurrant ab a. 277<sup>4)</sup>, decennovennium quintum complectitur a. 353—371, ad cyclum quoque XCV annorum ita ea facile rediguntur quintuplicata, etiam Macedonum mentio inde explicatur, quod relatio de eo apud Eusebium hist. eccl. 7, 32 in versione Rufini

1) Eatenus tamen Victorius etiam calculorum rationem habuit, quod cum mundum coeptum esse creari crederetur d. Mart. 25, luna igitur creata d. Mart. 28 scilicet plena, cycli anno primo p. Chr. 28 pascha incidit in eum diem prae ceteris aptum ad cyclum paschalem inclinandum. 2) Quod credit Kruschius prima ex Cizensi commentario quae supersunt verba: . . . *ut diei, quia et in regulis festi et in cursu lunae pars utraque consonat* Victorium ante oculos habuisse scribentem p. 680, 15: *quod iude, sicut supra iam dicitur, occurrere certissimum est, quia tam in regulis temporum quam in disputatione lunari pars altera non congruit*, mihi non probavit, similia a nullo huiusmodi commentario abesse potuerunt, neque tam infans est Victorius, ut necesse habuerit talia compilare. 3) Kruschius *Neues Archiv* 9, 275 hanc adnotationem trahens ad paschale Cizense, cuius cyclus finit in a. 448, non explicuit, quomodo eiusmodi adnotatio ad a. 353 adscribi potuerit, praeterea paschalis computatio ea in Occidente proposita et ad papam Leonem directa, denique ad cyclum LXXXIV annorum ordinata nullo modo paschale Graecorum appellari potuit propter eam solam causam, quod in epactis ad Graecos propius accedit quam ad Latinos. 4) Ideler *Chron.* 2, 226. meminuit Anatolii libri super pascha etiam Hieronymus vir. ill. 73.

Latina 7, 28 ita incipit: *est in primo anno initium primi mensis, quod est decem et norem annorum circuli principium, secundum Aegyptios quidem mensis Phamenoth XXVI die, secundum Macedones Dystri mensis XXII, secundum Romanos vero XI k. Apr.*

Consularia Victorius, ut ait ipse et confirmat liber, sumpsit ex chronicis Prosperi biennio antea demum editis. Aquitanus ab Aquitano, sunt autem ipsa pessima et iis quae adhibuit auctor tabulae Cizensis longe deteriora. consules Orientis, quos Prosper non posuit, ubi adsunt apud Victorium, suppleverunt eos fere librarii posteriores: certe a. p. Chr. 110, 112, 153 optimus liber Victorianus eos non magis habet quam optimi Prosperi. quamquam quosdam eorum, Aristaenetum a. 101 et Constantem a. 114, fortasse ipse Victorius ad Prosperum addidit, ut sine dubio in annis 309, 310 formulas breviatas *p. c. X et VII et item p. c. X et VII* explicuit insertis nominibus Diocletiani et Maximiani.

Annos passionis auctor pariter atque consules sumpsit a Prospero, numeraturque annus Prosperi extremus p. Chr. 155 tam apud Prosperum quam in cyclo Victoriano CCCXXVIII. errorem a Prospero commissum, de quo supra p. 351 exposuimus, ut interpositi inter annos passionis 317 et 318 consules in numeratione praeterirentur et ita apud Prosperum ab a. 29 ad 455 recenserentur consulum paria CCCXXIX, numerarentur uno minus CCCXXVIII, Victorius ita celavit, ut numeret annos CCCXXIX, sed cum Prosper incipiat ab a. 29, compiler principium retraxerit ad annum praecedentem, cui nihilo minus duorum Geminorum a. 29 consulatum adsignavit. — Anni cycli Victoriani ita in universum quidem respondent consularibus a. 28—157, sed ad singulos ubi addes 27, ab a. demum cycli 318, p. Chr. 315, ad veros numeros pervenies: nam qui praecedunt anni fallunt omnes propter fastorum mendas innumeras, propterea nos cycli Victoriani annis annos, qui in cyclo primo respondent a Christo nato, adscripsimus comprehensos intra meos quadratos.

Cyclum annorum DXXXII cum Victorius ita ediderit, ut extremorum annorum cycli 131—532, p. Chr. 158—559 spatia consularia vacarent, in codicibus quos habemus ii reperiuntur plus minus a librariis expleti, nos supplementa haec edidimus cum laterculo Victoriano inclusa infra meos quadratos et adiectis ad singulos annos codicum notis, consularia perveniunt in Leidensi ad a. cycli 495, p. Chr. 522, in Gothano ad a. cycli 516, p. Chr. 543, in Simondiano et in Parisino n. 1859 ad a. cycli extremum 532, p. Chr. 559.

Victorium quod edere potui exactum ad libros scriptos, debeo Kruschio, nam cum codices perquirem chronicorum causa, putabam omitti posse cyclum Victorianum eorumque eius cum reliquis paschalibus commentariis habiturum esse Kruschium, itaque in apparatu colligendo adiuvī amicum, ipse ab eo labore abstinens, iam vero cum intellexissem Prosperi et Cassiodori chronica recte edi non posse Victorio omisso, consilium autem illud Kruschium aut deposuisse aut certe distulisse, cum adii, ut concederet mihi quae parata haberet ad Victorium, obtinuique maiorem partem apparatus eius, quo haec editio nititur, libros scriptos, quos adhibui, iam enarrabo, deinde quatenam intercedat inter eos cognatio disputabo, integri operis, id est epistularum cum laterculo pleno, codices non innotuerunt nisi tres Gothanus (*G*) omnium antiquissimus et integerrimus a Kruschio in lucem protractus, Leidensis (*L*), Simondianus (*S*) deperditus cum adsecla Parisino (*S\**) et adsecla Beda quoque, ut adnotata infra declarant, epistulas cum parte laterculi habent Ambrosianus (*A*), Bernensis (*BZ*), Vaticanus reginae n. 586 (*U*), Parisinus 1860 (*P*), epistulas solas Vaticanus reginae n. 39 (*V*) et Coloniensis (*C*), consules solos ex Victorio excerptos habet Parisinus n. 1859 (*Q*), Vaticanus reginae n. 2077 (*N*) cum non habeat nisi excerpta ex laterculo inserta commentariis editis infra in

*G* Gothanus n. 75 fortasse is ipse codex est quem Scaliger vidit apud Cuiacium sic scribens de emend. temp. (1629) p. 160: 'Victorinus periodum continuavit circiter usque

‘ad tempora sua appositis a latere paribus consulum, ut vidimus in peruetusta magni  
 ‘illius Cuiacii membrana maiusculis literis, quas capitales vocant, perscripta, sed foedissimi  
 ‘errores erant . . . neque melior est codex quem penes nos habemus [intellegitur noster L]:  
 ‘in utroque codice Victorini, non Victorii praeferebatur’, quid codex ex diversis fragmentis  
 conglutinatus contineat, enarravit post Iacobsum et Ekertium (*Beiträge zur älteren  
 Litteratur oder Merkwürdigkeiten der herzogl. öffentlichen Bibliothek in Gotha* vol. 2 a. 1836  
 p. 131 seq.) nuper perite Kruschius (*neues Archiv* 9 a. 1884 p. 269 seq.). pars ea, quae  
 Victorium continet f. 70–106, scripta est saec. VII uncialibus litteris in Burgundia,  
 descripta opinor ad exemplar exaratum regnante in Italia Theoderico, quoniam consul  
 is quamquam orientalis ad a. 457 occidentali praepositur. ad a. cycli 224 sive p. Chr. 783  
 (scilicet cycli Victoriani secundi) adscriptum est manu saec. VIII: [*an*]no XXI *Kylos*  
 (reliqua recisa). — In orthographicis enim hic liber solus fere formas antiquiores osten-  
 dat (ita habet genctivum *Eusebi*, *aput* constanter, *epistula*, *innolatus*, *mongenti*, *sollertie*,  
 hoc cum *V*), in iis ab eo non discessi praeterquam in solocismis. ii non desunt: *b v*:  
*fabor*, *octabu* — *e t*: *domiciatio* (unico loco, lat. a. 54) — *d t*: *adque* constanter, *dere-*  
*liquid* — *e ac*: *dissone*, *greco*, *haebreis*, *palestine*, item *absolutae*, *celebrare*, *cucinas*,  
*comprehendere* constanter, *haebreis*, *paucitas*, *suppultus* — *e i*: *antestis*, *distinata*, *con-*  
*teyrit* — *e oc*: *obediencia* — *h*: *antemi* semel, *chdomas*, *incoatio*, *peribet*, *hii*, *his* — *n*:  
*octabu* — *n*: *constant* — *o u*: *consolata*, item *Victurius* (in titulo libri, non in laterculo  
 consulari) — *p*: *praesumptum*, item *sollempnitas* — *s s*: *calinctis* — *y*: *Hieronimo*,  
*misterii*, *Olibrio* — geminatio: *dillurium mallis* (a malle), *inbeccillitatem*, *repperiuntur*, sed  
 mendae eae omnes fere raras sunt et dominatur ubivis orthographia incorrupta. —  
 Contuli ipse.

Leidensis Scaligeramus n. 28 scriptus a. 816 in monasterio Flavigny diocesis *L*  
 Augustodunensis (egit de eo diligenter Balgè quondam noster in Cassiodori chronicorum  
 editione mea p. 677 seq.; cf. Kruschius *Studien* p. 209) epistolam Hilari et prologum  
 Victorii habet f. 26 seq., item f. 3–15 ad Bedae laterculum adiungit Victoriamum  
 ita, ut Victorii cycli primi anni 1–10 acquirerentur errore Bedanis a. 49–28, deinde  
 eiusdem cycli anni 11–532 et secundi 1–396 recte componantur cum Bedanis, inde  
 ab a. 38 sub praescriptione *cyclum Victorii* nono decimo quoque anno redeunte exhibet  
 laterculus per singulos annos numerum cycli Victoriani, lan. 1 et feriam et lunam,  
 diem paschatis (ad a. Chr. 155, deinceps raro), lunam paschatis (ad a. Chr. 503, deinceps  
 raro), consules continuatos ad a. Chr. 522 (hos edidi ex hoc libro l. c. p. 661 seq.  
 690 seq.). ad tabulas illas Bedanas Victorianas quae adscriptae sunt rerum adnotationes,  
 eae sub titulo amalium Flaviniacensium et Lausonensium editae sunt MG. SS. 3, 149  
 a Pertzio et accuratius a Balgè l. c. p. 681 seq. (cf. Waitz *neues Archiv* 5, 175 seq.). —  
 Contuli ipse.

Sirmondus codicem quendam paschalia varia continentem (ea composuit Kruschius *s*  
*Studien* p. 210 seq.) obtulit tam Alexandro Petavio, qui ex eo edidit in doctrinae tem-  
 porum vol. secundo (primum 1627, denno Antverpiae 1703 p. 501, cf. prolegom. in fine  
 et l. II c. 64) Hilari epistolam et Victorii responsum, quam Aegidio Bucherio, qui edito  
 a. 1631 ‘de doctrina temporum commentario in Victorium Aquitanum aliosque antiquos  
 ‘canonum paschaliū scriptores’ ex hoc libro laterculum Victoriamum primus publici  
 iuris fecit, codex quo postea pervenerit, ignoratur: fieri potest, id quod coniecit  
 Kruschius *Studien* p. 216, ut sit Bernensis n. 610 saec. IX eo tempore integer, cum  
 hodie complura folia desiderentur: nam quae supersunt cum editis ex Sirmondiano  
 bene conveniunt, nos epistulas dedimus secundum Petavium, qui et hoc uno codice  
 usus est et fidelius eum expressit quam Bucherius, quem in laterculo sequi debui.

Parisius n. 16361 (antea Sorbonne n. 283) saec. XII, de quo egit Krusch *neues s*  
*Archiv* 10, 84, habet p. 242 seq. Hilari et Victorii epistulas forma simillima libri Sir-

mondiani. sed inscriptionis epistulae Hilarianae vetusta lectio, quae licet interpolata in Sirmondiano libro adfuit, in hoc non reperitur, nec adest laterculum, contulit librum Kruschius, sed non multa inde recepi.

- A Ambrosianus II 150 inf. ser. c. a. 810, antea Bobiensis (praescribitur: *iste liber est monachorum congregationis sancte Iustine de observantia ordinis sancti Benedicti residentium in monasterio sancti Columbani de Bobio*) descriptus a Reifferscheidio bibl. patr. Lat. Ital. 2, 91 et a Kruschio *Studien* p. 206 habet f. 125—132 epistolam Hilari, prologum Victorii, laterculum ipsius per a. 1—CXX (qui sunt ipsi Victoriani). CXXI—CXXXI (qui sunt Victoriani CXLIV—CLIV). bissexta post a. LXXIII non adnotantur, laterculum sequitur f. 129' computatio haec (Krusch *neues Archiv* 9, 132) repetita ex archetypo deducta ad annum Chlotacharii tertii XVI, p. Chr. 673:

a mundi principio usque ad diluvio sunt anni HCCXLII.

item ab initio mundi usque ad passione domini nostri Iesu Christi sunt anni VCCXXVIII.

similiter ab initio mundi usque eo tempore, quando cielo isto Victurius condedit, sunt anni VDCXLVIII [*immo* VDCLVIII].

in summa enim ab initio mundi usque in presente anno, id est sexto et decimo anno regnante Clothario, filio Chlodoveo, sunt anni VDCCLXXXIII.

restant de sexto milenario anni CXXVI.

Codicem contulit Kruschius, laterculum ego, consulum seriem ex eo edidit Reifferscheidius l. c.

- B Bernensis n. 615 saec. VIII praeter alia, quae recenset Hagen cat. cod. Bern. p. 192, Victorii libellum exhibet, sed mutilum, scilicet foliis aliis deperditis, aliis a glutinatore transpositis incipit f. 57 a prologi verbis p. 682, 17 *maximo huic inquisitioni*: sequitur f. 59—61, 11—18 (ita enim textus ordinandus est) laterculum omissis excepto anno primo consulibus, praeterea integer, in eodem libro f. 65—67 redeunt eiusdem laterculi anni Victoriani 73—182 omissis item consulibus et per annos 73—87 etiam numeris ordinis Victorianis, praescriptione et subscriptione nulla, sequuntur in pagina eadem alia diversa, omisi ad hunc laterculum quae adnotantur:

*og.* ad a. cycli 87, 106, 121, 113.

*iml* ad a. cycli 92, 130.

*end* ad a. cycli 95, 114, 152.

Contuli ipse.

- C Vaticanus reginae n. 586 saec. X habet epistulas duas et ex laterculo annos 141—212 Victorianos praetermissis consulibus, adiecto inter epactam et pascha per singulos annos initio quadragesimae, adnotantur item anni *emb.* et *com.*, item ad a. cycli 151: *finit octoatus (octoatus P)*, *incipit indegatus (indecatus P)* et ad a. 162: *finit endegatus (endeccatus P)*, *incipit octoatus (octoatus P)* similiterque deinceps, laterculum edidit Mansius in annalium Baronii apparatu (Luciae a. 1710 p. 231—236, cf. p. 221).
- P Parisinus n. 4860 saec. X (vide supra p. 363) eadem habet atque modo memoratus Vaticanus.
- F Vaticanus reginae n. 39 saec. X praeter alia, quae recenset Reifferscheid bibl. patr. Lat. Ital. 1 p. 364, habet f. 97—102 epistulas duas Hilari et Victorii, collatum habui a Kruschio, qui dixit de eo *neues Archiv* 4, 169 seq.
- C Coloniensis n. 83<sup>11</sup> scriptus per a. 798 805, accurate descriptus apud Kruschium *Stud.* p. 195 seq., habet f. 197—201 epistolam Hilari et prologum Victorii, relegi ego collatum a Kruschio.
- Q Parisinus n. 1859 saec. X post chronica Hieronymi f. 191 fastos consulares exhibet sub praescriptione *cons. ordenari post opus sancti Hieronimi constitum* (sic), eos quos ex hoc ipso libro tum Francisci Pithoei edidit Pontaeus post chronica Hieronymiana

p. 801. incipientes ita ab a. 379 perveniunt ad a. 559, qui est extremus cycli Victoriani, ex exemplari laterculi eius exscriptos esse demonstravit G. Kaufmann philologi vol. 31 (1876) p. 381: nam non solum, ut diximus, finiunt eodem anno, sed etiam consules male omissos compensant bis a. 439 inter a. 418 et 419 (v. adn. ad a. 450) et a. 519 inter a. 522 et 523, quae hiatuum casu effectorum emendatio laterculis huiusmodi propria est et necessitate quadam cum iis coniuncta. denique consulum nomina, quatenus pervenit Victorius, plane conveniunt.

Cassiodori chronicis finientibus in a. 519 qui adhaeret in duobus eius quos habemus libris Parisino n. 4860 et Momacensi n. 14613 laterculus consulum a. 520—559 cum finiat ibi ubi finit cyclus Victorianus, probabile est item adiectum esse ex codice aliquo cycli Victoriani similiter expleto, posui enim exiguum ipsum et vix seorsum publicandum in apparatu nostro Victoriano.

Vaticanus reginae n. 2077 saec. VI exeuntis, de quo supra p. 371 retulimus, in fine f. 96'—98 consularia proponit scripta in Campania ab a. p. Chr. 461 ad a. 599 plene edita infra in additamento tertio, hoc loco inde in apparatus retulimus excerpta ex laterculo Victoriano, scilicet annos cyclicos 450, 460 (quem recte posuit, quamquam annum 454, p. Chr. 480 omisit) 470, 477—558 (non destitit igitur ubi cyclus finit a. 532 ab iis numerandis); item paschata cum lunis suis ab a. 437 sive p. Chr. 464 (omisso ut diximus uno a. 454) ad a. 533 sive p. Chr. 560, qui primus est cycli secundi; denique epactam cum luna ad unum annum cycli 439 (= p. Chr. 466), secunda manus quae adseripsit lunas k. Jan. ad a. p. Chr. 590—599, cycli 31—41, et paschata additis aliquoties lunis ad a. p. Chr. 587—613, cycli 28—54, cum item videantur sumpta esse ex tabula Victoriana, ea quoque in hunc apparatus recepimus.

Interpolationes in Victorii tractatum maturius et frequentius solito grassatae sunt, ita p. 682, 2 pro numero *VIII et LXX*, quem Victorius non potest non scripsisse, boni libri omnes habent *VIII et LXX* propter ea quae sequuntur male inlatum, gravius est, quod in duabus inscriptionibus epistularum Hilarus in libris praeterea optimis *episcopus* vel *papa* appellatur, *archidiaconus* recte in uno libro *V*, *episcopus archidiaconus* in Sirmondiano deperdito, propter eam interpolationem (nam Hilarus biennio post scriptam epistolam episcopus factus est) laffeus (in ed. mea chronicorum Cassiodori p. 679) me adsentiente (in editione priore paschalis Cizensis p. 564) duas epistulas in suspicionem vocavit, id quod recte redarguit Kruschius (*neues Archiv* 1, 169) prolata lectione libri Vaticani *V*, at multis locis idem codex gravissimis vitis reperitur inquinatus iisque, quae etiam in aliis redeant: cave igitur credas eum communem interpolationem effugisse, codex, unde consules excerptos habemus in codice *Q*, si superesset, fortasse omnibus praestaret: ita ad a. cycli 383 quod reliqui habent optimi quique *Varane v. c. cos. et Tertullo* cum interpolationem consulis alterius, quem non habet Victorii auctor Prosper, eo solo prodit, quod *v. c. cos.* consulem alterum praecedat, non est nisi *Varane v. c.* in libro *Q*, idem fere evenit a. cycli 415 et 426, ubi illic Eudoxium, hic Vincomalum omittit *Q* cum Prosperi libris bonis, ponunt Victoriani libri reliqui et Prosperi deteriores, apparet nos nullum habere codicem ab interpolatione immunem, sed invicem eos sese corrigere interpolatos diverse, interpolatas illas epistularum inscriptiones legerunt iam Gennadius saeculo sexto exeunte et septimo Beda habetque eas codex Gothamus saeculi VII, librorum condicionem optime illustrant loci duo alter p. 681, 14 *idem V* recte, *id idem G* fere recte, *et item C* interpolans, *item ALSUP* interpolationem augentes, alter p. 681, 20, ubi veram lectionem *testes citare* habet unus *G*, eandem corruptam in *teiscitare A*, interpolatam, ut fieret *est seiscitare, L*, ut fieret *seiscitare CV*, coniuncta utraque per dittographiam *testes seiscitari* libri *SUP*, omnino primatum inter libros obtinet *G*, quippe qui et postconsulatus (v. a. cycli 432, 284, 282 et maxime a. 324, ubi pro *p. c. Sergii et Nigriniani* recte servato in *G* substituunt temere omnino

*Constantio V et Galliano LS*) solus recte exhibeat et veras lectiones habeat contra *LS* in errore consentientes (ita a. cycli 286 *aniano* recte *G*, *antonino LS*), geminationes quoque quasdam et adnotationes de paschalibus Graecis solus integras servavit, accedentibus tamen quatenus perveniunt codicibus *A* et *X*. nihilominus alibi habet interpolationes sibi proprias, ut p. 681, 19 ex *coactanico relatu* effecit *coactanorumque relatu*. proxime ad codicem *G* accedit *A*: *C* quoque raro stat contra hos cum deterioribus, ut factum est in his:

p. 678, 24 ueritate(m) *GAIV*, uarietate *CLSUP*

p. 681, 17 esse coeperunt *GAIV*, apud barbaros esse coeperunt *CLSUP*

p. 683, 20 interim *GAIV*, interim explicavi *BCLSUP* addito uocabulo propterea quod *uebum finitum* patefacere postposui sequitur post longum interuallum.

His deteriores sunt *LSUP* saepe consentientes in interpolationibus. exempla sunt haec antea adlegatis addenda:

p. 678, 13 ad me] *GAIC*, eadem *V*, ad me eandem *LSUP*

p. 678, 24 alternatione] alteratione *LUP*

p. 680, 2 epistulis] epistulis a rege *UP*  
in quo] in quo adnutians *SUP*

p. 680, 12 sextam decimam] *XV LS*

*XVII* uel etiam *XVIII*] *XVI* uel etiam *XVII LS*

p. 681, 18 est orsus] *GL*, est ortus *AC*, exorsus *SUP*, exhorsus est *V*

p. 683, 11 duce sit traditione] *scripsi*, duce si traditione *G*, duce sit ratione *G*, sit duce ratio *A*, docet se traditione *S*, docet tradicionem *L*, azimis intra rationem *V*, azocer intra rationem *B*, docet se traditione intra rationem *UP*

p. 681, 2 superius iam promisi] *BIV*, superius iam promisse *GAIC*, superius comprehendendi iam praemisso *LS*, comprehendendi superius iam promisi *UP*.

Insunt in his etiam dittographiae, ut supra adlegatae in ipsa epistulae Hilarianae praescriptione et p. 681, 20, item hic p. 683, 11, 681, 2. libri *UP* ex contaminatione oriundi modo ad librum *V* sese applicant (p. 677, 12 cet.), modo ad reliquos.

Laterculum quamquam haec editio adhibitis praesertim libris duobus *GN* emendatiorem et pleniorē longe repraesentat quam Bucheriana, nihilominus nequaquam talem habemus, qualem auctor emisit. in nominibus consulum reperiuntur errores non multi, sed tamen aliquot, ut a. 31 *Corpiliano* pro *Turpiliano*, a. 61 *Flucio* pro *Fulcio*, a. 181 *duobus Apris* pro *duobus Aspris*, a. 232 *Marcelliano* pro *Aemiliano*, nostris libris omnibus communes, sed non auctoris, cum in uera lectione consentiant Prosper, quem Victorius exscripsit, et Cassiodorus, qui Victorium explicauit. item exemplar nullum superest subsistens in anno eo, in quo auctor finivit, sed adsunt in omnibus supplementa ad sextum usque saeculum porrecta. geminationum quoque deficere partem non exiguam inde maxime intellegitur, quod non raro exemplaria dies paschales diversos ita ponunt, ut geminos habeat nullum, sed ea damna cyclis decemnonnalibus duodetriginta inter se collatis facile resarciuntur. ego cum a paschalium Charybdi quantum potui mihi caverem, laterculum neque supplere temptavi neque emendare, sed curam egi, ut tradita cum fide repraesentarem.

Editus est Victorii cursus paschalis integer adhuc semel tantum cura Aegidii Bucheri Aquitani e societate Iesu uolumine inscripto sic: 'de doctrina temporum commentarius in Victorium Aquitanum nunc primum post MCLXXVII annos in lucem editum aliosque antiquos canonum paschalium scriptores chronologiae ecclesiae illustrandae ac stabilis utilissimos' (Antverpiae 1631 fol.) ad codicem de quo supra p. 673 diximus Sirmundianum.

# VICTORII AQUITANI

## CVRSVS PASCHALIS ANNORVM DXXXII.

Dilectissimo et honorabili fratri Victorio Hilarus archidiaconus.

Cum pleraque de ratione paschali tam de Graeco translata quam a Latinis condita recensere, discrepare inter se utrorumque sententias atque sibi invicem resultare perspexi, ut neutra pars, dum impugnatur ab altera, putetur evidenter adstruere huius observantiae disciplinam, quo fit, ut, cum institutio Latina vel Graeca eruditioni domesticae magis favere contendit, praecipuo numeri peragendo inter eorum dissensiones tempus saepe non congruat, quapropter, dilectissime frater, tantarum rerum ambiguitate permotus meae dilectionis studio fidenter inungo, ut per otium diligenter inquiras, vel unde supra dicta diversitas oriatur vel qua potissimum ratione veritas indagetur, ut deinceps dissonae opinionis errore submoto idem semper tenere possit universitas, quatenus cuncti in commune fideles a dubiis omnibus expediti in summa celebritate mysterii inoffenso devotionis tramite dirigamur.

Ora pro nobis, dilectissime frater.

Domino vere sancto et in Christo venerabili fratri Hilario archidiacono Victorius.

Utinam praeceptis tuis, archidiacone venerabilis Hilare, tam effectu valeam parere quam voto, est enim et opus hoc arduum et meae intelligentiae facultas exigua, ego tamen quod ad me adinet etiamsi delegatae materiae superer quantitate, satis habebō

### G A C L S U P

*praescripta vide supra p. 670.* 1 et *om. S* fratri<sup>1</sup> sancto fratri *GCLSUP* victurio *GAT*

hilarius *CU* archidiaconus] *V* *et S* secundum *Inchoarium* *evangelicum* *omnino* *tradita*, episcopus archidiaconus urbis romae *S* (*teste Petacio*), episcopus urbis romae *reliqui cum Gerardo* (*vide supra p. 669*) *et Beda de temp. rat. c. 13*: haec (controversia) et Hilarium papam post tot Nicaeni concilii tempora novum cyclum petere et Victorium paschalem novum condere persuasit 2 pleraque] *CS*, plerumque *ATP*, plerique *GALSUP* grego *L* translata *C* a] de *TP* condita *CS* 3 recensere *S\**, recensere *A*, censere *C\** utrarumque *L*, utrumque *G*, utrorum *A* resulta *L* prospexi *LS\** 4 ut] ita ut *L*, *om. C*

neutra] ne utraque *ST* abstruere *A* 5 discipline *L* quod *G* fit] fide *C* ut *om. V* instituta *V* latine *C* erudit *editioni*] *TP* *et sic* *convicit Petarius*, eruditione *GACLS* 6 favore *G* munere *GLUP*, numeri *S* peragendum *L*, peragenda *S* inter] in *C* eorum errorum *S* dissensiones *CU* 7 congruit *TP* dilectissimi *C* 8 studium *C* inungo *AC* 9 dicta *bis L* qua] quo *L*, quia *P* rationem *VCL* indagatur *AC*, indiget *V* 10 opiniones *C* submoto] *GALUP*, submotu *L*, sublato *VS* item *C* 11 fidelis *GTCL* a dubiis omnibus] *omnes dies omnes V* summi *V* celebritatem *C* 12 directionis *A* tramite *V* dirigatur *V*, dirigantur *STP* 13 ora . . .

frater *TP*, *om. reliqui* 14 *praescripta v. p. 670* in chr. venerabile *CL*, ven. in chr. *S* fratri hilario archidiacono *V*, papae hilarii papae hilarii *C*, hilario pape *TP* urbis romae (*u. r. om. A*, *u. r. episcopo TP*) *GALSUP* victorius *GL* 15 archid. ven. *V*, sancte papa (pape *CLP* *GALSUP* hilari *P* effectum *CA*, affectu *S* (*non S\** *TP* 16 et *om. VP* h. op. ard. *S*, op. ard. hoc *TP* intelligentia *P* 17 tamen] autem *S* ad *om. V* adinet] pertinet *L* etiamsi] *ACS*, etiam *VLP*, si *GS\** delegatae *VG*?, diligit a *e GALUP*, dilicate *C*, delicat *e S*, dilitate *ST*?, dilut *tae ST*?, super *VLSUP* quantitate *V* habebō] *GC*, *thabeo reliqui*



inssioni tuae possibilitatem meam, non oboedientiam defuisse, quae tametsi ministerium  
 minime expleret iniunctum, certe debitum persolveret obsequium, teque deprecor, ut, si  
 quippiam secus ac voluisti provenerit, inbecillitatem meam atque onus impositum aequo  
 iure perpendens imperfecti laborem negotii officio malis aestimare quam merito, maxi-  
 5 mum enim iudicium erga te meae reverentiae est imperiis tuis amplius me impendere  
 voluisse quam possim, quod si dignum aliquid tua lectione confecerō, id erit profecto  
 cum divini muneris tum etiam benivolentiae tuae, cuius favor oblectans inertes quoque  
 excitat ad profectum, nec dubitabitur huius fide perficiendum, cuius est adhortatione  
 susceptum, cum mihi quoque fiducia sit peragi posse quod praecipis, quia id tam con-  
 10 fidenter iniungis, quis namque non intellegat tuis orationibus iam praesumptum, quod  
 etiam per me credis implendum? neque enim temere delegasses, ubi non tam meam  
 2 industriam quam tuum iudicium videres exposci. Paschalis igitur festi cursum tuis potius  
 orationibus quam meo fretus ingenio quantum res sinit explorare contendens datae ad  
 me formam secutus epistulae, prius quae inter huiusmodi scriptores sit causa discordiae  
 15 paucis expediam ac deinde quid magis videatur congruere veritati, quam valuerō domino  
 donante diligenter absolvam.

3 Discrepare inter se disputatores praecipuae festivitatis primum omnium necessitas  
 illa compellit, qua paschales cycli, sive qui post octoginta et quattuor seu qui post  
 quinque et nonaginta annos vel etiam qui centum et duodecim annorum spatiis propa-  
 20 gati eodem quo praeterierant ordine in principium sui atque originem redire creduntur,  
 in aliquibus quidem dierum sunt parilitate concordēs, sed in lunae varietate dissentiunt,  
 ac rursus, cum in lunari supputatione reperiuntur stabiles, dierum mutabilitate con-  
 fligunt, neque solum alio alius est propria definitione dissimilis, verum singuli quique  
 eorum in semet ipsis alternatione praedicta, lunari scilicet ac dierum, nunc veritate  
 25 subsistunt, nunc adsertione deficiunt. huc accedit, quod lunaris ipsa demensio ita

#### GAIVCLSUP

1 inssione *AL*, inssionis *S\** tua *L* possibilitatis meae *VS*, possibilitatem meae *VP* oboedien-  
 tiam] *V*, oboedientiam *plerisque*, oboedientia *L* tametsi] tamen si *VP*, etsi *C*, tamen etsi *SL* ministerium *A*  
 2 minime] memine *A*, non *V* impletet *V* iniunctum] i, esse *VP* persolueret] *G*, persoluet *VVP*,  
 exsolveret *S*, exsolvit *ACL*, exsolvet *S\** uti *ACL* 3 secus ac] secus quam *VS*, secus que *L*, secum-  
 quae *S\**, sequae *VP* 4 labore *VLS* malleis *V*, malleis *S*, magis malleis *VP* 5 iudicium *C*  
 erga te meae (mea *L*)] m, erga te *S* est ante erga *VP* reverentia *A*, reverentia *L* me *om.* *VP*  
 impendere] i, quam *A* 6 possem *V*, posse *L*, possit *S\** tua lectione] *GS*, tuae lectioni *P*, tuae  
 electione *A*, tua electione *VCLV* profectu *AP*, profecto *L* 7 cum *om.* *VLSUP* tum] dium *P*  
 etiam] enim *V* benivolentiae tuae] beate *VP* inertis *CLVP* 8 excitata *A* dubitatur *G* fidem *A*  
 ad]hortatione] *GLS\*P*, adoratione *AVSV*, ad orationem *C* fortasse recte 9 praecipis *L* quia id]  
 qui / *A*, cui id *SUP* fidenter *V* 10 namque] nam *S* iam] iamque *S* 11 enim] etiam *C*  
 delegasse *S*, dilexisse *S\** meam] meae doctrinae *S* 12 industrias *A* quam tuam] quantum *L*  
 nideres] *GVP*, nideris *religiosi* propter praescripta ante paschalis *v. p. 670* cursu *C* 13 re *A*  
 sinet *AS*, permittit *VVP* ad me] eadem *V*, ad (a *S\**) me (ab hilario *ins.* *VP*) eandem *LSUP* 14 prius  
*om.* *VS* quae] quam *A*, quae ad *G* huiuscemodi *S* scriptoris *G*, scripturis *AV*, scribitor *C* sit]  
 sint *P*, *om.* *G* 15 hac *GV* quis *A* veritate *AL* quantum *LSUP* 16 donante] adiuvante *V*  
 diligenter *V* absolutam *C*, absolutam *LV*, exsolutam *G* post absolutam praescripta *v. p. 670* 17 discre-  
 pare] disputare *G* inter] in *C* disputatoris *C* 18 qua] qui *S* paschalis libri] qui *om.* *G*  
 seu] sine *VP* qui post] post *S* 19 e. et d. annorum (*om.* *G*) spatiis] post e. et d. a. spatia *VSUP*  
 20 praeterierunt *V* ordinem *VVP* principio *AV* origine *C* credunt *P* 21 dierum] kalendarum  
*d.* *VP* parilitati *V* luna *V* variae *VP* 22 ac] et *S* mensus *ALS* in *om.* *G* lunare *C*,  
 lunaris *G* supputatione] disputatione *VP* stabilis *C* mobilitate *S* 23 alio alius] *GS*, alia alius *A*,  
 alius alio *VCLVP* est] et *C*, *om.* *VP* verum] verum etiam *LSUP* 24 horum *V* alter-  
 cacione *VVP* praedicta] et *p.* *VP* lunaris *LV* nunc *om.* *L* veritate] *GV*, veritatem *A*, varie-  
 25 tate *CLSUP* huc] haec *V*, hinc *CL* accedit *V* demensio *V*, demensio *A*, dimmeratio *SUP*

cunctorum est variata sententiis, ut, cum isti verbi gratia eandem kalendis Ianuariis primam fuisse pronuntiant, alii tricensimam, nonnulli secundam provenisse contendunt, tum deinde ii, qui cyclum annorum octoginta et quattuor ediderunt, duodecim peractis annis lunam unam, quam per idem tempus certis annua revolutione minutis adserunt calculandi lege suberescere, adiciendam legitimo cursui esse praecipiunt. item sunt qui hanc eandem quinto decimo, demum incipiente anno magis annumerari definiunt. porro ii qui post centum duodecim annos in id cyclum, unde orsus fuerat, reverti confirmant, ea ipsa incrementa lunaria, quae superius memoravi, post annos sedecim subnecti debere constituunt. ii vero qui anno quinto et nonagesimo cycli observantiam comprehendunt, post decem et novem annos Aegyptiorum more continuato ordine, quod est verius, hoc augmentum lunare subiciunt.

Aderescit praeterea etiam aliud erroris genus, dum in regulis primi mensis, quo pascha dominicum celebrari statuunt, magna oritur utrimque contentio. Latini namque a III nonas Martias usque in III nonas Apriles, diebus scilicet viginti et novem, observandum maxime censuerunt, ut, quocumque eorum die luna fuerit nata, efficiat primi mensis initium<sup>1)</sup>, cuius luna quarta decima, si feria sexta provenierit, subsequens dominica, id est luna sexta decima, festivitati paschali sine ambiguo deputetur. sin autem die sabbati plenilunium esse contigerit et continenti dominico luna quinta decima reperiri, eadem hebdomade transmissa in alterum diem dominicum, id est luna vicesima secunda, transferri debere pascha dixerunt, nec minus eiusdem dominicae, quam peragendo mysterio destinarent, quam sextam decimam neque amplius quam vicensimam et secundam lunam aliquando recipiunt, eligentes potius in vicensimam et secundam lunam diem festi paschalis extendi quam dominicam passionem ante lunam quartam decimam ulla tenus inchoari. quartas decimas porro lunas mensis eiusdem a XV kal. Aprilium usque in XVII kal. Maiarum adserunt esse servandas, sanctae memoriae

*GAFLSUP.* 13 Latini — 25 servandas allegat *Beda de temp. rot. c. 51.*

1 variata] varietas *VUP*, varietate *CS\** sententias *V* eandem] *CSUP*, eadem *GVLL* 2 primam] lunam primam *L* pronuntiant *VUP* nonnullis *V* 3 deinde] inde *G* hi *S* reddiderunt *G* duodecim] xiiii *UP* 4 luna *V* unam *om. G* quam *om. S* certis] ceptis *L, om. A* revolutionem *VL* minutis (-tis *AS*, minucius *L*) ads. c. lege (-gem *L*) suberescere *om. C* 5 cursu *C* praecipiunt *G<sup>1</sup>* idem *C* 6 eadem *V\** demum *om. CL* adnumerare *CL*, numerari *P* hi *S* anno] annorum *S* hi *S* 7 c. et xii *UP* id in *L* orsus] ortus *LS*, rursum *V* fuerit *C* 8 quae] qua *V* memoravi] nominavi *S* post sedecim (xiii *P*) annos *UP* 9 hi *V\*AS* observantia *V* 10 ordini *GSUP* hoc *om. A* 11 augmento *C*, argumentum *S* lunari *AL* 12 praeter eos *V* ad. et. *C* gen. err. *UP* 13 dominicam *A* celebrare *ACL* utrisque *VLS*, utriusque *A, om. UP* latini] lati *A* 14 tertiu] in] ad *Beda* iii] iii *S: cf. Ideler Chron. 2. 247* 15 consuerunt *UP* eorum] adierum *L<sup>1</sup>*, orum *L<sup>2</sup>* lunam *A* efficiat] et e. *V*, efficiatur *L*, efficiet *S* 16 lunae *G* si *om. V* si feria *V* provenit *A*, supervenerit *L*, fuerit *S* sequens *S* 17 dominicus *SU cum Beda* festinitate *CL* paschali sine] paschalis in ea *A* si *A* 18 dies *S* continenti] *G*, continente *C*, contententi *A*, consequenti *VLSUP cum Beda* lunam quintam decimam *G* 19 reperiri *UP*, repereri *V*, reperire *GLS cum Beda*, reperi *L* ebdomade *G<sup>b</sup>*, ebdomate *G<sup>c</sup>C*, ebdomada *VLS\*UP*, ebdomadam et *A* transmissam *A* alteram *V* die *L* l. xx secundam *C cum Beda*, lunam xxi<sup>a</sup> *A* 20 transferre *C* deberi *V, om. AS\** nec] ne *AS cum Beda* eius *P* dominicae] dominicum *UP*, d. resurrectionis *S*, dominici *Beda* quam] unquam *V, om. LSP cum Beda* 21 peragendum *ACL* destinavit *G*, distinarunt *V* sextam decimam] xiiiiam *P* neque] nec *S cum Beda* vicensimam et secundam] u. et a sec. *G*, xxi *A* 22 luna *LS\** reciperent *S cum Beda* xxii luna *L*, luna xxii *S*, lunam vigesimam secundam *Beda* 23 festi *om. G\** dominica passione *L* luna *VL* 24 ulla tenus (tinos *G*) *GLS cum Beda*, nulla tenus reliqui] xiiii p. luna *V* menses *C, om. V* 25 xiiii] xvi *V cum Beda* mai.] mar. *V* adserunt] adesserunt *A*, diae sanxerunt *V* servandas *L*, servandum *V* moriae *V*

1) *Cf. Helariaus de rat. pasch. c. 11:* igitur ex die isto III non. Mart. usque in die III non. April. quaeri a nobis debet, ut sit luna prima, quia in quocumque die ex his XXVIII diebus luna prima cum fuerit, inde incipit primus mensis lunaris.

- contra Theophilus quondam Alexandrinus antistes ad Theodosium imperatorem datis epistulis ex primo ipsius et Gratiani quinto consulatu conditum paschale direxit, in quo ab VIII idus Martias usque in diem nonarum Aprilium quolibet medio eiusdem temporis spatio natam perhibet lunam facere primi mensis exordium, a XII vero kalendarum Aprilium usque in XIII kalendarum Maiarum lunam quartam decimam sollerter inquiri, etiamsi die incidat sabbatorum, post quam sequente dominico luna quinta decima celebrandum pascha sine dubitatione conscribit, hoc regulariter cauteque custodiens, ne ante XII kal. Aprilium plenilunium, id est lunam XIII, huic definiendo sacramento patiatur adponi, neque hoc in primo mense, sed in duodecimo aestimat computandum.
- 5 10 Plerumque sane partis utriusque sententia in unum quidem sollemnitate huiusce diem concurrat et convenit, sed in lunae dinumeratione variatur, cumque eam Aegyptii sextam decimam in die paschae verbi gratia numerarent, nostri eandem XVII vel etiam XVIII calculantur, atque ita cum apud Aegyptios ad primam et vicensimam lunam electio paschae perducitur, a Latinis secunda et vicensima aut etiam vicesima tertia perhibetur, fitque, ut paschae diem, quem illa delegerit, ista pars respuat, quod inde, sicut supra iam diximus, evenire certissimum est, quia tam in regulis temporum quam in disputatione lunari pars altera non congruit, neque mirum, si diversarum opinionum cycli sibi invicem oppositi atque conari non coeunt, cum in propria quisque institutione, qua praefinito tempore in id ipsum redire et fidei creditur ratione decurrere, haec eadem revolutio nequaquam in omnibus doceatur definitionis propositae tenere constantiam, quod etiam beatae memoriae Theophilus tacitus quodam modo indicavit, cum universis cyclorum limitibus circulisque dispectis, qui legitimi putabantur, laterculi sui formam huic operi destinatae ab omni necessitate praefinitae recursionis exutam absolute in centum annorum promulgavit aetatem, quod aut nostris arbitratus sufficere posse temporibus aut curiosioris diligentiae laborem declinans scrutandum posteris negotium dereliquit.
- 6 Has inter conflictationes diversa opinantium, eorum scilicet, qui regularum tramitem, seriem temporum, lunae rationem, quibus oporteret peragi paschale sacramentum,

*GATVLSVP*

